



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Metaphysica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

PROLOGUS



METAPHYSICA.

Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a preface or prologue, discussing the nature of metaphysics and its relationship to other sciences.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Mmmmm 2

PRO.

PROLOGUS.



Metaphysicam Aristoteles, ut eam sapientibus præcipuè commendaret, summis profectus est laudibus & encomiis, nam primo *Metaphys.* cap. 2. appellat eam *rerum altissimarum per causas universalissimas scientiam exactissimam*. Libro quarto autem vocat eam *Philosophiam primam & præcipuam*. Libro vero 6. & 10. cap. 18. nominat eam *Theologiam naturalem*. Imò alibi eodem dicta est *scientia supernaturalis*, & hoc ipsum Etymon nominis importat, ut significet idem, quod *supernaturalis Physica*; intellige, non quòd non comprehendatur intra latitudinem intellectus objecti, secundum connaturalem attingentiam, sed, quòd multò nobilior & excellentior sit, quàm Physica, quæ cum sit scientia naturalis, Metaphysica dicitur scientia supernaturalis, utpote, quæ veluti Aquila altissimis speculationis suæ pennis, veluti Regina superexaltat se super omnem scientiam viribus naturæ acquisibilem. Severinus Boëtius lib. 1. de consolat. prof. 1. sub persona Excellentissimæ Mulieris eam sic describit: Astitisse mihi supra verticem visa est Mulier reverendi admodum vultûs, oculis ardentibus & ultra communem hominum valentiam perspicacibus, colore virido, atque inexhausti vigoris, staturâ discretionis ambiguae, nam nunc ad communem hominum mensuram sese cohibebat, nunc verò pulsare cælum summi verticis cacumine videbatur; vestes erant tenuissimis filis, subtili artificio indissolubiliq; materiâ perfectæ, quas suis ipsa manibus, texerat. In extremo margine in supremo verò legebatur intextum, atque inter utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum erat ascensus. Per quam elegantissimam & graphicam descriptionem Boëtii, ejus interpretes ordinariè intelligunt totam Philosophiam, & quam vis non incongruè applicari posse fatear libenter, existimo tamen Metaphysicam magis, eamq; solam depictam, nam hæc non modo sese ad exiguissimarum rerum quidditates, & essentias explicandas demittit, in quantum à materia abstrahunt, verùm etiam ad ipsas negationes, privationes, entia rationis &c. & hæc ejus demissionem non obstante, in tantum quoque erigit caput suum & verticem, ut non modò super cælum conscendat, soliumq; suum locet in altissimis, verùm insuper ipsam naturam causæ primæ, ejusq; attributa & proprietates, quantum naturali lumine fieri potest, contempletur; nec hoc sufficit, sed adhuc ipsum gradum *Entis*, quem Deus ter Optimus, ter Maximus de se ipso prædicavit

dicavit Exodi tertio: *Ego sum, qui sum* ab ultimo individuo sensibili, gradatim ascendendo, contemplatur & speculatur; cujus vestes subtilissimæ sunt, nempe habitus, quibus mens magis, quam corpus bysso & purpurâ decoratur, quas ipsa sibi texuit per actus frequenter repetitos & multiplicatos, per principia notissima & evidentissima concurrentia; unde etiam Metaphysica inter omnes alias scientias in tantum eminent, ut omnes, quibus ipsa ducatum præbet, de omni scibili, quod à materia abstrahit, sine ullo erroris periculo discurrere possint. De hac itaque scientia, quæ erit meta mea, non nihilum secundum se primò dicendum est, antequam ad ipsius materias descendam. Sit igitur

DISPUTATIO

PROOEMIALIS.

Inquirere, an Metaphysica sit scientia una simplex, vel multiplex? An speculativa, &c. omnino superfluum est, nam hoc dicunt omnes, dubitat nemo, idq. clarè docuit Aristoteles 6. Met. cap. 1. dicens: *Quapropter Philosophia tres erunt contemplatrices, Mathematica, Naturalis, id est Physica, Theologia, hoc est Metaphysica, unde ea solum attingam, qua vel certa non sunt, vel ex dictis deduci nequeunt, quare sit*

QUESTIO I.

De objecto Metaphysica.

I. Circa objectum Metaphysicæ magna est diversitas inter auctores.

Circa objecti Metaphysicæ assignationem varia est auctorum diversitas, nam imprimis aliqui dicunt, ens latissimè sumptum, prout abstrahit à reali & rationis, esse objectum Metaphysicæ. Fonseca citans pro se communem ait, ens reale latissimè sumptum, in quantum comprehendit entia realia tam per se, quam per accidens, objectum esse Metaphysicæ. Tertia sententia dicit: Ens, ut descendit in prima genera, seu prædicamenta, Metaphysicæ objectum esse, ita Flandria, & aliàs multi insignes Philosophi. Quarta sententia est Averrois, qui tenet substantiam immaterialem, prout comprehendit Deum & intelligentias, esse objectum Metaphysicæ, quam etiam approbat Scotus q. 1. Met. n. 4. solvens omnes rationes, quæ in contrà adduci possint, quamvis postea videatur eam simpliciter rejicere; verum existimo eum locutum fuisse in sensu conclusionis. Quinta sententia substantiam, prout abstrahit, à materiali, & immateriali, finita & infinita, pro objecto adæquato ponit, videturque fundari in Aristotele 7. Met. verum subtilissimè eam redarguit Subtilis, 1. Met. q. 1. n. 31. Sexta, quæ etiam Averroï tribuitur, solum Deum objectum Metaphysicæ ordinat, & hujus sententiæ potissima ratio est ista, nobilissimæ scientiæ nobilissimum debet concedi objectum, sed Metaphysica est nobilissima scientia, ergò nobilissimum debet habere objectum, atqui Deo nihil nobilius, ergò. Sed ad hoc argumentum respondet Doctor q. 3. Prologi lateralis n. 20. dicens: *Nobilissima scientia est circa nobilissimum genu, vel ut primum, vel ut*

consideratum objectum in illa scientia perfectissimo modo, quo potest considerari in aliqua scientia naturaliter acquisita: Deum verò, etsi non sit objectum primum in Metaphysica, est tamen consideratum in illa scientia nobilissimo modo, quo potest in aliqua scientia naturaliter acquisita considerari. Septima denique sententia est Avicennæ 1. Met. cap. 7. docentis: Ens in quantum ens, esse objectum primum Metaphysicæ, quam etiam resolutivè tenet Doctor 1. Met. q. 1. 6. Met. q. 2. & alibi. Itaque ad resolutionem progrediendo, prænotandum venit, Metaphysicam etiam dupliciter considerari posse, sicut Logicam, alia etenim dicitur talis secundum se, alia dicitur Aristotelica, hæc est illa, quæ ea pertractat, quæ Aristoteles in libris Metaphysicis tradidit, qui non modò de ente, sed etiam de Deo & intelligentiis egit, illa verò dicitur ea, prout nunc & defectò in Scholis tradi solet. De utraque resolvam quæstionem. Unde

DICO I. Adequatum objectum Metaphysicæ

Aristotelica est ens immateriale. Hæc est conformis principiis Scoti. Et probatur: Illud debet dici objectum adæquatum in aliqua scientia, ad quod omnia, quæ tractantur in illa, reduci possunt tanquam ad aliquod commune, & magis latè patens, sed in Metaphysica Aristotelica tractatur de Deo, & intelligentiis, ergò debet habere aliquod tale objectum, ad quod reduci possint, quod magis latè pateret: Subsumo; sed Deo & Angelis, &c. nihil potest esse commune, præter ens spirituale & immateriale, ergò ens immateriale erit objectum adæquatum Metaphysicæ Aristotelicæ. Verum pro intelligentia hujus conclusionis, Notandum, quòd dum dico, ens immateriale esse objectum Metaphysicæ Aristotelicæ, ens sumi non secundum se, sed pro speciebus, quia passiones

II.

Est ens immateriale.

M m m m 3 demon-

demonstrantur de Deo, & Angelis, quæ sunt species ejus, ad differentiam entis, prout objectum est Metaphysicæ in se, ubi non sumitur pro speciebus, sed pro se. De quo

III.

Metaphysicæ in se potest esse vel ens ut sic vel reale.

Dico 2. Si conceptus entis ut sic est univocum ad ens reale & rationis, ens ut sic, prout abstrahit ab utroque, erit objectum adequatum Metaphysicæ in se: Si verò non est univocum, tunc ens reale ut sic, prout abstrahit à creato & increato, erit adequatum objectum. Hac est Doctoris supra. Et

Probatur primò: Scientia suprema & communissima debet habere communissimum objectum, sed Metaphysicæ est scientia suprema & communissima, ergò communissimum debet habere objectum, ergò si conceptus entis ad reale & rationis est univocus, ens, prout abstrahit à reali & rationis, erit objectum adequatum, quia sic erit communissimum, si verò non est communissimum, erit ens reale, prout abstrahit à creato & increato.

Probatur secundò: Quia non est aliud, quod aptius statui posset pro objecto adequato Metaphysicæ, quam ens ut sic commune ad reale & rationis, vel saltem ens reale ut sic, ergò illud, & non aliquid inferius debet statui pro objecto: probatur ant. quia juxta omnes, objectum primum scientiæ debet ita adequari scientiæ, ut nec illam excedat, nec ab illa excedatur, seu ita, quòd scientia nihil trahet per se (saltem) nisi quòd per se primo, vel secundo modo spectet ad objectum primum, vel aliquid ejus inferius, & objectum primum nihil sub se contineat, quòd scientiæ consideratione excedat, sed inter omnia, quæ dici possent, nullum reperitur objectum, quòd ita commensuretur Metaphysicæ, præter ens ut sic, prout patet applicanti & examinanti, ergò illud solum debet statui pro objecto adequato. Qui petit plures probationes pro hac veritate, consulat Logicam, & assumat conditiones ad objectum adequatum requisitas; interea hic adhuc optimæ probationes erunt, aliorum fundamentorum solutiones. Et imprimis

IV.

Opponitur & explicatur Arist.

Opponitur Autoritas Aristotelis 6. Met. I. 6 ubi docet, quòd solum Deus, & intelligentiæ sint objectum Metaphysicæ, quòd clarè deducitur ex ejus verbis, ait enim: *si nulla est substantia, præter eas, quæ naturà constant, profectò scientia naturalis prima scientiarum erit.* Ergò si alia est scientia, præter scientiam naturalem seu Physicam, illa erit de Deo & intelligentiis, & consequenter Deus & intelligentiæ erunt objectum Metaphysicæ, quia hæc præter Physicam est. R. tamen negando utramque consequentiam, Aristoteles enim aliud non vult, quàm (supposito, quòd Deus, & intelligentiæ non essent) quòd non posset abstrahi conceptus aliquis, qui esset communis materialibus, & intelligentiis, & sic, cum Physica adequatè respiciat ea, quæ naturà constant, non esset necesse, ponere aliquam aliam scientiam, ex hoc tamen non sequitur, quòd Deus solus, & intelligentiæ sint objectum Metaphysicæ, sed aliquid commune tum iis, tum illis, quæ naturà constant, nempe *Ens*.

Instatur: Aristoteles Metaphysicam frequenter appellat *Theologiam*, sed Theologia objectum est Deus, ergò etiam Metaphysicæ. Sed R. Metaphysicam quidem ab Aristotele nonnunquam vocari *Theologiam*, non, quòd sit ejus objectum adequatum Deus, sed quia est objectum partiale, & nobilissimum, & Aristoteli sat commune est, quòd à præstantiori parte totam faciat denominationem. Sed contra conclusionem ex ratione in contrà

Arguitur primò: Illud est objectum adequatum alienius scientiæ, quæ continet in se virtualiter, vel formaliter omnes veritates, ad quas inclinatur talis scientia, sed Deus lumine naturali cognoscibilis est talis, ergò est objectum Metaphysicæ: Major videtur Scoti q. 3. Prolog. n. 4. in quest. 2. lateri ubi dicit sic: *de secundo dico quòd ratio primi objecti, seu subjecti est, continere in se primo virtualiter omnes veritates illius habitus, cuius est, &c.* Minor est etiam Scoti supra in Metaphysica lib. 1. q. 1. & communis, consequentia est clara. Respondeo, transeat major, & nego minorem, quia, ut dixi aliàs saepe, ex Scoto, maxime in d. 3. q. 3. n. 5. & 9. Deus non continet virtualiter omnes veritates Metaphysicæ maxime per se primò, quòd requirit Scotus loco citato, quid sit autem per se primò, virtualiter continere, explicat 1. Metaph. q. 1. n. cit. super art. 2. in sexta sententia.

Instatur: Summa perfectio intellectus elevati supernaturaliter, vel per fidem, vel per visionem beatam, est contemplari vel speculari Deum, ut supernaturaliter cognoscibilem; ergò summa perfectio intellectus non elevati, sed sibi in naturali lumine relicti, est eundem Deum speculari, quantum est naturaliter cognoscibilis; ergò, ulterius est objectum Metaphysicæ & antecedens est omnium, prima consequentia videtur bona, & probatur secunda, quia cum Metaphysicæ sit perfectissima scientia naturalis, debet habere pro objecto perfectissimum objectum ordinis naturalis. Respondent aliqui, negando suppositum primæ consequentiæ, scilicet, Deum esse naturaliter à nobis cognoscibilem, secundum rationem propriam, sed in quantum convenit cum creaturis, & in ratione primæ causæ, vel primi entis, sed quia hoc ipsum videtur sufficere ad valorem argumenti jam facti. Respondeo aliter, argumentum tantum probare perfectissimum habitum partialem Metaphysicæ esse illum, qui considerat Deum in quantum est naturaliter cognoscibilis, quia de objecto partiali perfectissimo Metaphysicæ, quòd nos concedimus, non autem Deum esse objectum adequatum Metaphysicæ, quòd negamus.

Arguitur secundò: Ens latissimum sumptum non habet principia nec definitionem, ergò non potest esse objectum ullius scientiæ, ergò ulterius nec perfectissima scientia, qualis est Metaphysicæ. Respondeo cum Scoto 1. Metaph. q. 1. n. 1. quando Philosophus petit, ut objectum scientiæ habeat partes & principia, ipsum loqui de principii complexa non autem velle, quòd objectum scientiæ sit

cessario debeat habere principia incomplexa seu in esse, vel se priora, sed tantum in esse cognoscibilis: Ens autem latissimè sumptum habet principia complexa, vel certas propositiones, quae possunt assumi pro praemissis seu dignitatibus ad demonstrandum aliquid de ipso.

Instatur: Ex hoc sequeretur, Metaphysicam esse tantum scientiam, quia, & non propter quid, contra Scotum quaest. 1. & alibi saepe, & etiam contra veritatem, cum sit potissima, & perfectissima scientia. Respondent aliqui, negando sequelam, quia inquirunt, ens habet passiones, quarum una est aliquomodo prior altera, scilicet veritatem, quae convenit enti per ordinem ad intellectum & bonitatem, quae convenit per ordinem ad voluntatem, adeoque bonitas potest de ipso demonstrari per veritatem, tanquam aliquomodo priorem. Sed esto totum concedatur, adhuc tamen non ostendunt talem demonstrationem esse propter quid. Unde respondetur aliter adhuc, ut scientia aggregata ex multis habitibus dicatur propter quid, qualis est Metaphysica, non esse necesse, ut quilibet habitus particularis sit per medium a priori, seu per quidditatem subiecti, sed sufficit, quod multae aliae, vel saltem pleraeque. Unde, licet habitus, quo demonstratur aliquid de ente ut sic, non sit scientia propter quid, cum repugnet enti ut sic, habere quidditatem, tamen sunt aliae multae demonstrationes potissimae, & propter quid, in Metaphysica, quibus sua propria passio demonstratur de inferioribus entis ut sic, mediante sua definitione.

Urgetur: Vera & realis passio habet veram & realem causam, sed ens ut sic non causat verè & realiter suas partes, alias unitas, veritas, & bonitas in ente increato, vel Deo, verè & realiter causarentur, quod est absurdum. R. ens ut sic non causat verè & realiter causalitate Physicâ suas passiones, sed vel per emanationem Metaphysicam, vel saltem per originem, quod non repugnat passionibus divinis, sicut nec attributis.

VII.

Arguitur tertio: Pro prima parte conclusionis contra secundam. Ens ut sic respectu entis realis & rationis est objectum adequatum intellectus; ergo & Metaphysica; antecedens videtur Scoti in 1. d. 3. q. 3. n. 3. ubi dicit sic: Nulla potentia potest cognoscere objectum sub ratione communiori, quam sit ratio sui primi objecti, quod patet, inquit Scotus; tum per rationem, quia tunc illa ratio primi objecti non esset adequata; tum per exemplum, quia visus non cognoscit aliquid sub ratione communiori, quam sit ratio coloris aut lucis, &c. ergo ens commune ad reale & rationis est objectum Metaphysica. Confirmatur; Entia rationis sunt scibilia, quia constant generâ & differentie, sed non per aliam scientiam, quam per Metaphysicam, ergo continentur sub objecto Metaphysica. Respondeo primò, hoc argumentum reddere mihi satis probabilem opinionem tenentem univocationem entis ad reale & rationis, de qua postea, ac proinde admittendum ab omnibus, qui eam

tenent, & consequenter primam partem conclusionis contra secundam, sed quia tenco secundam partem conclusionis, & nego univocationem entis ad reale & rationis, Respondeo cum Licheto ibidem a n. 3. ad n. 8. comm. exclusivè, ens rationis tantum virtualiter contineri sub objecto adequato intellectus, & tantum habere intelligibilitatem & scibilitatem secundum quid, sicut & quidditatem secundum quid, & sic, quod magis placet Licheto ibidem, entia rationis, secundae intentiones, negationes, & privationes, dicuntur spectare ad objectum adequatum Metaphysicæ per reductionem tantum ad aliquid, quod quidditative includit ens, & sic Lichetus ibidem n. 2. docet ex Scoto quaest. 1. Prologi & q. 4. quodlibeto 1. n. 23. & 24. relationem cognosci cognito fundamento & termino, & non aliter: Sed, salvo meliori iudicio, Scotus ibi hoc non dicit, sed tantum dicit, relationem non posse cognosci, nisi cognito fundamento & termino, imò non potuit Scotus dicere relationem non habere cognoscibilitatem per se, saltem loquendo de relatione reali, cum juxta ipsum sit ens reale simpliciter, & propria passio entis realis sit cognoscibilitas, seu manifestativitas respectu cujuscunque intellectus, ut infra: Unde licet concederetur hoc de negationibus & privationibus, tamen non concludit relationes non habere cognoscibilitatem per se, eo modo, quo habent entitatem, & consequenter per se considerari à Metaphysico secundum quod constant genere & differentia, ut caetera entia, cum sit perfectius in scientia universalissima considerare per se quodlibet cognoscibile, eo modo, quo potest cadere sub ejus consideratione, nec valet ipsorum distinctio, nisi ipsi repugnet, quia non possunt ostendere repugnantiam quare Metaphysica non consideret entia rationis, in quantum constant ex genere & differentia, imò debet, si est perfectissima Metaphysica abstrahens a sensibus, qualis est in Deo, & Angelo.

VIII.

Instatur: Potentia habens pro objecto naturali primo aliquod commune, potest naturaliter in quodlibet contentum sub illo, sicut sensus, sed potentia intellectiva seu intellectus Metaphysici, non potest naturaliter in quodlibet contentum sub ente ut sic, verbi gratia in Deum, ergo ens ut sic non est ejus objectum. Respondeo breviter ad hoc argumentum, quod est primum Scoti contra se quaestione primâ Prologi oxon. & de quo ipse ibidem a. n. 32. & Lichetus in comm. latè, ubi multa habet Doctor de objecto naturalis inclinationis & naturalis attingentiae. R. inquam, breviter concessâ maj. dist. min. non potest naturaliter in illud, in quantum est ens, seu sub ratione entis, nego, in quantum est tale ens, quod est Deus, transeat, licet etiam ens, quod est Deus sub ratione primi entis, seu causae primae cognoscat Metaphysicus; & hoc de hac quaestione sufficiat.

☉☉☉☉

QUAE.

In Metaphysica sunt multa scientia propter quid.

Si ens est commune reali & rationis erit etiam objectum Metaphysica.

QUÆSTIO II.

De Principiis Metaphysicis, seu quæ & quot sint, quodq; eorum firmissimum?

I.
Multæ Prin-
cipis acce-
ptiones.

Ut multas primi principii acceptiones & divisiones omittam, pro prima parte quæstionis sciendum pro nunc, primum principium aliud esse simplex, aliud complexum, de primo principio incompleto, seu de primo ente, vel prima veritate incompleta Deo opt. max. passim tractat noster Doctor in Theologia, & quidem tractatu uno speciali, qui intitulatur de primo principio, estque, teste illust. Cavello, verè aureus, in quo Doctor instat aquilæ in altum volantis, quantum humano ingenio possibile esse videtur, naturam primi rerum Principii, seu primæ causæ indagat, quantum ad Metaphysicum seu primum Philosophum spectat. Primum etiam Principium complexum, seu prima Veritas etiam variè sumitur, primò latè pro quacunq; veritate enunciativa certa sincera, naturaliter cognoscibili, de qua querit noster Doctor in primo d. 3. quæst. per totum, eamq; efficaciter probat contra errorem Academicorum, qui omnia, nobis incerta esse, asserbant & tale principium primum est in quadruplici differentia, Aliud est Principium simpliciter primum; Aliud non simpliciter primum, aliud primum per Experimentiam, aliud per Actum, sed hæc duo ultima in idem redeunt, de quibus omnibus agit subtiliter Scotus suprâ quæst. 4. cit. a. n. 6. per 4. art. & 1. de primis principiis simpliciter n. 7. ibi, quantum ad certitudinem de principiis

II.
Doctrina
Scoti suæ ad-
ducitur.

Dico sic, ait Doctor: Quod termini Principiorum per se naturam talem habeant identitatem, ut alter evidenter necessariò alterum includat, & idè intellectus componens illos terminos ex quo apprehendit eos, habet apud se necessariam causam conformitatis illius actûs ad ipsos terminos, quorum est compositio, & etiam causam evidentem illius conformitatis, & idè necessariò patet sibi conformitas illa, cuius causam necessariam & evidentem apprehendit in terminis, igitur non potest esse in intellectu apprehensio terminorum, & compositio eorum, quin stet conformitas compositionis ad terminos, sicut non potest stare albedo & albedo, quin stet similitudo, hæc autem conformitas compositionis ad terminos est veritas compositionis, seu iudicii componentis, ergò non potest stare compositio talium terminorum, quin sit vera, & ita non potest stare perceptio illius compositionis, & perceptio illius compositionis, & perceptio terminorum, quin stet perceptio conformitatis compositionis ad terminos, & ita perceptio veritatis, quia prima percepta evidentur includunt perceptionem illius veritatis & confirmatur, inquit Scotus, hæc ratio per simile ex Philosopho 4. Metaph. text. comm. 8. & 9. ubi vult, quod oppositum primi principii scilicet huiusmodi, impossibile est idem esse & non esse, non potest venire in intellectu alicuius, quia essent opiniones contrariæ, id est juxta Lichetum, assensus contrarii simul in eodem intellectu, &c.

III.
Que sint pri-
ma principia

Principia ergò prima simpliciter, juxta discursum à Scoto jam factum, possunt vocari illa, quorum veritas ex sola terminorum apprehensione cuicunq; intellectui, ex solo lumine naturali, non impedito, sufficienter in-

notescit. Unde ferè Principium simpliciter primum, est propositio per se nota, idem ferè fuit dixi ferè, quia propositio per se nota non debet esse regula universalis scientiarum, sicut primum principium, & permittit se ipsam demonstrari, licet non possit, principium autem simpliciter primum minimè, saltem a priori, nam juxta Philosophum suprâ 4. Metaph. t. comm. 8. huiusmodi principia oportet in omni scientia præsupponere: Unde dicit, idem primo postea Principia cognoscimus, in quantum terminos cognoscimus, unde 4. Metaph. ubi etiam ut optime notat Scotus ibidem, ad principium simpliciter primum tres requiritur conditiones; Prima est, quod circa ipsum impossibile sit mentiri vel errare, quia, inquit Scotus, ex ipso, cum sit notissimum, non potest intellectus circa illud errare, cum circa ea, quæ ignorant, tantum decipiuntur homines. Secunda Conditio est, quod non sit conditionale, seu notum ex aliqua hypothese, seu suppositione, sed ex se ipso; unde Conclusio deducta ex præmissis evidens, & cum per se nobis, non est principium simpliciter primum, quia Conclusio est; unde subdit Scotus suprâ quæst. 4. n. 8. sic: habità evidentia, vel certitudine de principiis primis, patet, quomodo habeatur de Conclusionibus illis ex eis propter evidentiam formæ syllogismi perfecti, cum certitudo Conclusionis tantummodo dependeat ex certitudine principiorum & evidentia illationis. Tertia Conditio, quæ in superioribus sufficienter est insinuat à Scoto, est, quod cognitio terminis, eorumq; compositione necessariò gignat assensum in intellectu sibi redicto & non distracto. Unde inquit Scotus, non potest esse in intellectu apprehensio terminorum & compositio eorum, quin stet conformitas illius compositionis ad terminos, quomodo est illud: Impossibile est, idem simul esse & non esse. Ex dictis ergò hæcenus possunt haberi de scilicet Principium complexum simpliciter primum, & non simpliciter primum: simpliciter primum, cuius veritati ex sola terminorum apprehensione intellectus ex lumine naturali sumitur assentitur, estque primum principium demonstrationum: Non simpliciter primum, quod, licet in se sit quasi manifestum, non tamen usque adeo manifestum, ut quilibet intellectus statim ex sola conceptione terminorum ei propter se finem assentiat, ut sunt Conclusiones scientiæ: Unde Philosophus de poster. resolut. c. 8. tradit quandam primorum principiorum divisionem, scilicet in principia simpliciter indemonstrabilia, & secundum quid indemonstrabilia, ut sunt Conclusiones, de quibus modo, vel ut volunt Conimbr. quæ etiam in aliqua scientia demonstrantur, in ea tamen, in qua principia dicuntur, demonstrari nequeunt, sed sumuntur, ut demonstrata, ut sunt principia scientiæ subalternæ. Principia etiam simpliciter demonstrabilia secundum ipsum ibidem cap. 2. sunt varia, alia sunt Positiones, alia Dignitates; Positio simpliciter est propositio, seu veritas indemonstrabilis, quam non necesse est tenere eum, qui addicere aliquid parat, ut quod angeli omnes recti sint æquales, item omnes linee ductæ ad circumferentiam; Et notant etiam Conimbr. ex Philosopho ibidem positionem, va-

riè in scientiis usurpari, semel ut jam supra, ut sit idem, quod definitio & suppositio, simpliciter loquendo ex ipso cap. 10. est idem, ac id, quod à nemine negatur, sed supponitur:

Dixi suppositio simpliciter, quia secundum ipsum Philosophum datur suppositio quædam secundum quid, quæ non est illa, quæ à nemine negatur, quia potest negari & etiam probari, sed vocatur suppositio quatenus à demonstrante supponitur ut vera, verbi gratia: *A quolibet puncto ad quolibet punctum licet ducere lineam rectam*, & huic correspondet postulatio, quæ non supponitur ut vera, sed quia demonstrans illam postulat ab Adversario sibi concedi, verbi gratia: *Quantitas continua est divisibilis in infinitas partes, Numerus potest in infinitum augeri*; inter suppositiones verò, Postulationes & Definitiones ponit Aristoteles supra cap. 8. tres differentias; prima, quod in suppositionibus & Postulationibus necessariò sit veritas, scilicet iudicativa, in definitionibus minimè, ut patet hinc *Animal rationale*: Secunda & tertia differentia ferè in idem redeunt, & quando obijciunt aliqui, Geometram in demonstrando supponere lineam, quam in pulvere, vel pariete describit, esse rectam & pedalem. *Ar. Aristoteles*, ipsum non uti talibus suppositionibus, ut veris, sed ut signis verarum suppositionum, quæ in anima sunt.

Dignitas de-
finitur.

Dignitas, quæ aliis nominibus Effatum, Proloquium, à Cicerone & M. Varro appellatur, est veritas indemonstrabilis, quam necesse est tenere cum, qui vult aliquid addiscere, & dicitur dignitas, eò, quod se ipsa mereatur ab omnibus concedi, verbi gratia: *De quolibet est vera affirmatio vel negatio, Omne totum est majus sua parte &c.* His visis de nominibus & acceptionibus primorum principiorum, nunc inquirendum est, quot sint principia simpliciter prima, & quodnam sit omnium principiorum firmissimum?

V.
Quatuor sunt
prima veri-
tates.

Pro secunda parte in hac Quæstione Notandum, quatuor principia, seu quatuor primas veritates communiter assignari, quibus, tanquam punctis cardinalibus, quælibet veritas naturaliter cognoscibilis innititur ultimare. Primum est illud, *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, vel quando duo aliqua, verbi gratia, intellectus & voluntas cum alio aliquo tertio scilicet anima, identificantur, etiam debent identificari inter se, in syllogismo igitur perfecto, quæ in conclusione inter se inferuntur unita, debent fuisse prius unita in præmissis cum aliquo tertio, verbi gratia, ego contendo, quod homo & risibile verè inter se uniantur; debeo assumere aliquid, cum quo utrumque uniat in præmissis, verbi gratia, animal rationale & ex eo, quod risibile & homo verè uniantur cum illo tertio, infero, quod etiam verè inter se uniantur, sic verbi gratia: Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergò omnis homo est risibilis & sub hoc principio, seu potiùs ad hoc principium reducuntur quædam alia, verbi gratia, quæ repugnant in uno tertio, repugnant inter se, & quæ contingenter uniantur uni tertio, contingenter uniantur inter se.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Aliud est dictum de omni & dictum de nullo, vel: *Quidquid affirmatur de subiecto universaliter sumpto, affirmatur de quolibet subsumpto sub illo; & quidquid negatur de subiecto universaliter sumpto, negatur de quolibet subsumpto sub illo.* Exempla sunt obvia & ad hoc secundum principium volunt aliqui totam vim syllogisticam reducere, sed vel illa duo, scilicet, *dictum de omni, & dictum de nullo* debent reduci ad primum, vel nihil concludunt, nam ad probandum Petrum currere, quid facit omnem hominem currere, nisi etiam probem Petrum esse hominem, & idem fit in principio illo, *dici de nullo*.

Secundum principium

Dices: Si verum est, omnis homo currit, bene sequitur, hic homo, vel aliquis homo currit. *Respondeo* esse verum, non tamen virtute istius principii, *dici de omni & dici de nullo*, sed quia subintelligitur alia propositio, verbi gratia hic homo currit, vel aliquis homo currit pro minori, & sic est virtute illius primi principii; *Quæcumq; sunt eadem uni tertio &c.* Confirmatur, quia invenitur perfectissima forma syllogistica sine dicto *de omni* & dicto *de nullo* in prima figura, verbi gratia, Petrus currit, sed aliquis homo est Petrus; ergò aliquis homo currit; quæ est in prima figura, & regulatur per illud primum principium; *Quæcumq; sunt eadem uni tertio &c.* per quod regulatur omnes omninò formæ syllogisticæ.

VI.

Dices 2. Illud principium fallit in Mysterio Trinitatis, hoc autem Mysterium cum sit inter omnia fidei Mytheria altissimum, non potest esse contra primum principium lumine naturali notum, cujusmodi est illud: *Quæ sunt eadem uni tertio &c.* Deinde si huic principio innitatur omnis forma syllogistica, sequeretur, quod in Mytherio Trinitatis non possemus aliquid syllogisticè concludere. Præsens replica summos Theologos & DD. in varias opiniones & responsiones, circa sensum illius primi principii, *quæ sunt eadem uni tertio &c.* dispersit. Prima responsio est, illud principium non habere locum in Divinis, sed tantum in Creatis. Ita Suar. lib. 4. de Trinit. c. 3. Vafq. 1. d. 121. c. 2. Sed contra hanc responsionem sunt duæ rationes jam adductæ. Secunda Responsio est, quod solum habeat locum in his, quæ re & ratione sunt eadem, non verò in distinctis ratione, ut sunt Essentia & Personæ. Ita D. Thomas 1. p. q. 28. art. 3. ad primum. Sed Contra hanc Responsionem facit primò, quod ex ea sequeretur, virtute illius primi principii nullam posse fieri demonstrationem, cum illa quæ sunt eadem in demonstratione, verbi gratia definitum, definitio & passio definiti non sint eadem re & ratione, sed juxta nos formaliter distincta, virtualiter verò, vel saltem ratione ratiocinata juxta D. Thomam & suos. Secundò, generaliter sequeretur, nullam conclusionem posse inferri virtute talis principii, nisi ex præmissis identicis, cum nullius propositionis extrema sint eadem re & ratione, nisi solius identicæ (si hoc ipsum admittatur) sed hoc est planè absurdum, quia tunc illud primum principium planè ad nihil deserviret, cum omnes tales syllogismi vel sint falsi, vel saltem fatui. Tertia responsio

VII.
Varie respon-
siones quo-
modo prin-
cipium prin-
cipium sit ve-
rum.

Nnnn utitur

utitur distinctione. *Quæ sunt eadem in tertio adæquatè sunt eadem inter se, conceditur, quæ solum in adæquatè, negatur.* Ita Capreolus in 4. d. 2. q. 3. art. 1. Argent. Ægyd. & alii. Sed contra hoc facit primò, quòd, juxta ipsos, quælibet relatio & persona sit eadem adæquatè, & ex natura rei cum Essentia, quia non admittunt distinctionem formalem, ergò juxta illud principium eodem modo identificatur alteri Relationi vel Personæ.

Secundò, Sequeretur, quòd syllogismus ex propositionibus contingentibus non concluderet vi illius principii, imò nec ex necessariis, nisi solis identicis, cum extrema illarum non sint eadem identitate adæquatè, sed realiter distincta in contingentibus, & in necessariis non semper eadem identitate adæquatè, nam superius non est idem identitate adæquatè cum quolibet suo inferiori, aliàs ipsa inferiora non essent inter se distincta, ut homo & brutum.

Quarta denique dicit, quòd sint tali identitate eadem inter se, quali sunt eadem uni tertio & per consequens, cum personæ non sint simpliciter eadem essentia, quia non eadem formaliter cum ipsa, sic non erunt simpliciter vel formaliter eadem inter se, sed solum eadem essentialiter, seu quo ad essentiam. Ita D. sub in 1. d. 2. q. 7. art. 1. à n. 47. fulsissimè & celebriores Scotista. Item Cajet. 1. p. q. 28. art. 3. Ferrar. & nonnulli celebres Thomista, volentes eam esse D. Thomæ in 1. d. 33. art. 1. *Et si arguas contra hanc responsonem sic: si ex identitate personarum ad essentiam sequitur earum identitas; inter se ergò ex identitate reali earum ad essentiam sequitur identitas realis ipsarum inter se, ut Scotus ibidem & responso, in se aliàs abscondita satis, videtur stare in hoc, quòd solum sequatur, quòd sint idem realiter secundum realitatem essentia, non verò secundum realitatem personarum, quæ formaliter personæ sunt, quia sic sunt res distinctæ & si inferant, ex eo, quòd sint idem realiter cum essentia, benè sequi: Hic Deus est Pater, & Filius est hic Deus, ergò Filius est Pater; item hæc essentia non generat, Pater est hæc essentia, ergò Pater non generat. Si inquam arguas, respondeo cum Scoto, in re non sequi, quia inquit, medium syllogisticum hic non est hoc aliquid vel singulare, incommunicabile, sed quale quid, vel commune pluribus, & sic committitur fallacia figuræ dictionis, commutando quale quid in hoc aliquid, ponendo terminum communem, puta non distributum, loco termini singularis non communicabilis, quia tunc apparet syllogismus expositivus, vel de medio singulari incommunicabili, & tamen non est talis, cum medium, verbi gratia, *ly hic Deus* sit instar termini communis & non distribuitur, unde ut benè concluderetur, deberet sic formari; Quodeunque est hic Deus, est Filius, sed Pater est hic Deus, ergò. Item; Nulla res, quæ est Essentia, generat, Pater est res, quæ est Essentia; ergò Pater non generat, & tunc negetur utraque major. Sed certè licet quarta hæc responso mei Doctoris sit omnium subtilissima, tamen non desunt multæ & graves difficultates, quæ contra illam militant, quarum solutiones remitto ad Theologiam in materia de Trinit. videatur Smising de Trinit. Disp. 1. q. 3. à n. 54. & de Deo uno tom. 1. tract. 2.*

Responso
Doctoris sub-
tilis.

disp. 1. à n. 55. Tenendum nihîlominus, principium illud formaliter, & non tantum ratione materiam in creatis & in Divinis valere, quòd ostendo sic, quia contrarium illius principii implicat contradictionem; ergò ipsum est verum, & in omni materia concludit, probatur antecedens, quia si eadem uni tertio, nullo modo possent esse unum idemque inter se, essent idem tertium ut dicitur; Et non essent, quia quòd nullo modo unum idemque est, non potest esse id, quòd unum est, illa autem, de quibus dicebatur, quòd sint eadem uni tertio dicuntur non esse unum ullo modo seu simpliciter, debent ergò aliquomodo esse unum inter se, & non nisi ratione, quæ sunt unum numero, quia non potest esse plus in effectu, quam in causa adæquatè, identitas autem illarum cum tertio est causa adæquatè identitatis eorum inter se, talis ergò est modus identitatis eorum inter se, qualis est modus identitatis cum tertio, atque adeò si non sunt unum simpliciter cum tertio, neque etiam inter se sunt unum simpliciter. *Pro cujus ulteriori notitia advertit, identitatem aliquorum sub ratione tertii, & identitatem eorum in tertio inter se sub eadem ratione, dicere diversas habitudines, nam prior est habitudo utriusque extremi ad illam rationem tertii, posterior est habitudo unius extremi ad alterum; sicut alia est habitudo partium ad unum, alia habitudo earum inter se, & sic Personæ Divinæ sunt aliquomodo idem realiter realitate Essentia Divinæ, aliquo non idem realiter realitate personali, seu supposito; Et hæc sunt, quæ circa illud principium dicenda occurrunt modò, tamen unicum est benè notandum, videlicet quando dicitur: *Quæ sunt eadem uni tertio, quòd identitas, de qua ibi est sermo, non sit identitas vera realis formalis vel rationalis, sed vel aliqua talis, vel conjunctio extremorum, præmissæ sunt contingentes, & sequitur conclusio syllogistica per legitimum consequentiam, ex quibus omnibus potest illud principium dici de omni & dici de nullo non esse distinctum ab hoc principio vel saltem ad hoc reduci, tanquam minus commune ad magis commune.**

Sunt autem & alia duo principia inter omnia communissima, quæ etiam veritates metaphysicæ nominantur, verbi gratia, *impossibile est idem simul de eodem affirmari & negari; Aliud, necesse est idem de eodem affirmari vel negari;* hæc duo principia quæ lib. 1. Post. c. 8. proponuntur per verba *Affirmari & Negari*, etiam ab eodem proponuntur per verbum *esse & non esse* lib. 4. Met. art. 8. fulsissimè, v. g. *quodlibet est vel non est, item, impossibile est idem simul esse & non esse.* Circa præ-

Notandum, *ly Quodlibet* significare non solum Entia realia, sed etiam quidquid apprehendi mente potest, & significat unum ex illis duobus necessariò illi convenire, non tamen essentialiter, sic quidquid est in mundo, est fortis vel non fortis, tamen non omne illud, quòd non est fortis, est essentialiter non fortis, sed vel essentialiter, vel determinativè. Ubi etiam sciendum, hoc principium non intelligendum de diversis prædicatis etiam contrariis, v. g. quodlibet est album vel nigrum, aut etiam negativè, quodlibet est album, vel non est nigrum, in hoc quodlibet sentiu principium esset falsum, debet ergò semper

semper accipi cum eodem predicato, ut: quodlibet est existens, vel non existens, quia inter hæc non datur medium.

Circa aliud: impossibile est idem simul esse & non esse, est apud Antiquiores & Recentiores controversa, quomodo intelligatur, & maxime quomodo distinguatur ab illo alio: *Quodlibet est vel non est*, Javellus apud Suar. disp. 3. Metaph. sect. 3. a. n. 5. putat hæc duo principia idem esse, quem rejicit ibidem Suarez, asserendo esse distincta, eo quod primum significet immediationem istorum predicatorum *est vel non est*: Secundum verò repugnantiam seu oppositionem eorum inter se. Hurtadus verò disp. 3. Metaph. sec. 22. opinatur ea principia esse idem, si applicentur terminis contradictoriis, v. g. *est, non est*; ubi idem est, debere esse unum ex illis, ac non posse esse utrumque: Si verò applicentur terminis contrariis esse diversa principia; nam non est impossibile, hominem esse album & esse nigrum simul. Primum offenditur sic, quia oppositio contradictoria & immediata sunt prorsus idem; ergò, inquit, idem est, non posse duo contradictoria esse simul, ac necessariò esse unum ex illis: Verum ille supponit falsum, scilicet, illud principium posse applicari contrariis, quia, ut dixi, debet sumi cum eodem predicato semel affirmato & semel negato, quia cum sit veritas Universalis Metaphysica, debet ex terminis innotescere, repugnare autem albedinem, & nigredinem in eodem subjecto, ex terminis non innotesce, sed ex partialibus scientiis, in quibus agitur de illarum formarum oppositione, ut in Physica, sed quando de eodem idem affirmatur & negatur simul, ex terminis apparet veritas talis principii, & licet termini sint Physici, tamen probatio ejus sumitur ex Metaphysica, nam posse esse & non esse simul, à Metaphysico probatur ducendo ad impossibile, & non à Physico, unde existimo cum Suarez supra, Arriaga, Connimb. & communi contra Javellum & Hurtadum, illa duo principia esse diversa, diversa namque veritas est: hæc duo non posse simul esse vel stare, ab hac alia veritate, necessarium est, ut unum de duobus existat, licet enim utraque propositio sit vera, non sequitur tamen, quod veritas utriusque sit planè eadem, sicut, quamvis necessariò sit verum: *Quaecumq; sunt eadem uni tercio sunt eadem inter se*, tamen non sequitur, quod ejus veritas sit eadem cum veritate hujus principii: *Quodlibet est, vel non est*; Et quod sint veritates disparatæ, declaro sic; quia si essent veritates inter se formaliter connexæ, vel eadem prorsus veritas, in quacunq; materia applicarentur, haberent eandem prorsus veritatem. Unde sicut est verum, quòd, quia quodlibet est homo vel non est homo, idèd non potest esse homo, & etiam esse homo simul, & contra; ita etiam esset verum, quia Petrus vel Joannes currit, idèd non potest uterq; currere, quæ tamen causalis est mala, nam juxta dicta in summalis, propositio disjunctiva, verbi gratia, Petrus est albus, vel niger, licet non requirat ad sui veritatem, nisi unum ex duobus, adhuc tamen esset vera, licet utrumque haberet; unde, licet Petrus esset albus & niger, adhuc esset verum, est albus, vel niger, ergò cum illud principium; *Quodlibet est vel non est*, sit disjunctivum, & solum dicat unum ex illis necessariò convenit

F. Amandi Hermann Metaphysica.

cuilibet, non idèd negat, posse utrumque simul convenire eidem, ac proinde licet per impossibile negatio & forma possent esse simul, adhuc illud principium: *Quodlibet est vel non est*, deberet esse verum. Secundum autem principium scilicet: *impossibile est idem simul esse & non esse*, foret falsum. Unde sciendum, hoc principium: *Quodlibet est vel non est*, non fundari præcisè in oppositione immediata istorum terminorum, ut vult Hurtadus, sed in eo, quòd inter utrumque comprehendatur, quiddam potest concipi de unaquaq; re, quia de nulla re potest aliquid cogitari, nisi unum ex illis duobus, cum non detur aliud quod tertium medians inter utrumque.

Aliud verò principium, scilicet: impossibile est, idem simul esse & non esse, non fundatur in eo, quòd omnia, quæ possunt concipi, de quolibet comprehendantur illis duobus terminis, sed in eo, quòd illa duo inter se sumè repugnant, & unum excludat formalissimè aliud. Confirmatur tota hæc doctrina sic; hominem non posse habere simul albedinem & ejus privationem, probatur hoc principio: *Impossibile est, idem simul esse & non esse*, quia forma & privatio se contradictoriè negant, sed hinc non habet locum aliud principium, scilicet: *Quodlibet est vel non est*, vel: quodlibet est album, vel habet privationem albedinis, quia Angelus, vel Deus non habet privationem albedinis, nec est album, cujus ratio nò est alia, quàm quia privatio albedinis, & ipsa albedo non sunt omnia, quæ de una quaque re concipi possunt, nam præter illas datur negatio, seu absentia pura albedinis, quæ est absentia à subjecto nò apto nato, qualis est Angelus respectu albedinis & suæ privationis: Unde nò valet dicere, in quolibet est albedo, vel privatio albedinis, benè tamen vera est hæc propositio; Impossibile simul in eodem esse albedinem, & privationem albedinis, quia non obstante, quòd albedo & privatio albedinis non sint termini complectentes intra suam latitudinem omnia omnino prædicata negativæ & positivæ dicibilia de unaquaque re, sunt tamen se ipsos contradictoriè negantes. Ex quibus omnibus

Infero cum Arriaga hinc, quòd veritas illius principii disjunctivi fundetur in diversa ratione fundandi, à ratione fundandi veritatem hujus alterius principii copulativi: *Impossibile est, idem simul esse & non esse*, quòd est intentum contra Hurtad. & alios: Unde non male videtur inferre adhuc Arriaga contra nonnullos alios Authores, oppositionem contradictoriam in omni sensu & in omni rigore, non semper esse immediatam, nam forma & privatio formæ opponuntur contradictoriè, & tamen nò opponuntur immediatè, habent enim medium, scilicet carentiã puram, seu absentiam formæ à subjecto incapaci talis formæ, ut supra. Unde, sicut dantur contraria mediata, v. g. amor & odium, similiter dantur contradictoria mediata eodem planè modo.

Dices: In subjecto capaci opponuntur immediatè forma & sua privatio. Sed esto hoc sit verum, nò est ad propositum, quia hæc loquimur de oppositione universali in omni omnino subjecto, agim⁹ enim de illis principiiis universalissimis, seu primis veritatibus; *Quodlibet est vel nò est, & impossibile est, idem simul esse & nò esse*. Contra 2. Illa duo, albedo & privatio albedinis habet talè

Nnnn 2 oppo-

IX.

X.

oppositionem in ordine ad quodlibet omnino subiectum, ut repugnet, illa posse esse simul in eodem, tamen non est necessarium, ut in quolibet subiecto sit unum ex illis duobus; ergo oppositio contradictoria non est immediata absolute loquendo.

XI.

Ex dictis hactenus relinquatur, duo esse principia simpliciter prima, seu duas viriditates Metaphysicas generales, & simpliciter indemonstrabiles, scilicet: *Impossibile est, idem simul esse & non esse.* Item: *Quodlibet est vel non est.*

Assignatur
quoddam sit
fortissimum
principium.

Nunc ergo ad tertiam Tituli partem respondeo, illud principium: *Impossibile est idem simul esse & non esse, esse firmissimum; ita Aristoteles 4. Metaph. tex. com. 9. Scot. ibid. supra text. & lib. 4. Metaphysicæ quæst. 3. per totum, & communis apud Conimbr. 1. post. resol. cap. 8. q. 1. art. 3. Verba Philosophi sunt: Quapropter omnes demonstrationes in hanc reducuntur ultimam, vel resolvuntur ultimam, imo illud ipsum; *Necesse est, idem esse, vel non esse, tanquam aliquomodo posterius, ut patet, nam si impossibile est, idem simul esse & non esse; ergo oportet esse vel non esse, hoc fuscè probat Aristoteles 4. Metaphysicæ, per sex capita, vide Scotum ibidem supra textum, qui ad text. 17. n. 56. ex omnibus Aristotelis argumentis integrat unam rationem totalem, quæ talis est; si affirmatio & negatio sint simul vera de eodem, aut hoc erit verum de omnibus, aut de quibusdam tantum; non de quibusdam tantum, quia est eadem ratio de omnibus; si de omnibus, vel hoc erit verum convertibiliter, scilicet, quod de quocunque vera est affirmatio, sit vera negatio & è converso; si non convertibiliter, sequitur, quod negatio sit certior, & notior affirmatione, quod est falsum: si convertibiliter, vel hoc erit divisim, vel conjunctim; si conjunctim, sequuntur duo inconvenientia, primum est, quod illud principium pronuntians afferret affirmationem & negationem, & quod ambo erunt falsa; secundum est, quod omnia erunt unum: si dicas, quod verum est divisim, tunc sequuntur 4. inconvenientia, primum, quod omnia erunt unum, sicut priùs; secundum, quod omnes verum dicent & omnes mentientur, & idem homo confitebitur se dixisse falsum, dum dicit verum & intendit dicere; tertium est, quod per hoc tollatur omnis disceptatio & via probandi veritatem è medio; quartum, quod affirmatio & negatio sint simul veræ de eodem, & hoc in idem redit; sed & notat ipse Scotus ibidem, licet hæc omnia sint apud nos inconvenientia, tamen eorum aliqua admittet Heracitus vel quicumque alius; argumenta, quæ contra hoc objici possent, videantur apud Scot. quæst. 3. cit. lib. 4. Metaph. & 4. ibidem. Sit nunc**

QUÆSTIO III.

An Metaphysica cognoscat omnium rerum Quidditates?

I.

Duplex est
sententia.

Circa præsentem Quæstionem magna, & de mente Scoti plurima est controversia; Duæ sunt autem principales sententiæ. Prima dicit,

Metaphysicam agere de omnibus rebus, etiam in particulari & earum proprietatibus usque ad ultimas species & differentias. Ita Ægydius & secundum hanc sententiam sequeretur omnes alias scientias superflue aut esse meras Metaphysicæ partes. Secunda sententia docet Metaphysicam non agere de omnibus rebus & earum quidditatibus in particulari, hæc est SS. Thomæ & suorum, quæ quoque Scoto attribuitur, attamen resolutivè.

Dico ad Quæstionem: *Consideratio*

distincta omnium quidditatum etiam in particulari, secundum quod constant ex genere & differentia, vitales quidditates re ipsa abstrahant a materia, sive materia ad Metaphysicam & non ad ullam aliam scientiam spectat. Conclusio est contra multos optimos notæ Scotistas Anton. Andr. hic lib. 1. q. 9. per totum, Tromber Leuchet. in 1. d. 3. q. 2. Scholasticæ in q. 1. Metaph. Doctoris, & palam recentiores Scotistas, qui omnes mordicus tenent oppositum Conclusionis esse de mente Scoti q. 9. citata per totum & maxime Scholasticæ Schol. 2. in eadem quæst. sed ut bene notavit Mauritius in annotationibus ejusdem quæstionis 9. si omnia subtiliter considerentur, facillimè concordabuntur, unde quidquid dicitur illi, salvo meliori judicio conclusio contra est conformior Scoto & rationi, quam oppositum.

Prima pars probatur primò,

quia Scotus in 2. d. 3. q. 1. n. 7. agens de natura ut præcedit singularitatem dicit: *Et secundum illam prioritatem naturalem, seu naturæ, natura est quod quid est, & per se objectum intellectus, & per se ut sic consideratur à Metaphysico & exprimitur per definitionem &c.* Sed natura, verbi gratia, humana vel alia specifica, de qua ibi loquitur Scotus, prout præcedit singularitatem, & prout exprimitur per definitionem includit aliquid aliud plus, quam gradum entis; ergo secundum Scotum Metaphysica considerat quidditates verum in particulari, unde tollitur evaluo Tromberæ dicentis: Scotum tantum velle, naturam considerari à Metaphysico, in quantum resolvitur in ens, quia dicit, quod secundum illam rationem formalem, quæ præcedit singularitatem, consideretur à Metaphysico.

Probatur secundò eadem prima

pars, Scotus in 1. d. 2. q. 2. n. 3. docet, quod *Metaphysicum cognoscat lineam esse speciem quantitatis continuæ distinctam à superficie & corpore, quod non posset nisi sciret & consideraret illud, in quo convenit cum illis & illud, per quod differt, sed hæc sunt genus & differentia lineæ; ergo Metaphysicus considerat distinctam quidditates in particulari, & hoc confirmatur eodem argumento, quo probat Scotus 2. d. 3. q. 1. radium solarem, secundum quod unum numero non posse percipi à visu, ut distinctum ab alio radio præcisè accidentibus, quia extrema ut sic distincta non cognoscit; ergo si Metaphysicus cognoscit lineam & superficiem ut extrema distinctionis specificæ, debet cognoscere ipsos gradus específicos, & consequenter considerare quidditates rerum in particulari.*

Probatur tertio eadem prima

pars, quia Scotus in 1. d. 3. q. 2. n. 25. dicit, quod

quod termini & principia aliarum scientiarum sunt per se nota ex conceptu confuso terminorum, sed ex Metaphysica scita, & idem fusè prosequitur ibidem.

Probatur quartò eadem pars, quia Scot. in 2. d. 3. q. 6. n. 10. §. Respondeo, sicut dictum est in prima parte &c. repetit ea, quæ ex ipso supra citavi ex q. 1. d. 3. 2. sent. Ex quo colligo cum Hostiæo contra multos Scotistas non incidenter & perfunctoriè tenere hanc nostram sententiam, alios eam bis isdem verbis non teneret sicut tenere patet cum legenti in utroque loco cit. q. 1. & 6. ejusdem d. 3. n. 1. præterea, Scot. Metaph. c. 2. supra textum illum, quot sunt species Philosophiæ, quot substantiæ, dicit sic: *Notandum, Metaphysica est una scientia unitate generis cujus partes scilicet subjectiva sunt plures, una est de substantia sensibili de qua agitur 7. & 8. hujus, & alia est de substantia in sensibili & immateriali de qua agitur in duodecimo Metaphysicæ verba clara sunt & moverunt me ad tenendam hanc sententiam, quam confirmare possum ex pluribus Aristotelis autoritatibus ut 4. Met. cap. 1. 6. Met. cap. I. & 4. cap. 2. sed misfas facio plures & ad rationes progredior.* Unde

IV. *Definitio hominis ad Metaphysicam spectans.*

Probatur primò Ratione: Quidditas specifica hominis, verbi gratia, est definibilis prout ponitur in prædicamento, scilicet quod sit *Animal rationale*, sed hæc definitio non est Mathematica, nec Physica, ergò Metaphysica: Major ab omnibus debet admitti, probatur minor, quia Mathematica tantum agit de quantitate vel de quanto, *Animal verò rationale* non est definitio quantitatis, vel quanti quæ talis; nec etiam prædicta definitio est Physica, quia definitio Physica hominis est illa, quam tantum ingrediuntur materia & forma, dicendo: *Homo est compositum naturale ex corpore, tanquam materia & anima rationali tanquam forma*; ergò relinquitur ex dictis, quòd prædicta hominis definitio sit considerationis Metaphysicæ; ergò ulterius, cum risibilitas sit propria passio hominis de eo demonstrabilis, & non sit proprietates Physicæ, quia non sequitur hominem ut est principium motus & quietis, est passio Metaphysica & consequenter de eo demonstrabilis in Metaphysica mediante sua definitione Metaphysica.

V. *Ratio Adversariorum adducitur & rejicitur.*

Probatur Ratione secundò: Ideò Adversarii dicunt, quòd quidditas ignis non potest ab alio considerari etiam ut abstracta à mobilitate & motu, quàm à Physico, qui quamvis sub tali abstractione abstrahat à mobilitate & motu, includit tamen principium illorum scilicet materiam & formam, quæ secundum esse non possunt abstrahere ab hoc, quòd est esse principia talium, ideò quocumq; illa includit, erit considerationis Physicæ, & in hac replica fundantur omnes rationes & responiones Adversariorum volentium considerationem Entium, materialium spectare ad solam Physicam, sed quamvis hoc non urgeat me, quia non nego aliquam considerationem quidditatum materialium spectare ad Physicam, licet non omnem. Contra tamen, quia consideratio cujuslibet scientiæ circa objectum suum, vel est respectu passionum, vel respectu quidditatis

investigando alterutrum per alterum à priori vel à posteriori demonstratione *propter quid vel quia*, quæ sunt vel per definitionem Metaphysicam vel proprietatem, saltem quando considerantur, secundum quod præcindunt à materia Physica vel sensibili, & ut ponuntur in prædicamento, aliàs si sufficeret, quòd considerent illud, quòd dicit ordinem ad materiam, & non secundum quòd dicit ordinem ad materiam Physicam nullatenus distingueretur à Mathematica contra ipsos, quòd cum dici nequeat, nec dari possit aliqua tertia scientia de substantia distincta à Physica & Metaphysica relinquitur, quòd prædicta consideratio sit Metaphysica, quòd est intentum. Ad hominem confirmatur, quantitas secundum S. Thomam dicit essentialem ordinem ad materiam, qui ponunt in hærentiam aptitudinalem esse de essentia cujuslibet accidentis, item secundum Scotistas talis aptitudo est passio accidentis & tamen secundum eosdem, quantitas consideratur à Metaphysico; ergò illa abstractio, quam ponunt utriusque in objecto Metaphysicæ à materia scilicet, quòd nullum ordinem dicat ad materiam secundum esse, est omnino falsa. Idem argumentum valet de 7. ultimis prædicamentis relativorum de quibus agit Metaphysicus, & tamen impossibile est ea secundum esse abstrahere à materia seu ab extremis ut omnes admittunt. Plurimas alias rationes vide apud alios, hæc modo sufficiant. Sed in contra

Arguitur: Ex ista Doctrina sequeretur

alias scientias subalternari Metaphysicæ, quòd videtur Scotus velle I. Metaph. q. 9. n. 8. Sed ratio Scoti tantum intendit habitus Metaphysicos, quibus demonstratur propria passio de quolibet ente inferiori, subalternari habitui, quo demonstratur sua passio de ente & hoc ipsum loquendo de primis habitibus inferioribus vià divisionis acquisitis, sed hoc est falsum, ut habet Scotus lib. 1. Metaph. q. 9. Probatur major, illa scientia est subalternata respectu alterius cujus objectum continetur sub objecto alterius, sed objecta omnium scientiarum continentur sub objecto Metaphysicæ; ergò, R. negando sequelam majoris, ad cujus probationem Dico primò Adversarios admittit veritate Entis tam benè debere fateri omnes scientias subalternari Metaphysicæ, quàm ego, cum teneantur omnes dicere objecta omnium scientiarum contineri, sub ente ut sic, quòd est objectum Metaphysicæ ut supra. R. secundò vel potius suppono ex quæstione de subalternatione scientiarum ad veram subalternationem scientiarum non sufficere, quòd objectum subalternatæ contineatur sub objecto subalternantis ad hoc, ut una scientia subalternetur alteri aliàs argumentum convinceret, sed requiritur & sufficit, quòd principia scientiæ subalternatæ sint conclusiones demonstratæ in scientia subalternante juxta Scotum q. 3. prologi oxon. n. 29.

Instatur: Metaphysica ministrat principia omnibus aliis scientiis, ergò aliæ scientiæ sibi subalternantur. R. tantum ministrare principia incomplexa, ut sunt medium syllogisticum, verbi gratia definitio, vel propria passio, imò juxta Scotum q. 1. lib. 6. n. 19. Metaph. Nnnnn 3 potest

VI. *Argumentum in contrarium ex autoritate Scoti.*

VII. *Metaphysica subministrat media incomplexa.*

potest aliquis perfectè scire scientiam inferiori-
rem sine Metaphysica, & licet talis, inquit
Scotus, sit perfectus Planticus vel Plantista,
est tamen imperfectus sciens, quia etiam plan-
tam imperfectè novit, potest enim ignorare
quid sit substantia, &c. idem habet alibi de
Geometro, qui potest perfectè scire lineam
esse longitudinem sine latitudine & tamen
ignorare ad quod genus entis spectet.

Urgetur: Secundum Scotum in eadem
quæst. 1. proxima citata n. 24. Metaphysica,
seu scientia de ente, inquit, nullam passionem
primam alicujus inferioris entis considerat,
sed tantum passionem entis primò de ipso & per
se de quocunq; inferiori. R. primò illud
esse tantum additionem & non de textu. R. Se-
cundò totum procedere de habitu partiali Me-
taphysicæ qui immediatè versatur circa ipsum
ens, & suas passionem universalissimas quod
non est contra conclusionem.

Replicatur: Scotus quæstio nona
primò Metaphysicæ tenet oppositum hujus
Doctrinæ per totam. R. Quidquid dicat Scho-
liastes in Scho. 2. ejusdem quæst. 9. Docto-
rem in tota illa quæstio esse problematicum,
ac proinde potius adhaerendum ejus verbis, &
authoritatibus in Theologia à me citatis &
quidem manifestis.

VIII. **Dices** adhuc: Metaphysicus non tractat
quidditates entium rationis, quia sunt extra
ejus objectum adequatum, ergò nostra Do-
ctrina est falsa. Respondeo primò cum illis
qui tenent univocationem entis ad ens reale
& rationis, ad quam sententiam inclinatur ipse
Scotus ubique juxta Scholiasten disp. 29. pri-
mò report. Scho. unico, nego antecedens &
ejus probationem. R. Secundò cum Lichero
in primo d. 3. q. 3. n. 8. a. n. 3. sui commen-
tarii ens rationis saltem reductivè spectare ad
considerationem Metaphysicæ, vide Scotum
de hoc quæ prima Elenchorum in Logica.

IX. **Arguitur** 2. Pro Sencinnate, nulla
scientia, aut habitus potest scire aliquod obje-
ctum, aut cognoscere nisi in cognitionem ejus
ducatur per rationem formalem sui objecti pri-
mi, sed per rationem formalem entis in quan-
tum ens, quod est objectum habitus Metaphy-
sici, non potest intellectus duci in cognitionem
distinctam inferiorum ejus, cum ens sit supe-

rius & commune, nihil autem tale continet
distinctè sua inferiora, sed tantum in potentia,
ergò, &c. R. dist. majò. nisi ducatur in
ejus cognitionem per rationem objecti sui pri-
mi formalis, vel aliquid continens illud vir-
tualiter, & essentialiter, sicut est pars subjecti-
va, vel per aliquid habens attributionem ad
illud, concedo ma. ita quòd nihil intelligat
habitus nisi sub ratione formali sui objecti pri-
mi, nego maj. & sic minor nihil facit, quia non
tantum consideratur ipsa ratio formalis entis
sub conceptu proprio Metaphysico, sed etiam
partes subjective sub sua ratione propria, unde
argumentum est nullius valoris, & impugnat
suum Authorem, quia probat quòd Me-
taphysicus non cognoscat substantiam sub sua
ratione propria, quia non continetur distinctè
sub ente, & sic miser Metaphysicus nihil
cognoscit distinctè, nisi nudum gradum entis,
qui imperfectissimus sit est.

Instatur: Si Metaphysica cognosceret
distinctè quidditates rerum in particulari
perficerent alia scientia speculative, verbi
gratiâ Mathematica, & Physica, quia si con-
siderat quidditates considerabit etiam earum
proprietas & sic aliis nihil remanebit con-
siderandum, consequenter superfluum. R. dist.
sequelam superfluent alia scientia si Me-
taphysica cognosceret omnes quidditates in par-
ticulari secundum omnes rationes particulares
secundum quas cognoscuntur ab aliis scientiis
concedo sequelam: Si cognosceret in particu-
lari secundum rationem quidditativam tan-
tum nego sequelam, itaque Metaphysica dis-
tinctè cognoscit res in particulari tantum
secundum rationem quidditatis definitivam ex
genere, & differentia, unde Metaphysica, Ma-
thematica, & Physica de eadem quantitate sub
diversis rationibus esse possunt. Metaphysica
secundum rationem quidditatis vel prout com-
ponitur ex genere & differentia; Mathematica
in quantum agit de quantitate secundum pro-
portionem tantum; Physica in ordine ad mo-
tum, & hoc est quòd vult Scotus 1. d. 3. q. 2.
n. 23. & d. 2. q. 2. n. 3. ubi dicit: quòd sit evi-
dens Geometro, quòd linea sit longitudo sine
latitudine, non considerando ad quòd genus
pertineat, sicut facit, inquit, Metaphysicus.

Et hæc pro Disputatione proxima
dicta sufficiant.
Sic



PARS I. DISPUTATIO I.

DE ESSENTIA ENTIS.

Quia praeverta Disputatione, pro objecto adaequato Metaphysica ens reale ut sic statui, ideo de eius natura & essentia agendum est, quare sit

QUESTIO I.

Quid sit ens reale, & an detur conceptus communis ipsi Enti reali & rationis?

habet esse simpliciter, & ens rationis secundum quid, ita & habebit ens reale intelligi simpliciter, rationis secundum quid.

I. Explicatur

Communis Doctorum sententia rationem entis realis explicat per aptitudinem ad existendum, asseritq; illud esse ens reale, cui non repugnat existentia, seu quod est capax existendi. Definitionem hanc optimam esse ex eo probatur, quod conveniat Deo & creaturæ, substantiæ & accidenti, & omnibus aliis accidentibus realibus, & non conveniat enti rationis, quod ens non est; neq; negationibus, quæ sicuti propriè entia non sunt, sic sunt propriè existentia incapaces, & eodem modo, quo dicuntur entia, eodem existere dicuntur, & sicuti non dicuntur entia nisi cum addito, videlicet entia negativè, sic cum eodè addito dicuntur negativè existere; nec ullus alius conceptus est assignabilis, qui nobis notior esset. Hæc pro prima parte quaestionis. Pro secunda parte solvenda revocetur in memoriâ tractat^o de ente rationis, cum ejus notitia æquè sit necessaria, quo facto

Arguitur 2. Quando aliquid definitur, per commune & contrahens, necessariò illud commune convenit alicui, cui nõ convenit contrahens, sed ens reale & rationis definiuntur per aliquid contrahens, & per ens; nam ens reale & rationis sunt termini complexi dicentes duos conceptus objectivos; ergò cum enti rationis nõ conveniat contrahens, scilicet reale, conveniat ipsi communi scilicet ens. R. negando min. nam per ly reale & rationis solum determinatur æquivoca significatio entis communi similè accepti, sicut per verum & pictū detrahitur æquivoca significatio hominis.

V. Secundum

Arguitur 3. Potest quis esse cert^o quòd universale sit ens, & dubius an sit reale, vel rationis, ergò conceptus entis respectu ipsorum erit communis, & univocus. R. dist. ant. potest esse certus de nomine entis, seu conceptu indeterminate & confuso concedo ant. conceptu determinate, seu de re entis nego ant. sicut quando dicimus, ly canis, ubi non possumus habere conceptu realitatis inter se similitum, vel unius realitatis communis, sed tantum solius vocis.

VI. Tertium

II. Non datur conceptus communis reali & rationis.

Dico: Non datur ens præscindens, à reali & rationis, quod sit univocum ad illa. Est communi similia.

Probo 1. Ex Scoto in 1. d. 29. q. 1. ei, quod est secundum quid tale & ei, quod est simpliciter tale, in quantum tale, non est commune univocum illud, quod accipitur in eis secundum quid & simpliciter, sed ens reale est simpliciter ens, & ens rationis est secundum quid ens, ergò ens ut sic non prædicatur de illis univocè; hæc ratio fundatur in illa regula, quòd à termino sumpto ab aliquo distrahente, vel diminvente, ad eundè sumptu simpliciter nõ valet consequentia, sic ly rationis distrahit, vel saltè diminuit ratione entis.

Arguitur 4. Ens communi similè sumptum habet sufficientem unitatem medii syllogistici, ergò non est æquivocorū. Probat^{ur} ant. quia hæc est bona argumentatio, omne ens est intelligibile, ens rationis est ens, ergò est intelligibile, ergò, &c. R. neg. ant. ad probationem dico, quòd ille Syllogismus non est bonus ut categoricus, sed bene si accipiat^{ur} ut hypotheticus ex disjunctivis compositus, in quas potest sic resolvi, hoc vel illud ens est intelligibile, scilicet ens reale, vel rationis, sed ens rationis, &c. sicut hic syllogismus: *Omne canis est mobilis, sius est canis, ergò: Est bonus si sic resolvatur, hic vel ille canis est mobilis, &c.* Ex his collige similiter dicendum esse de conceptu præscindente ab ente positivo & negativo, sicut etiam de relationibus realibus & rationis, quia utrobique eadè est ratio.

VII. Quartum

III.

Probo 2. Quia sicut homo pictus & homo verus non habent rationem aliquam univocam communem hominis, quia homo pictus non est verè essentialiter homo, quod requiritur ad univocationem, sed tantum habet hoc, quòd dicatur homo ab homine vero, eo, quòd sit ad similitudinem ejus, ita etiam enti reali & rationis non poterit quid univocum commune dari, quia ens rationis non est verè intrinsecè ens, sed quòd dicatur ens, habet hoc ab ente reali, eo quòd ad similitudinem ejus concipiatur.

QUESTIO II.

An ens reale dicat conceptum unum tam formalem, quam objectivum?

Revocatis prius in memoriâ dictis de conceptu formali & objectivo, explico sensum quaestionis & dico hunc esse, videlicet, an quando concipitur ens ut sic, seu quando concipimus aliquid esse ens, & ignoramus, an sit substantia, vel accidens habeamus in mente nõstra unum adum, vel plures, & an habeamus unum objectu nobis propositu, vel plura, quod resolvendo

I.

IV. Argumentum rationis pro communi.

Arguitur 1. Omnis potentia, quæ ferri potest in aliqua objecta, habet unum commune objectum sub quo omnia illa continentur, sed intellectus ferri potest super ens reale & rationis, ergò habebit unum commune objectum, sub quo omnia illa continebuntur. R. dist. maj. quæ potest ferri per se primò & simpliciter in aliqua objecta, concedo majorè; per se secundo & secundum quid, nego majorè; similiter dist. min. Potest ferri in ens reale & rationis per se primò & simpliciter nego minorè. Per se primò, & simpliciter in ens reale & per se secundo, ac secundum quid in ens rationis concedo min. & nego consequentiã. Ratio est, quia sicut se habet res ad esse, ita & ad intelligi, unde ens reale

DICO 1. Ens ut sic habet in intellectu nostro unum conceptu formalem, qui nõ representat aliquid ex inferioribus secundum proprias rationes, sed tantu secundum conceptibilem rationem entis communem. Ita D. 1. d. 3. q. 5. & d. 8. q. 3. cum suis ac Neutristis ferè omnibus, contra Ruvium & alios, qui utrumque conceptum ei negant, & Nominales negantes conceptum objectivum.

II. Ens habet in nobis conceptum formalem.

Probat^{ur}

III.

Probatur Conclusio primò

experientià: Quia quando concipimus Ens, non advertimus nos habere plures conceptus ipsi correspondentes, nec habere plura objecta ipsi propolita, nec nos percipere Deum aut Creaturas, substantiam aut accidens, sed si haberemus plures conceptus, aut plura objecta propolita, deberemus id advertere, quia de factò non possumus colligere nos habere plures conceptus, aut plura objecta percipere aut Deum & Creaturas, nisi per experientiam; ergò si habemus oppositam experientiam, dicendum est, quòd Ens habeat talem unum conceptum. Confirmatur ex eo, quod ad prolationem vocis canis experimur intellectum non uniri in aliquo uno; sed ad diversa distrahi, scilicet ad canem terrestrem, caelestem & marinum optimè colligimus illi voci non correspondere unum conceptum communem, & e contra ex eo, quod ad prolationem hujus vocis animal experimur intellectum non distrahi ad diversa, sed uniri ad concipiendam substantiam sensibilem optimè colligimus unum conceptum communem correspondere, ergò cum ad prolationem vocis ens experimur, nos non distrahi, sed potius intellectum nostrum uniri optimè colligimus huic voci correspondere unum conceptum communem.

IV.

Probatur secundò ratione D. I. d. 3. q. 3. n. 9.

intellectus habens unum conceptum formalem de uno certum & alios incertos de aliis, si ille, qui est certus, sit ita certus, ut impossibile sit ipsum esse dubium aliis existentibus certis, habet conceptum unum formalem præcisum & distinctum ab aliis conceptibus illorum de quibus est dubius, sed intellectus potest esse certus, quòd aliquid sit ens, dubitare, aut an sit Deus, vel creatura, substantia, vel accidens, ergò intellectus noster habet conceptum unum formalem entis præcisum & distinctum à conceptibus particularium entium, major patet ex terminis, nam si intellectus habet conceptum formalem certum & alios conceptus formales dubios, procul dubio ille certus erit distinctus à dubiis: Minorem probò: quia Philosophi cognoverunt motorem primæ Sphæræ esse ens, dubitarunt autem, an esset Deus, vel alia intelligentia; item cognoverunt lucem esse ens, dubitarunt autem, an sit substantia vel accidens, ergò intellectus potest esse certus, quòd aliquid sit ens, & dubitare an sit Deus vel creatura.

V.

Dices I. cum Thomistis: Ens, ut dicitur, de Deo & creatura, &c. non importare unum conceptum, sed plures, qui ob maximam similitudinem videntur unus.

Similitudo non solum experientiam.

Contra, si hæc replica valeret, nullus prorsus daretur conceptus unus universalis, nam si dicas hominem habere unum conceptum ad Petrum & Paulum, respondebo, quòd sint duo, sed videntur tamen unus ob maximam similitudinem quam habent, quod tamen falsum est.

VI.

Dices 2. cum aliis: Intellectum quidem in tali casu non percipere determinatè Deum aut creaturam, sed tantum indeterminatè, ita ut intellectus sit certus de toto illo dis-

Inferiora non cognoscuntur indeterminate.

juncto, & dubius de ejus singulis partibus. Contra, experientià constat, quòd quando intellectus concipit ens, ita ut habeat conceptum certum & alios dubios per illum conceptum certum, nullo modo experitur se habere conceptum Dei & creaturæ, nam dum Philosophus cognoscit Cælum moveri, certus est illud movens esse ens, & deinde ulterius investigando dubitat utrum Deus sit, vel creatura, ergò falsum est intellectum in tali casu cognoscere Deum & creaturas etiam indeterminatè, illi que esse certum de toto illo disjuncto.

Dices 3. Cum aliis negantibus majorem, quam sic invertere nituntur, primò Philosophi fuerunt certi de eternitate mundi & Dei, eumque esse causam primam, necesse est & dubitarunt de finitate & infinitate, & tamen eternitas non est communis finito & infinito. Secundò si duo homines, uterque Petrus nomine, in obscuro cubiculo existerent & me percuteret unus, essem certus quòd me Petrus percutisset, & dubius an hic vel ille, & tamen Petrus non importat conceptum communem illi. Tertio, si canis terrestris & marinus includeretur in sacco, & unus illorum moveret saccum, certus essem canem movere saccum, & dubitarem quis nam illorum, & tamen canis non dicit unitatem conceptus ad illos. Veritate nulla concludit, non prima, quia conceptus eternitatis, causæ primæ, necessitatis essendi, non erant tam certi ut existerent certitudine finitatis aut infinitatis non potuissent reddi dubii: Non secunda, quia juxta dicta in universalibus, à singularibus potest abstrahi conceptus communis, & si non possemus, haberemus conceptum communem hominis, quod falsificat: Neque tertia, quia tunc haberemus conceptum animalis. Deinde hic non est fermo de conceptu objectivo prout probat instantiæ, sed de formali. Denique & licet non posset abstrahi à singularibus conceptus communis, instantia nil concluderet, quia ille conceptus, non esset formalis, sed objectivus, qui non abstrahitur, nisi ubi reperitur similitudo illarum rerum, à quibus sit præcisus, & penes hoc ubi inveniuntur plures formalitates diversæ rationis.

Dico 2. Conceptus formalis entis in mente nostra correspondet uni conceptui objectivo distincto & præcisus à conceptibus inferiorum. Et D. c. Probo primò unitatis conceptus formalis necessario correspondere debet unitati conceptus objectivi, ergò cum ens habeat conceptum formalem in mente nostra, habebit & objectivum. Probo antec. quia conceptus formalis est ipsa intellectio, sed implicat intellectio nem ut sit non esse alicujus rei intellectæ, quia cum actu illius ex sua natura habeat transire super aliquid quod objectum, ut in terminum necessario dicendum est, quod cuilibet actu intellectus, seu conceptui formali aliqua una ratio objectiva respondeat. Diversimodè ad hanc probam adversarij respondent, sed unam solam adducam, ex cujus impugnatione alie facili solvi poterunt. Quare

Dices: Ad salvandam unitatem conceptus formalis sufficere, si ei correspondeat ratio

ratio objectiva, vel plures immediatè & confusè. Contra: Quia in illo conceptu vel includitur substantia & accidens, Deus & creatura, & omnia alia Entia copulativè, vel disjunctivè, vel simpliciter; nullum dici potest secundum Adversarios, ergò: Probo minorem: Primò non copulativè, aliàs hæ propositiones essent falsæ, substantia est Ens, accidens est Ens, quia nec substantia est substantia & accidens, nec accidens est accidens & substantia, quod tamen requiretur ad veritatem illius propositionis, si Ens copulativè includeret substantiam & accidens & alia, ergò: neque disjunctivè, quia sequeretur univocatio entis, quam Adversarii negant, nam hoc disjunctum, substantia vel accidens, DEUS vel creatura, tam benè primò convenit creaturæ & accidenti, ac DEO & substantiæ, quia ad veritatem disjunctivæ sufficit veritas unius partis.

aliis rationibus communibus genericis, unde si ratio Adversarii valeret nullos possemus habere conceptus communes genericos, nam si sumamus rationem communem animalis, quæro an ista ratio sit rationalis an irrationalis, si dicatur esse rationalem non conveniet irrationali, & e contra falsum ergò est positivum absolutum & respectivum opponi contradictoriè, sed solum opponuntur taliter, sicut opponuntur aliæ differentiæ dividentes genus.

Arguitur 2. Nullus gradus communis & verè præcisus potest esse transcendens; ergò Ens, cum sit transcendens non potest habere conceptum præcisum ab inferioribus suis & contrahentibus: Probo antecedens: Transcendentia dicit necessariam & essentialem inclusionem conceptus transcendens in omnibus rationibus particularibus, ergò. Hic est Achilles Thomist. sed facilis evasione, quare R. primò negando utrumque antecedens. Ad transcendentiam enim sufficit, ut vel essentialiter, vel formaliter, vel identicè & realiter includatur in suis inferioribus. R. secundò, supposito transcendentiam sic includi, negando consequentiam cum probatione, quia per talem præcisionem non intelligimus, quòd Ens possit separari à differentiis & illæ solum manere, sed intelligimus, quòd Ens possit concipi secundum se, non conceptis suis inferioribus aut contrahentibus, licet hæc non possint concipi absque Ente, quod clarum est, quia nemo dicit cognitionem Entis & differentiarum non esse distinctas cognitiones.

XII. Secundum.

Dico 3. Conceptus Entis est unum non solum respectu substantiæ & accidentis, sed etiam respectu Dei & Creaturæ est D. loco cit. quia omnes rationes, quæ præbent conceptum Entis respectu substantiæ & accidentis esse unum, probant etiam de conceptu Entis respectu Dei & creaturæ.

XIII. Est unum etiam respectu Dei.

Probo primò: Cum Majoronio, omne quod dividitur per plures differentias contrahentes, habet unam rationem formalem communem omnibus membris divisivis, sed Ens non solum dividitur in substantiam & accidens, sed etiam in Ens finitum & infinitum, ergò Ens etiam habebit conceptum formalem præcisum à Deo & Creatura. Nec valet dicere hanc esse divisionem vocis in sua significata, non valet, quia omnis divisio vocis in sua significata est ad placitum, sed hæc non est ad placitum. Quod Confirmatur, quandoocunque aliquid definitur per commune & contrahens, necessariò illud commune convenit alicui, cui non convenit contrahens, sed creatura definitur per Ens & aliquid contrahens, ergò Ens convenit alicui, cui repugnat contrahens, sed contrahens nulli repugnat, nisi DEO; ergò Ens illi convenit, adeoque erit commune Deo & creaturæ.

Probat secundò: Totum, quod tollit negatio, ponit ipsi opposita affirmatio; ergò totum, quod negat nil, seu non Ens, ponit Ens, sed non Ens non solum negat Ens creatum & finitum, sed prorsus omne sive sit finitum sive infinitum, consequentia clara & quia si conceptus Entis non extenderet se ad omne prorsus Ens, Ens & non Ens

Ooooo non

X.

Probatur Conclusio secundo: Quia omnia Entia realia habent quandam similitudinem & convenientiam inter se, quam non habent cum non Ente ex nihilo; ergò possunt sub ea ratione conceptum unum objectivum constituere: antec. patet, consequentia probatur, quia omnia illa entia sub tali convenientia sunt conceptibilia; ergò in illa convenientia erit conceptus unus & consequenter objectivus; ergò: ant. patet. Quia intellectus habet virtutem præcisivam statim ac in re subiectum reperit habere rationem convenientiæ ac differentie potest ea plura concipere secundum illam rationem, secundum quam convenientiam præscindendo à rationibus, quibus differunt & tunc concipit illa plura ut sunt unum, ergò conceptus objectivus correspondens formali erit unus.

XI.

Arguitur: Si daretur talis unitas conceptus objectivi præcisi ab omnibus inferioribus, seu determinatis rationibus Entis talis conceptus esset contrahibilis ad sua inferiora, sed non potest esse sic contrahibilis, ergò: Probo minorem, quia deberet contrahi per aliquid superadditum, sed nil tale superadditum potest assignari, ergò: Probo minorem, quia illud superadditum vel esset Ens, vel non Ens, non potest esse non Ens, quia Ens per nil ad inferiora contraheretur, neque potest esse Ens, tum, quia ab eo non posset præscindi Ens, quia illud formaliter esset ipsum Ens; tum quia nil superadditur sibi ipsi, nam animalitas non additur animalitati, neque contrahitur per illam, neque præscinditur ab illa, ergò. R. negando utramque minorem, ad probationem dico Ens contrahi ad sua inferiora per aliquid additum, quod est Ens non formaliter, sed realiter & identicè. Ad alia

Instatur: Hæc ratio communis objectiva, vel esset absoluta, vel respectiva, sed neutrum dici potest, ergò: non respectiva, quia aliàs non conveniret absolutis, non absoluta, quia tunc non conveniret respectivis; ergò nec potest dici quòd ab utraque præscindat, quia inter contradictoria non datur medium. R. præscindere ab utroque, ut patet de omnibus

F. Amandi Hermann Metaphysica.

non essent sibi immediatè opposita. Sed in contra

XV.
Tota ratio
Entis quoad
realitatem
invenitur in
Deo.

Arguitur: Tota ratio Entis invenitur in Deo; ergò Ens non potest esse quid, superius Deo & creaturæ: Consequentia probatur, quia ratio superior est universalior quacunq; inferiori, unde nullatenus talis ratio debet tota inveniri in uno extremo, quia aliàs non excederet, nec posset esse quid commune inferioribus; antec. prob. licet enim creatura formaliter & intrinsecè sit Ens, non tamen est Ens per se, sed per participationem, cum participet rationem Entis à Deo, qui est Ens per essentiam, hinc ex vi illius Entis, quod in Deo est, per essentiam habet creatura quod sit Ens; ergò cum Deus sit Ens per essentiam, tota ratio Entis invenitur in Deo. R. hoc & similia argumenta concludere contra asserentes conceptum Entis importare realitatem præcisam à particularibus entium rationibus, non verò contra nos, qui asserimus conceptum Entis immediatè abstrahi à realitatibus DEI & Creaturæ inadæquatè conceptis, quæ solutio bene notanda est, hinc in forma R. negando antec. cum probatione, nam ex hoc argumento tantum sequitur, quod Deus habeat suum esse à se secundum omnem essendi plenitudinem & perfectionem, & nullum Ens habeat extra illum esse, nisi dependentè & participativè ab ipso, quæ dependentia non aufert unitatem transcendentalem entitatis communicatæ non quòd à parte rei existentem, sed per intellectum nostrum abstrahentem.

Instatur: Ens contrahitur ad Deum & creaturam per finitatem & infinitatem, & prius ad DEUM quàm Creaturam; ergò tota ratio Entis totaliter absorbetur ab illo; probatur consequentia: Quia infinitas est modus totalitatis ita, ut contrahat naturam totaliter & adæquatè, aliter non esset infinitum, si aliquid remaneret, quod non contrahetur. R. dist. ant. contrahitur ad Deum & creaturam, contractione vera Metaphysica, nego antec. contractione per opus intellectus, concedo antec. & similiter distingo conseq. tota ratio Entis &c. Si contrahatur Metaphysicè transeat consequentia; si contrahatur opus intellectus, nego consequentiam.

XVI.
Differentia
non impedit
quoniam in alio
contineri possit.

Arguitur 2. Ratio communis dum descendit ad inferiora dividitur per oppositas differentias, quæ se invicem excludunt, neque una est causativa alterius, quia tunc non essent simul natura, sed una præsupponeretur ad aliam, sed tota ratio creaturæ continetur, in Deo eminenter & ab ipso causatur; ergò Creatura cum Deo non possunt dividere Ens. R. negando majorem: Oppositio enim differentiarum non impedit, quominus una differentia eminenter contineatur in alia, aut causetur ab ea, nam sensitivum cum vegetativo, cum intellectivo adæquatè dividunt animam, & tamen sensitivum continetur eminenter, imò formaliter in intellectivo: Qualitas dividitur in habituales & actuales, & tamen habitus efficit actum.

QUÆSTIO III.

An Conceptus Entis sit ex natura rei ante opus intellectus præcisus, & distinctus à suis inferioribus.

Notandum est, quòd licet multitudine nobiscum conveniant in unitate conceptus Entis, tamen multi negant talem conceptum præcisum esse perfectè præcisum; Perfecta igitur præcisio est illa, quando nimirum conceptus ita ex natura rei, vel saltem per intellectum ab inferioribus abstrahitur, ut solum dicat quendam superioritatis gradum, in quo nullatenus relucant rationes inferiorum; Imperfecta autem præcisio est illa, quando nimirum conceptus præcisus non dicit gradum aliquem superiorum nec ex natura rei, nec per intellectum abstrahentem distinctum ab inferioribus, sed implicite saltem & confusè illa includit secundum proprias rationes, & solum abstrahit ab expressione suorum inferiorum, & hæc nominatur inadæquata, illa verò adæquata. Hoc prænotato quantur inter illos, qui admittunt perfectam præcisionem Entis, an talis videlicet præcisio perfecta præcedat omnem omnino operationem intellectus, ita ut inter Ens & inferiora intercedat distinctio formalis, sicut intercedit inter gradus prædicamentales. Ad quod

Dico I. Conceptus Entis ex natura rei est actualiter præcisus respectu substantiæ & accidentis. Hæc est communis inter Auth.

Prob. ex dictis in materia de prædicamentis. Ens, quod in 10. prædicamentis dividitur, est verè genus, cum non sit Ens transcendentaliter nimirum, ut est commune Deo & creaturæ, verum Ens finitum & limitatum immediatè divisum in substantiam & accidens, atque genus & differentia tempore importat diversas realitates Metaphysicas, quorum una est potentialis ad aliam; ergò licet genus ut dixi in Logica ex natura rei præcedat à suis inferioribus, ita etiam Ens à substantiâ & accidente præcindet.

Dices 2. Conceptus Entis respectu DEI & Creaturæ non est naturæ rei præcisus ab illis, sed non fundatum in aliqua realitate communi illa quæ sit una & eadem in ambobus. Hæc Conclusio est contra nonnullos Scotistas, quia paritate graduum prædicamentaliū ex Doctore probantur etiam in transcendentibus talem dari realitatem, sed contra eos

Probo Conclusionem primam Autoritate D. Bernardi. l. 5. de Consid. c. 7. ubi ait: Nunquid verendum ne cogitatio transvolat supra quod quantumcumq; in altum proficiat ultra est, infra quod cogitare possit homo, altissimum quantum ridiculum est statum impium. Quod dictum Bernardi de Conceptu objectivo intelligendum est non formalis; & Doctoris I. in 1. d. 9. q. 3. ubi dicit: Ad secundum patet in secundo articulo, quòd DEUS & Creatura non sunt primi diversi in conceptibus, sunt tamen primi diversi

in realitate, quia in nulla realitate conveniunt, & quomodo posset esse conceptus communis sine convenientia in re vel realitate, in sequenti dicitur.

IV. Secundò, Solvens quoque D. in I. d. 3.

q. 2. argumentum Henrici dicentis non posse à DEO abstrahi conceptum communem sibi & creaturis, quia est singularitas quædam; Respondet, quod non valet consequentia, sortes enim in quantum sortes, est singularis & tamen à sorte possunt plura abstrahi prædicata, & ideo singularitas alicujus non impedit, quin ab eo quod singulare est possit abstrahi aliquis conceptus communis, & dicit quidquid est ibi in re, licet sit sibi singulari ex se in existendo, ita quod nil aliud abstrahat ibi, à singularitate, tamen illud idem potest concepti & hoc in re, vel quodammodo indistinctè, & ita ut singulare velut commune concipiatur. Ex quibus verbis clarè deducitur conceptum Entis, de quo ibi loquitur DEUM non esse sumptum ab aliqua realitate communi in Deo, quæ sit contracta per aliud ad singularitatem, quia quidquid est ibi in re est singulare ex se in existendo.

V. Probatur Conclusio Ratione

primò: Si conceptus Entis communis DEO & creaturis fundaretur in una natura & realitate communi ipsis, sequitur dari in DEO compositionem Metaphysicam, sed hoc destruit simplicitatem divinam, estque expressè contra Scotum in multis locis; ergo non datur talis realitas communis; Probatur sequela majoris, quia omnis realitas ex natura rei communis & una ad plures contrahibilis est necessariò ratio potentialis ad rationem contrahentem, sed ubi est ratio potentialis ad rationem contrahentem, ibi est compositio Metaphysica; ergò si in Deo est &c.

VI. Dices cum Scotistis Realitatem commu-

nem tantum facere compositionem Metaphysicam, quando ad inferiora contrahitur per differentias, non facere verò quando contrahitur per modos intrinsecos, qualiter Ens contrahitur ad Deum & Creaturam, ratio est, quia entitas & modus una sunt realitas adæquata, & consequenter nil ibi erit actuale & potentiale, quia nil est in potentia ad se ipsum, & hanc dicunt esse propriissimam doctrinam Scoti I. d. 8. q. 3. ad secundum.

Contra primò: Quia nunquam Do-

ctor voluit, quod contractio Entis ad Deum & Creaturam per infinitatem & finitatem sit contractio à priori quasi una realitas communis possit primò contrahi ad plura essentialiter distincta per modos intrinsecos, quod probò, quia sicut modus intrinsecus non constituat rem in esse specifico & quidditativo, sed jam sic constitutum supponit, sic etiam distinctio modalis plurium supponit distinctionem specificam; ergò modus nequit esse prima ratio contrahendi realitatem communem ad constituendum plura realiter distincta; antec. probatur, quia modus intrinsecus est, qui non variat essentiam rei; consequentia probatur: quia ratio primò contra-

F. Amandi Hermann Metaphysica.

trahendi realitatem communem ad aliud particulare est de quidditate illius particularis, & facit illud essentialiter differre; ergò cum modus intrinsecus non sit de quidditate rei, neque faciat eam essentialiter differre, non contrahet realitatem Entis.

Contra secundò & probatur

secundò Conclusio, concessio quòd modi intrinseci sint primò contractivi illius realitatis adhuc non evitatur compositio Metaphysica in DEO, quia in DEO reperitur aliqua realitas, quæ non est de se hæc, sed communis, & ratio contrahens non est omnino idem ex natura rei cum ratione contracta; ergò non sunt omnino idem, & unum habebit rationem potentia & alterum rationem actus, & consequenter facient compositionem Metaphysicam.

Arguitur: Impossibile est aliqua plura

secundum unam & eandem rationem omnino simul convenire & differre, quia similitudo & convenientia fundatur super unitatem, distinctio aut & diversitas super multitudinem, sed DEUS & creatura conveniunt in ratione Entis realiter, & realiter differunt in propriis rationibus; ergò si ratio Entis nullo modo differt à DEO & Creatura, DEUS cum Creatura convenit & ab ea differt secundum eandem rationem & entitatem. R. dist. maj. Impossibile est, &c. eodem modo concedo majorem, diverso nego majorem: similiter distinguo minorem & consequens, & nego consequentiam, quod sufficit ad tollendam hanc contradictionem; DEUS ergò & Creatura secundum idem à parte rei conveniunt & differunt, sed non eodem modo, differunt enim actualiter, & conveniunt virtualiter, seu differunt in realitate & conveniunt in Conceptu, hæc autem non contradicunt sibi, sicuti solam esse virtualiter calidum & formaliter non esse calidum.

Instatur: Tam bene DEUS & Crea-

tura nullo operante intellectu conveniunt in ratione essendi, ac homo & bos, in ratione sentiendi, & oppositum est planè voluntariè dictum, sed inter hominem & bovem est actualis positiva similitudo; ergò inter DEUM & Creaturam. Resp. negando majorem: Nec hoc voluntariè est dictum, sed satis rationaliter, quia scilicet species & etiam individua non sunt primò diversa, sed aliqua eadem Entia, idem in aliquo realiter convenientia, & ideo fundant similitudinem ad invicem, DEUS autem & Creatura sunt primò diversa in realitate, ut jam probavi, nulla enim realitas est in DEO, quæ non sit intrinsecè imparticipata, & cui intrinsecè non repugnet esse in creatura, & ideo fundare nequeunt actualem convenientiam, sed tantum fundamentalem & virtualem, quatenus ambo causare possunt conceptum communem Entis apud intellectum inadæquatè concipientem &c.

Arguitur 2. Deus non est ex eo Deus

quo Ens; ergò ratio Entis & Deitatis distinguuntur

VII.

Argumentum in contrarium præmissum.

Non conveniunt tam bene Deus & Creatura, sicut homo & bos.

VIII.

Ens non contrahitur per modos.

Et licet contraheretur contractio faceret compositionem.

guuntur ex natura rei, consequentia probatur, quia distinctio ex natura rei bene colligitur ex effectibus formalibus seu constitutivis distinctis, cum ergo aliud constituatur per rationem Deitatis & aliud per rationem Entis, necesse erit ut rationes illae habeant à parte rei aliquam distinctionem; probo assumptum quia cum Deus & Creatura in ratione Entis conveniant, sequeretur Deum in ratione Deitatis cum Creatura in ratione creaturae convenire & e contra, ergo. Confirmatur: Ratio Entis potest inveniri in eo, in quo non est ratio Dei, scilicet in Creatura; ergo ex natura rei ac propria ratione Dei & creaturae est praecisa. R. primò: Si sermo sit de eo, quod à parte rei est, negando absolute assumptum, sic enim Deus eo omnino est Ens, quo est substantia, ratio est, quia eadem realitas correspondet conceptui Dei & Entis à parte rei; ejusq; probationis distinguo antecedens, cum Deus & Creatura in ratione Entis conveniant actualiter, sequeretur, transcat ant. conveniant virtualiter & fundamentaliter, sequitur &c. nego antecedens & consequentiam. R. secundò: Si sermo sit de eo, quod contingit ex parte intellectus, inadèquate concipientis concedo ant. & nego consequentiam, ad probationem dico regulam illam veram esse, quando rationes illae sunt conceptibiles adèquate, id est, adèquate exprimentes diversas realitates à parte rei, non verò si sint inadèquate, ut est in proposito. Ad Confirmationem R. dist. antecedens: Ratio entis subjectiva nego antec. quia Enti ut sic non correspondet una realitas adèquate importata; ratio Entis objectiva & inadèquata tantum transeat antecedens, & nego consequentiam.

Secundum.
Sed, dicitur
Deus, eo
Deus quo
Ens.

Instantia
alia solvitur.

Instantia: Si Deus à parte rei eodem penitus est Deus, qui est Ens; ergo à parte rei quo ei conveniunt, vel repugnant sub una ratione, convenient etiam vel repugnabunt sub alia, sed hoc est falsum, nam Deo repugnat finitas ex ratione propria Deitatis, quae non repugnat ei ratione entitatis, quia si repugnaret ex ratione formali Entis, repugnaret omni Enti etiam Creaturae, quod falsum est; ergo non eodem est Deus quo Ens. Ut hoc argumentum sat difficile solvatur, semper recurendum est ad rationes nostrae conclusionis, unde R. negando sequelam, nam sit reduplicatio super naturam Entis ac si haec natura esset praecisa ex natura rei, unde argumentum petendo occultè principium, supponit id, quod probare debet; eo enim ipso quod assumit praedicata quaedam repugnare Deo à parte rei sub ratione Deitatis, quae non repugnant sub ratione Entis, jam supponit rationem Entis à parte rei praecisam à Ratione Deitatis, quod est in Controversia, solum ergo haec praedicata conveniunt ipsi sub una ratione, & non conveniunt sub alia per nostrum concipiendi modum. Pro hoc tamen nota, quòd reduplicatio sit utilis ad concludendum unitatem conceptus aliquid, & perfectam praecisionem illius ab aliis, & sic ea usus sum, sed non juvat ad concludendam praecisionem ex natura rei, nisi dum in ipsis rationibus, in quibus sit reduplicatio,

praesupponitur praeciso ex natura rei, cum ergo in proposito non supponatur ei praeciso ex natura rei, reduplicatio non poterit inferre ipsam, ex quo satis patet diversitas reduplicacionis in serie transcendentium, & in serie praedicamentali, nam in serie transcendentium fit solum reduplicatio in ordine ad nostros conceptus inadèquatos, in serie verò praedicamentali in ordine ad adèquatos conceptus.

Arguitur 3. Conceptus qui ex natura sua pauciora dicit, quàm alter est ex natura rei praecisus & distinctus ab eo, sed conceptus Entis naturam suam pauciora dicit, quàm conceptus inferiorum, nam conceptus Entis dicit solum gradum essendi & inferiora addunt determinatum modum essendi, ergo R. negando minorem, nam conceptus Entis solum ab intellectu inadèquate concipiente habet naturam aliquam in qua sepe & distinguit gradum superiorum à ceteris.

QUAESTIO IV.

An Conceptus Entis sit univocus, vel analogus DEO & Creatura, substantia & accidenti?

Ad intelligentiam hujus questionis necessario revocanda sunt illa, quae dixi de Antea praedicamentis, quibus suppositis una cum his, quae paulo ante dixi facilis erit resolutio, sunt autem in hac materia quatuor sententiae; Prima docet respectu DEI & Creaturae esse pure aequivocum, ita Parquilogus; Secunda, directe opposita asserit esse pure univocum, ita Arriaga, Oviedo; Tertia dicit pure analogum, ita Thomista quasi omnes, pro quareta ego

Dico: Conceptus Entis ad DEUM & Creaturam, substantiam & accidentem non est aequivocus, sed univocus imperfectus, seu analogus univocum. Ita Scotus l. d. 3. q. 2. cum suis.

Probatur prima pars: Si Ens esset aequivocum ad DEUM & Creaturam, nihil posset de DEO cognosci, aut demonstrari ex Creaturis, sed hoc est contra Philosophos, qui non nunquam plurima ex Creaturis de DEO demonstrarunt, & etiam contra Divum Paulum dicentem: *Invisibilia DEI per ea quae facta sunt &c.* ergo: sequela majori probatur, quia si Ens esset aequivocum, esset etiam aequivoca alia praedicata communia, unde arguendo ab his quae sunt in Creatura ad DEUM interveniret fallacia aequivocationis.

Probatur quòd sit analogus, quia creatura in ratione essendi habet talem attributionem ad Deum, quae analogiam inducit, ergo inter Deum & creaturam in ratione entis aliqua credit analogia; probatur ant. quia Deus est ens per essentiam, creatura per participationem; item diversum modum essendi habet in illis,

nam in Deo est infinitum, in creatura finitum; item habet diversum ordinem essentialium, quia prius est in Deo, posterius in creatura; & eandem habet diversum gradum perfectionis essentialis, quia Deus est ens perfectissimum, creatura multis scaturit imperfectionibus, sed ens per participationem dicit attributionem ad ens per essentialiam, finitum ad infinitum, posterius ad finem prius, imperfectum ad perfectum, ergo creatura in ratione entis dicit attributionem ad Deum, quae sufficit ad inducendam analogiam; eodem modo probatur de substantia & accidente, nam ens prius descendit ad substantiam quam accidens perfectius est in substantia quam accidente, &c.

absolūtē consideratum, sed ad substantiam collateralum.

Arguitur 1. Si ens esset univocum Deo & creaturis esset etiam genus, sed hoc est absurdum ergo: sequela probatur: quia si ens sit univocum, non potest reduci ad aliud universale, quā ad genus, quia praedicatur in quid de pluribus, plusquam numero differentibus: minor etiam patet, quia hoc laedit simplicitatem Dei. Ad hoc argumentum communis est Scotistarum Responso, negando sequalam majoris, quia ad hoc ut aliquid sit genus requiritur, quod sit quid verē potentiale & contrahibile per differentias, ens autem cum non sit quid contrahibile per differentias, sed solum per modos intrinsecos, ideo non posse habere rationem generis, haec responso satis bona quidem est, attamen ad evitandas instantias R. aliter negando sequelam majoris, quia ad genus Metaphysicum duae requiruntur conditiones, una est quod non dicat purum & simplicem conceptum, sed aliquam communem realitatem Metaphysicam, habentem esse in rebus extra omne opus intellectus; altera est, quod talis realitas sit potentialis ad aliam realitatem actualem & contrahibilis per illam, ita ut ex utraque resultet compositum Metaphysicum; & ratio est, quia compositio Metaphysica non est merē compositio rationis, alias quid obstarēt? Quo minus eam poneremus in Deo; non esset autem a parte rei si genus & differentia dicerent conceptus in adequatos absque propriis realitatibus sibi correspondentibus: & rursus non esset vera compositio si una realitas non esset extra aliam, quia de ratione partis componentis est, quod sit extra aliam partem eo modo, quo composit, cum ergo ens non dicat realitatem potentialem, sequitur nullo modo posse habere rationem generis: Ad probationem autem sequela dico ens non esse universale praedicamentale, sed transcendentalē.

V. Argumentum ex ratione primum.

Duae conditiones ad genus requiruntur.

Instatur: Quando aliquis effectus non adequat virtutem causae, nomen illis commune non potest esse univocum, sed creaturae sunt effectus Dei in nullo adequantes virtutem ejus, ergo, &c. Probatur maj. quando effectus non adequat virtutem causae, non recipit similitudinem ejus secundum eandem rationem, ergo nec potest habere nomen univocum. R. dist. maj. quando effectus in nulla ratione adequat virtutem causae, concedo maj. si aliquo modo nego maj. in proposito autem, licet creaturae secundum rationem particularem non adequet virtutem Creatoris, aequantur tamen simul in simplicissimo entis conceptu.

Arguitur 2. Contra analogiam entis. Conceptus objectivus entis abstractissimus, est omnino praecisus ab inferioribus, nec aliquam in se includit diversitatem, sed est perfectē unus, ergo quantum est de se, aequaliter descendit ad sua inferiora, & consequens purē univocē. R. Prius descendere rationem entis in Deum, deinde ad creaturam sistendo in re, & ideo deficere à simplici univocatione.

VI. Secundum.

III. Probatur quod sit univocus. Probatur: Quod sit etiam univocus, ex ratione ipsa analogiae, quae ex se cum univocatione est composibilis, quia ut dictum est in Logica, inter univocum & aequivocum non mediat analogum, ergo si non est analogum aequivocum, ut probatum est, erit analogum univocum. Confirmatur hoc ex univocorum definitione tradita ab Aristotele in antepredicamentis, & ab omnibus recepta, ex qua colligitur ad constituendam univocationem sufficere qualemcunque unitatem rationis communis, & non requiri uniformitatem, seu aequalitatem in participanda ea ratione communi, cum nec mentionem fecerit illius Philosopher. Ex his à fortiori colligitur univocatio entis ad substantiam & accidens.

IV. Opponitur 1. D. Damasc. in sua Logica docens ens ad alia entia se habere aequivoce, quia sola vox est communis, & pro eodem citat Porphyrium cap. de specie Aristotelem; secundò Scriptura Exodi 3. significat nomen entis soli Deo convenire. Tertio Philosopher 7. Meth. 14. dicit, accidentia non esse entia simpliciter, & secundum Doctorem, ei quod est simpliciter tale, & ei quod est secundum quid tale nulli datur conceptus communis, ergo. Idem argumentum potest formari de Deo & creatura. R. D. Damasc. citari ab aliis in oppositum. Ad Porphyrium respondet Doctor 1. d. 3. q. 3. contra istam univocationem, in Philosopher ista verba non inveniri, si tamen haec verba habeat, dicendum est illum non aliud velle, quā quod ens non sit univocum univocatione limitata, quae convenit gradibus, & praedicatis praedicamentibus, non verò quod non sit univocum univocatione transcendenti, quae convenit praedicatis indifferentibus ad finitum & infinitum. Ad secundum R. Scripturam sacram loqui per quandam exaggerationem, quatenus Deus infinite distat à nobis, & ad innuendum, quod Deus excellenti quodam modo est id quod est, unde scriptura sic loquitur, non quasi veller creaturas non esse verē proprie entia, sed ut afferret maximam attributionem creaturae ad Deum. Ad tertium R. illam particulam secundum quid non sumi distractivē, sicut homo pictus dicitur homo secundum quid, sed sumitur tantum diminutivē, quatenus diminuit gradum perfectionis entis in accidente, cum deficiat multum à perfectione entitatis substantiae, & ex hoc dicitur ens secundum quid, non in se &

QUÆSTIO V.

Utrum ens contrahatur ad inferiora per modos intrinsecos, vel per differentias?

I.

Explicatur
modi.

Plus litigii reperitur inter Scotistas & Authores in explicandis modis, quam in solvenda ipsissima difficultate proposita; posset ergo modus definiri quod sit *entitas quaedam, que non tam ad rei essentiam pertinet, quam ad complementum ejus*; Vel quod sit *quid additum rei, quod illam modificet aut in se, aut in alio, aut ad aliud, aut, quo ad esse, aut quo ad operari*. Quæ definitio communis est modis intrinsecis & extrinsecis; quamvis autem antiqui Scotistæ tractantes de modis intrinsecis extrinsecorum nullam fecerint mentionem, tamen illos dari jam est communissimum, & ex Scoti multis locis deducitur; sub hoc modo extrinseco cadit *Figura respectu quantitatis, Præsentia localis, seu ubi, motus, actio, passio, &c.* quia omnia hæc rem modificant, & determinant, vel quo ad esse accidentaliter, ut esse figuratum, vel quo ad operari, ut esse agens. Modificare verò essentialiter spectat ad modum intrinsecum, de quo hic etiam controvertitur, unde eum specialiter hic cum D. I. d. 8. q. 3. ad primum principale definitio, quod sit *qui non variat rationem formalem rei cujus est modus*; quem sic definire voluit Scotus, ut illum planè secerneret à differentia, & ostenderet ens non contrahi ad Deum & creaturas per differentias, licet contrahatur per finitum & infinitum; differentia enim dicitur variare rationem illius formalem cui additur, quia illud removet à suo statu, contrahendo ipsum ad inferiorem gradum, seu quidditatem, ut patet de rationali adveniente animali, modus verò non sic variat, quia cum non sit gradus quidditativus non trahit illud, cui advenit, ad inferiorem quidditatem, sed tantum quidditatem cui advenit modificat: Deinde differentia dicitur variare rationem sui constituti, quia cum realitate contracta novam naturam constituit, quam formaliter ingreditur, & illam essentialiter à quacunque alia distinguit, modus autem intrinsecus non constituit novam naturam, sed priorem tantum modificat, & ideo dicitur non variare rationem formalem constituti, quia ex una parte non constituit, & ex alia non distinguit, sed distinctionem supponit, unde definitio modi intrinseci sic debet intelligi, modus intrinsecus est ille, qui additus alteri id est, illi, cujus est modus non variat rationem formalem, id est, non facit aliam quidditatem, nec destruendo priorem, nec contrahendo ad inferius, sed est præcisè modus ejus omnino inseparabilis ab illa quidditate.

II.
Differentia
inter modum
& accident.

Dices: Accidentia non variant rationem formalem ejus cujus sunt accidentia, ergo. R. negando ant. sicut differentia ideo dicitur variare rationem formalem generis ipsam à proprio statu dimovendo, & trahendo ad inferiorem quidditatem, sic etiam accidens commune in suo ordine dicitur accidentaliter variare quidditatem cui advenit, trahendo ipsam ad aliam speciem accidentalem, quod non facit modus intrinsecus. Deinde accidens commu-

ne distinguitur realiter à subiecto, non autem modus. His præmissis ad quæstionem

Dico: *Ens ad DEUM & creaturam contrahitur per modos intrinsecos, ad substantiam autem accidentis per differentias.* Est D. I. 8. q. 3. ad primum principium & suorum. Secundam partem etiam tenet Doctor quarto Met. q. 1.

Probatur prima pars: Quia ens determinatur ad Deum & creaturam per finitum & infinitum. Sed finitum & infinitum non sunt differentie sed modi, ergo, &c. major ab omnibus conceditur: Probo minorem, quia differentia est alia realitas à realitate generis, quod determinat, modus verò est gradus realitatis quam determinat, quæ sine eo nec esse, nec perfectè concipi potest, sed finitum & infinitum non sunt realitates extra realitatem entis determinabiles, sed sunt gradus ens intrinsecè perficientes, sine quibus nec existere potest, nec concipitur, ergo, &c. major patet ex dictis, quia hoc est præcipuum discrimen, inter modum & differentiam; minor probatur, quia finitum & infinitum intrinsecè modificant ens, illudque perficiunt intra Sphæram propriæ realitatis, non extra, ut perferitur genus & differentia. Hæc ratio, ut convincat, debet addi ratio, quare conceptus entis contrahitur per modos, & non etiam alia genera prædicamentalia ad sua inferiora, ut substantia, quantitas, relatio, &c. quæ si non assignata fuerint non convincet, dico ergo disparitatem esse, quia conceptus prædicamentales ita determinantur per sua contrahentia, ut cum eis compositionem Metaphysicam efficiant, ad quam requiruntur realitates contrahentis contracti, conceptus verò transcendentales ita per sua contrahentia determinantur, ut non efficiantur cum eis compositionem Metaphysicam, atque consequenter non requiruntur, quod statum & infinitum dicant realitates, nec consequenter differentias. Hæc disparitas est D. I. loco cit. primò.

Probatur secunda pars: Quia nullum est inconveniens unum constituere tantam prædicamentum ut vidimus in Logica, quod si positum fuerit poterit contrahi ad sua inferiora per differentias sicut defecto contrahitur quodcunque genus. Confirmatur, si ens ad 10. genera contraheretur per soles modos intrinsecos & non per differentias, sequeretur 10. genera non esse inter se essentialiter diversa, sed hoc est absurdum, ergo: prob. seq. quia ut patet ex dictis, modi intrinseci non variant, nec diversificant res essentialiter, quas modificant, ergo non essent per eos essentialiter diversa.

Arguitur: Quia id quod contrahitur ad Deum & creaturam, vel est ens, vel non est ens; non primum, quia idem contraheret ipsum; non secundum, quia aliàs ens contraheretur per nihilum, ergo. Hoc argumentum jam solutum fuit superius, attamen illa solutio adhuc melius explicari potest. Unde R. illud quod contrahitur ens esse ens non formaliter, sed identicè, quod sic intelligi debet, ut ipsum quodque contrahens sit quoddam ens, non tamen esse, sed ratione illius quod contrahitur & contrahitur ipsum.

ipsum enim coarctando recipit esse ens, quatenus cum ente contracto identificatur in communi constituto.

V. Explicatur Aristoteles.

Opponitur Contra secundam partem Philoſophus 8. Met. 1. ib. ait ens statim se ipſo eſſe ſubſtantiam, quantitatem, &c. ſed hoc non poteſt explicari, aut intelligi niſi quia ſe ipſo, id eſt, ut exponit Scotus per modos ſibi intrinſecos ſit ſtatim quid, quantum, &c. ergo non contrahitur per differentias. R. Philoſophum tantum velle per hoc, quod non contrahatur ad praedicamenta per aliquid realiter diſtinctum, ſive deinde contrahatur per modos, vel per differentias, Doct̄or vero ſic exponit ne recederet à communi, quamvis alibi oppoſitum teneat.

QUAESTIO VI.

An ens sit de essentia omnium, ita ut in quidditativo & formali conceptu cujuslibet includatur?

I. Est in suis inferioribus quidditativo includitur.

Sciendum eſt ante reſolutionem ens quidditative includi in omnibus illis, quae reſpicit directe ut inferiora, id eſt in omnibus generibus, ſpeciebus, individuis & partibus eſſentialibus iſtorum, ſcilicet materia, forma, deinde de ente increato, cujus ratio eſt, quia praedicatio ſuperioris de inferiori ſuo eſt ſemper quidditativa, ſed difficultas eſt de illis quae reſpicit ut contrahentia, vel proprias paſſiones, ac de ultimis differentis. Ad quod

II. Non tam in contrahentibus, aut paſſionibus.

Dico: Ens non includitur in formali & quidditativo conceptu contrahentium ejuſ, ac paſſionum nec in ultimarum differentiarum, & conſequenter non praedicatur de illis formaliter, & in quid, ſed tantum idemice & realiter. Eſt D. 1. d. 3. q. 3. a. 1. cum ſuis.

Probatur primò: Quia vel differentia contrahens ens (& idem dicendum de aliis) praeter rationem entis includit aliquid aliud formaliter, vel nihil; ſi nihil, ergo non poteſt eſſe differentia entis; ſi aliquid, quero ruruſ de illo alio, an includat rationem entis formaliter; ſi ſic, dabitur proceſſus in infinitum; ſi non, ergo dicendum idem de primo, ſcilicet contractivum entis non includere formaliter ens, eadem enim ratio eſt de uno ac de alio. Confirmatur de differentis ultimis, quia ſi praeter rationem entis includerent aliquid aliud non eſſent differentiae ultimae, ſed potius illud aliud eſſet differentia ultima, quia illud eſt differentia ultima, quod ita facit differre, ut ipſa non differat per aliquid aliud ſed ſe ipſa, ergo cum differentia ultima praeter rationem entis in qua conveniret cum omnibus aliis, includeret aliquid aliud, per quod ab illis diſtingueretur, non eſſet differentia ultima, quia haec debet eſſe talis, ut nullo modo habeat in ſe rationem convenientiae.

III. Nec in ultimis differentis.

Probatur ſecundò: Quia ſi differentia, & idem eſt de modis ac proprietatibus, includeret rationem entis, videlicet illam rationem quam contrahit, vel aliam; neutram dici poteſt, ergo: Probatur m. quia non ipſam

rationem entis, quam contrahit, aliàs non eſſet contractiva, quia nil eſt contractivum illius quod formaliter includit, ſed ſemper alterius quod non includit; neque etiam aliam rationem entis, quia ſuperflue ponerentur in qualibet vera re plures formalitates entis, ſicut ſuperflue ponerentur in uno homine plures animalitates, vel rationalitates. Confirm. quia nulla differentia eſt ratio formalis alicujus rei, quare exiſtat, ergo nulla eſt formaliter ens. Sed

Arguitur Contra modos, quia vel modi ſunt poſitivi & reales, vel non; ſecundum non poteſt dici, ergo primum, ergo habent veram & propriam eſſentiam, ergo includunt eſſentialiter ens, quia, quod habet eſſentiam eſt ens. R. illos eſſe reales & poſitivos, & eſſe entia idemice tantum, ob quod veruſ & propriuſ denominari debent eſſentiales, quam entia, ſic etiam differentias ſubſtantiae dicimus ſubſtantiales, non autem ſubſtantias; quando autem inferitur; habent propriam eſſentiam ergo includunt eſſentialiter ens, ſi per eſſentiam intelligatur illud eſſe quod habent in rerum natura nil eſt ad propoſitum, unde nego conſeq. ſi vero intelligatur quod includat ens formaliter, petitur principium.

IV. Modi ſunt realiter & idemice entia.

Instatur: Quod eſt alteri ratio quod fit ens, eſt formaliter ens, modi ſunt rationes cur aliqua ſunt entia, ergo modi entis ſunt entia formaliter. R. negando minorem, quia modi ſunt tantum rationes eſſendi tale ens, non vero ens, id eſt, ſunt tantum rationes modificantes ens.

Modi non ſunt rationes eſſendi ens, ſed tale ens.

Urgetur: Si modi non includerent ens nil obſtaret quin eſſent verae differentiae entis, & ens verum genus per modos contractum, quia de ratione differentiarum eſt, quod non includant contractum. R. negando ſequelam, quia ad rationem generis & differentiae requiritur, ut ambo importent realitates adequatas ex natura rei formaliter poſitive diſtinctas, quarum una ſit potentialis ad aliam, quod in ente & modis ejuſ non reperitur.

Arguitur 2. Illud includit formaliter ens cui definitio entis realis convenit, ſed differentis convenit definitio entis, ergo includunt formaliter ens. R. diſt. maj. cui convenit entis definitio realiter, concedo maj. formaliter, nego maj. & diſtincta ſic min. nego conſequentiam.

V. Definitio entis realiter differentis convenit.

Dices: Vel ex ratione ſua formali convenit ipſi ens, vel nihil, ſi primum, ergo includit formaliter ens. R. negando antecedens, nec juvat quod inter ens reale, & nihilum non datur medium, quia hoc tantum verum eſt de ente realiter, & nihil ſimpliciter, tamen datur medium inter ens reale formaliter, & nihil formaliter, nimirum illud quod eſt formaliter determinativum entis realis ad talem, vel talem ſpeciem.

VI. Plures inſtantiae adducuntur & ſolvuntur.

Instabis: Illud quod eſt determinativum formaliter exiſtit à parte rei, quando res, in qua eſt, exiſtit, ergo convenit ipſi ex ratione ſua formali exiſtentia, & conſequenter convenit ipſi formaliter ratio entis. R. negando conſeq.

consequentiam, quia licet albedo dicatur formaliter convenire parieti, tamen certum est, quod non conveniat ipsi ex sua ratione formali, ergo licet existentia conveniret differentie entis, non est tamen necesse, ut conveniat ex sua ratione formali.

Urgebis: Si convenit ipsi formaliter existentia debet ex sua ratione formali dicere non repugnantiam ad illam, sed hoc sufficit, quod conveniat ipsi formaliter ratio entis, ergo. *R.* negando majorem, sufficit enim quod realiter dicat illam non repugnantiam.

Replicabis: Si ex sua ratione formali non conveniat ipsi illa non repugnantia, ergo convenit ipsi ex sua ratione formali repugnantia. *R.* negando consequentiam, nam licet alterum ex contradictoriis debet convenire cuilibet simpliciter, tamen non debet convenire cuilibet ex sua ratione formali, sicut non convenit animali ex sua ratione formali habere rationalitatem, aut negationem ejus.

Addes: Ex sua ratione formali est ali-

quid, ergo ens. *R.* dist. ant. aliquid, id est aliquid quod ens: nego ant. aliquid, id est determinativum entis, conc. ant. denique si confirmaretur tota hæc Disputatio auctoritate Philosophi dicentis, id est ens non esse, quia includitur in differentiis, facile responderetur ipsam problematicè disputasse.

Arguitur 3. Secundum nos ens nihil est aliud, quam illud quod existit, aut potest existere realiter sive hoc sit ex ratione sua formali, sive non, sed differentia existunt ergo sunt formaliter entia, adeoque includunt formaliter ens. Ante solutionem advertendum est, aliud esse, quod ratio formalis entis conveniat differentie, aliud quod ista ratio conveniat ipsi ex ratione sua formali, unde cum dicitur quod sint, vel non sint formaliter entia sic equivocatio, potest enim sumi vel in primo vel secundo sensu, hinc in forma dist. consequens: differentie sunt formaliter entia, hoc est ratio formalis entis convenit ipsis concedo, differentie sunt formaliter entia hoc est convenit ipsi ex ratione sua formali, nego consequentiam.

DISPUTATIO II. DE ESSENTIA, EXISTENTIA, ET SUBSISTENTIA.

QUÆSTIO I.

Quomodo Essentia & Existentia distinguantur?

I.
*Explicatur
essentia &
existentia.*

Notandum Essentiam rei dici, rationem per se primò convenientem rei intrinsicè ipsam constituentem, & à qua omnes ejus proprietates emanant, ut animalitas & rationalitas respectu hominis; dicitur etiam aliàs, *ratio formalis, quidditas, natura rei, substantia rei, &c.* quæ omnia sunt Synonyma: Existentia verò dicitur id, ratione cujus formaliter constituitur res extra suas causas & extra nihil, dixi formaliter, quia efficienter constituitur extra causas per ipsas causas, non tamen formaliter; addidi, & extra nihil, quia existentia Dei non constituit ipsum formaliter extra suas causas, cum non habeat, sed extra nihil. Tota ergò difficultas examinanda in hoc consistit, num essentia actualis, distinguatur realiter ab existentia actuali, vel utrum essentia possibilis distinguatur realiter ab existentia possibili, nam certum est existentiam actualem, realiter distinguui ab essentia & etiam ab existentia merè possibili. D. Thomas I. p. q. 3. a. 4. cum suis inter ipsas realem admittunt distinctionem, oppositum tenet D. I. d. 36. q. 3. cum quo

II.
*Existentia
non distin-
guitur ab es-
sentia.*

Dico I. *Existentia actualis non distinguitur ab essentia actuali.*

Probatur primò: Ad hominem, ideo Thomistæ distinguunt realiter essentiam ab existentia, quia ipsa essentia potest existere, vel non existere, ex quo deducunt, quod dum existit, habeat aliquid realiter distinctum, quod non habebat, quando non existebat, sed idem

est de existentia, nam hæc potest esse actu & aliquid quando non esse, ut patet de existentia Antichristi, qui nunc non est actu, & aliquando erit actu, ergo si propter hanc rationem admittenda est existentia realiter distincta ipsi essentia, etiam addi debet alia existentia existentia, sed hoc non admittunt, ergo, nec primam.

Dices I. Quamvis pro essentia quid sit per addi debeat non tamen pro existentia, quia ipsa est ratio formalis existentia, & consequenter non requirit aliam existentiam. Contra, quia colligunt essentiam non esse rationem formalem existentendi ex eo, quod possit existere, & non existere, sed existentia potest existere, & non existere, ergo etiam debent colligere quod non sit ratio formalis existentendi, & consequenter falsà supponunt existentiam esse rationem formalem existentendi.

Dices 2. Existentiam non posse concipi ut possibilem, & non existentem, quia de conceptu existentia est actu existere, sicut de conceptu hominis est esse animal sine quo existere nequit. Contra, quia existentia Petri non fuit ab æterno & tamen potuit produci, & antequam fuisset producta, cognoscebatur à Deo possibilis, ergo existentia Petri non minus ab æterno fuit possibilis, quam ejus essentia.

Instabis: Existentiam non existentem & tantum possibilem non esse existentiam, quia de conceptu ejus est actu existere. Contra, existentia non minus habet suam realitatem quam essentia, & æquè benè est participata illa ac hæc, ergo tam benè debet concipi prius possibilis, quam actualis, ac ipsa essentia. Proba-

V. **Probatur Conclusio secundò:**

Quia Essentia actualis ut realiter distincta ab Existentia, vel est quid dependens & productum à Deo vel non? Si sic, ergò est formaliter existens, consequenter nò est ponenda alia Existentia realiter distincta ab essentia; probatur consequentia, quia formaliter existere nil aliud est, quàm esse extra causas suas, nec ad aliud ponitur existentia, nisi ut ponatur res extra suas causas; ergò si essentia ut realiter distincta est producta, & extra suas causas erit formaliter existens, consequenter frustra addetur alia existentia distincta: Si verò dicatur quod ut distincta ab existentia non sit quid dependens & productum; ergò dabitur à parte rei extra Deum entitas actualis independens & improducta à Deo, quod est falsissimum.

VI. **Dices:** Non posse dici essentiam esse extra causas suas, nisi habeat Existentiam, quia Existentia est ratio formalis, quæ res dicitur extra suas causas, unde si concipitur res aliqua producta in suo esse, eo ipso concipitur extra suas causas, & consequenter cum existentia, quæ tantum accidentaliter convenit essentia. Contra, quandoquocumque duæ entitates sunt invicem realiter distinctæ, licet simul producantur, distinctis tamen actionibus producuntur, quia actiones distinguuntur penes terminos; ergò si Essentia & Existentia realiter distinguuntur, etiã actiones ipsarum productivæ realiter distinguuntur, consequenter poterit concipi essentia in se producta, & extra causas posita, præcindendo ab existentia; ergò erit existens ante Existentiam, ut in argumento deduxi. Sed in contra directè

VII. **Arguitur I.** Terminus generationis distinguitur realiter ab eo, quod non est terminus generationis, sed Existentia est terminus generationis & Essentia non est, ergò & negando min. nam terminus generationis est tota res, quæ producitur & licet possit considerari, quòd in illa, tota ratio terminandi generationem esset Existentia, tamen inde non sequitur distinctio realis, sed ad summum formalis.

Instatur: Nulla res potest intelligi sub opposito ejus, quod realiter nisi identificatur, sed Essentia potest intelligi sub non Existentia; ergò Existentia non poterit identificari Essentia. & dist. min. potest intelligi sub non existentia, quatenus potest intelligi actu non existere, sicut & potest intelligi ipsamet Existentia, concedo min. quatenus possit intelligi esse realiter existens, & simul habere negationem Existentia, aut possibiliter existens, cum negatione possibilis Existentia, nego minorem & conseq. Itaq; sicut ipsa Existentia potest intelligi non existere actu, & sic intelligi cum negatione existentia, & tamen non distinguitur realiter à se ipsa, ita potest intelligi Essentia non existere, & tamen non distingui realiter ab existente.

Arguitur 2. Ex multis inconvenientiis Primò sequitur, quòd sicut Deus est existens per Essentiam suam, eo quòd existentia ejus non distinguatur ab essentia, sic etiam Creatura esset existens per essentiam. Secundò: Quia ideò Deus est ens imparticipatum, quia non participat essentia ejus existentiam; ergò etiam Crea-

F. Amandi Hermann Metaphysica.

tura esset ens imparticipatum. Tertio: Quia ideò Deus summè simplex est, quia ejus essentia & existentia sunt idem; ergò etiam Creatura esset summè simplex. & ad primum negando ant. sed ideò potius, quia existentia ejus est de ejus essentia non autem de essentia Creaturæ, sed tantum est ejus modus intrinsecus. Ad secundum: Ideò Deus dicitur ens imparticipatum, quia non participat suum esse seu existere ab aliquo efficiente extrinseco, Creatura autem tam essentiam, quàm existentiam sic participat. Ad tertium nego ant. sed ideò est summè simplex, quia nec ex materia & forma, nec ex genere & differentia componitur.

Arguitur 3. Essentia rei convenit ei independenter ab omni causa efficiente, existentia verò, dependenter; ergò distinguitur realiter. & negando antecedens, quia Essentia & existentia dependent efficienter à causa efficiente, licet formaliter intrinsecè non dependant.

Dices: Ergò Essentia rerum non erunt æternæ, cum sint generabiles & corruptibiles contra Philosophos. & dist. I. p. Illati, quantum ad cognitionem hypotheticam principiorum essentialium, nego; simpliciter, concedo; distinguo etiam 2. partem: Sunt generabiles & corruptibiles, id est, possunt generari & produci concedo; hoc est, à generatione, habent talem vel talem connexionem, quam per corruptionem dependerent, nego illatum. Essentia igitur rerum dicuntur esse æternæ & necessariæ, quatenus ex se formaliter includunt talia vel talia prædicata, ut si sint necessariò debeant ista habere, & hoc intelligitur per hypotheticam connexionem prædicatorum essentialium, unde licet causa efficiens possit res non producere, nequit tamen efficere, si producantur, quòd nò habeant talem essentiam, & hinc dicuntur non dependere à causa efficiente, nec generari nec corrumpi.

Dico 2. Essentia actualis non distinguitur ab Existentia actuali tantum ratione, sed ex natura rei, formalis distinctione. Prob. Illis fundamentis quibus probavi naturam communem distingui formaliter à suis differentiis, præcipuè ex via contradictionis, quæ etiam hic reperitur, nam essentia est quidditas rei, existentia nò est quidditas, nec de quidditate; essentia ponitur in predicamento, existentia non ponitur; in essentia fundantur propositiones necessariæ, in existentia non, quæ omnia verificantur sine fictione intellectus, quia à parte rei verum est dicere, quòd humanitas sit de essentia hominis, existentia nò, ergò. Confirmatur: Quia existentia Dei majorè habet identitatem cum essentia, quàm existentia Creaturæ cum sua essentia; ergò existentia Creaturæ debet esse aliquomodo ex natura rei distincta ab ipsa essentia, aliàs eandè deberent habere identitatem cum existentia Dei. Sed in contrariu

Arguitur: Pro Thomistis, iisdem quasi argumentis, quib; eos impugnavi. Si essentia distingueretur formaliter ab existentia, sequeretur processus in infinitum in formalitatibus sicut sequeretur si realiter distinguerentur; ergò. Prob. ant. quia ipsa formalitas existentia potest esse & non esse, quapropter in ipsa debet generari duplex formalitas, una quæ sit Essentia, alia quæ sit Existentia & sic in infinitum, nam illa

Ppppp Elen-

VIII. Essentia & Existentia dependent à causa efficiente.

IX. Distinguitur formaliter.

X. Argumentum in contrarium primum.

Nulla inconvenientia allegata solvuntur.

Essentia iterum poterit esse vel non esse, & sic iterum debet generari formalitas Essentiae & Existentiae. R. primò: Hanc retorsionem nil concludere, cum eam non assumam ad aliquid probandum, sed potius eam rejiciam ut ibidem patet. R. secundò negando ant. cum sua probatione, quia Existentia cum sit modus intrinsecus Essentiae, ratione ejus tantum poterit esse vel non esse, unde substantia sit possibilis, ratione ipsius etiam Existentiae erit possibilis, si actualis, erit etiam actualis, nec potest ullo modo secundum nos dici, ipsa potens existere, licet bene secundum Thomistas, quia secundum nos propria actione produci non potest, sicut posset secundum Thomistas, adeoq; sicut non dicitur in recto existere, sed ratione cujus potest Essentia existere.

Instatur: Essentia actualis quantumcunq; praecisa ab Existentia, eo ipso quo actualis est, concipitur existens, quia esse actuale, est formaliter esse existens; ergò nec Existentia ab Essentia, nec e contra possunt ab invicem objective praescindi. R. concessio antecedente cum probatione, negando consequentiam, quia non loquor de Essentia actuali reduplicative ut loquitur antecedens, sed specificative ut sonat ipsius consequentia, certum enim est in sensu reduplicativo Essentiam actualem non distinguui ab Existentia, quia sic Existentia est de Essentia Essentiae actualis, imò ipsa Essentia actualis, sicut albedo est de Essentia albi, in quantum albi, imò est ipsum album reduplicative & formaliter sumptum.

XI.

Secundum.

Arguitur 2. Si Essentia distinguitur ex natura rei ab Existentia sine dubio spectabitur ut est à parte rei, sed eo ipso quo sumitur ut est à parte rei, sumitur cum Existentia; ergò implicat Essentiam distinguui ex natura rei ab Existentia. R. dist. min. ut est à parte rei, id est, ut extra suas causas sumitur cum Existentia, concedo min. ut est à parte rei, id est, ut prater opus intellectus, conceptus Essentiae non est conceptus Existentiae sumitur cum Existentia nego min. & conseq.

Instatur: Essentia ut praescindit ab Existentia debet fundare distinctionem formalem, ergò debet esse existens; probatur consequentia, quia relatio distinctionis supponit extrema existentia. R. negando conseq. cujus probationem distingo, supponit extrema existentia Existentiis propriis si extrema sint res, concedo ant. Existentiis propriis si extrema sint formalitates, nego ant. nam ad fundandam distinctionem formalem sufficit, quòd extrema existant Existentia illius rei, cujus sunt formalitates, nec ulla est necessitas quamlibet formalitatem habere suam Existentiam, cum sufficienter existant Existentia ipsius rei.

XII.

Essentia est perfectior existentia.

Quaeres I. An perfectior sit Essentia vel Existentia? R. Essentiam esse perfectiorem Existentià, ratio est, quia homo, verbi gratià; non est perfectior equo ratione Existentiae, tam bene enim equus est extra suas causas ac homo; ergò ex eo erit perfectior, quia perfectiorem habet Essentiam, consequenter Essentia erit perfectior Existentià, quòd si autem Existentia hominis sit perfectior quam equi; hoc

non provenit ex ratione Existentiae praecise, sed ratione Essentiae, cui realiter identificatur. Nec obstat, quòd Existentia sit actus Essentiae, nam non omnis actus est perfectior suae potentia, ut patet de subsistentia Angeli, qua est imperfectior natura angelicà.

Quaeres 2. Quenam sit causa proxima effectiva Existentiae? R. cum D. Existentiam non solum à Deo, sed etiam à causis secundis causari, hoc patet ex dictis, quia si Essentia est idem realiter cum Existentia, sequitur evidenter Existentiam eandem habere causam quam habet Essentia, sed causae secundae sunt vere causae respectu Essentiae; ergò & respectu Existentiae.

Quaeres 3. An quaecunq; habeant propriam Essentiam, propriam quoq; habeant Existentiam? Thomistae docent materiam primam existere Existentià formae, naturam humanam Christi Existentià verbi; & aliqui licet passi accidentia Existentia subjecti, consequenter non habere proprias Existentias. R. contra illos cum communi Scottistarum affirmative, de materia prima probatum est in Physica, de natura humana probatur in 3. sententiarum, solum hic ergò de accidentibus probabo, quia in Sacra Eucharistia accidentia existunt & non existunt Existentià subjecti, quia nec hoc, nec ejus Existentia adest; ergò existunt Existentià propria.

Quaeres 4. An tam essentia, quam existentia ex gradibus Metaphysicis componantur? R. Essentias rerum componi ex gradibus Metaphysicis, non verò existentias. De Essentia patet ex Universalibus, ubi distinctionem formalem probavi inter gradus Metaphysicos. De Existentià autem probatur: existentia non habet proprias differentias per quas sit contrahibilis ad constituendos varios gradus Metaphysicos, sed ubi non sunt differentiae contrariae, non sunt gradus Metaphysici, sed consequenter nec compositio; ergò in existentia non sunt gradus Metaphysici, minor patet, quia in tantum distinguuntur isti gradus in essentia, & essentia dicitur composita ex illis, in quantum constat rationibus communibus & differentialibus: Probatur major, quia pluralitas differentiarum multiplicat praedicata essentialia & gradus essentialia, nam ex differentia perfectitatis sumitur gradus substantiae, ex differentia corporeitatis gradus corporis, ex differentia sensibilitatis gradus animalis, ex differentia rationalitatis gradus hominis, sed in Existentià non habentur tales diversi gradus; ergò nec differentiae contrahentes; Minor probatur, quia in ea non fundantur diversa praedicata, quòd requiritur ad diversitatem graduum, nam de ea non praedicatur nisi quòd ponat Essentiam formaliter extra suas causas.

Quaeres 5. Quare Existentia non ponitur in praedicamento cum Essentia? R. Quia est posterior tota coordinatione praedicamentali, nam possumus concipere adequate Essentiam, quoad omnes gradus suos etiam individuales absque eo quòd concipiatur Existentia: Quòd autem sit posterior tota illa coordinatione, ita ut non possit afficere aliquam gradum superiorem ante individuum, probet

probat: Quia nil est capax immediatè & formaliter existentiae, nisi id quod potest esse terminus & effectus Physicæ causalitatis, quia per talem causalitatem communicatur effectui entitas actualis quæ est existentia, sed nil potest esse terminus & effectus Physicæ causalitatis, nisi sit individuum; ergo existentia præsupponit individuum, consequenter totam coordinationem prædicamentalem.

xvii.

Ratio cur quilibet gradus non habeat propriam existentiam.

Quæres 6. Quare singulis gradibus non tribuimus propriam Existentiam, cum tamen propriam habeant Essentiam, quæ per distinctam definitionem exprimitur? R. Quia nil potest habere propriam Existentiam, nisi quod potest esse terminus & effectus Physicæ causalitatis, cum autem gradus Metaphysici, seu formalitates non accipiant esse per causalitatem Physicam, sed tantum per simplicem emanationem Metaphysicam non existentiam Existentiæ propriam, sed omnes adæquatè existent unice Existentiæ, illius rei cui identificantur & ad cuius spectant integritatem.

QUÆSTIO II.

De Esse Creaturarum ab aeterno.

I.

Sensus quaestiois explicatur secundum multiplex esse creaturarum.

Suppono hic ex tractatu de Cælo nullam creaturam extitisse de factò ab aeterno, quamvis antequam in tempore producantur ab aeterno possibiles fuerint, quia alioquin non potuissent produci, difficultas ergo est, quale nam esse habuerunt & habeant ante productionem & constitutionem extra causas suas, an videlicet Esse virtuale, vel cognitum, aut formale, seu reale? Per Esse virtuale intelligo illud, quod creaturæ habent in causis à quibus sunt producibiles, quod esse potius causis est adscribendum, secundum esse cognitum considerantur, quod habent in potentia cognoscitiva, à qua cognoscuntur, quo ad hæc duo esse, creaturas fuisse ab aeterno nulla est difficultas, quia ab aeterno fuit Deus & potentia ejus, quibus potuit producere & cognoscere Creaturas, ergo. Esse formale, seu reale est, quod habent Creaturæ secundum se & non in causis, à quibus producuntur, aut in potentiis à quibus cognoscuntur; Henricus hoc esse formale, seu reale creaturis ab aeterno tribuit idque tamen essentia tantum, non verò existentia, hæc sententia multorum subjacet censuris, & in nostra sententia minimè subsistit, cum essentiam & existentiam non distinguamus; quam & ulterius sic impugno: Ideò ponit Henricus Creaturas habere esse actuale essentia ab aeterno, ut secundum hoc esse terminet scientiam & cognitionem simplicis intelligentia, sed Deus ab aeterno non minus cognovit rerum existentias quam essentias, quia juxta D. Augustinum super Genesim c. 7. non aliter novit Deus facta quam scinda; ergo si ponantur rerum essentia ab aeterno, eadem ratione debebunt poni rerum existentia, sed hæc non ponuntur; ergo nec essentia. Alii Creaturis esse possibile tribuunt per hoc quòd ab intellectu divino cognoscantur, verum tamen hæc sententia exiguum veritatis speciem præ se fert, quia cognitio divina præcisè ex eo quòd tendat in objectum, si ex illa actio alia non oriatur nullum tribuit esse, ut patet in chymæra cognita à Deo, quæ postquam est cognita æquè

Creatura non habuerunt esse formale ab aeterno.

Nec per hoc quòd ab intellectu divino cognoscantur.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

non est possibilis, ac si non fuisset cognita, quod tamen acquirere deberet, si cognitio divina aliquid intrinsecum esse communicaret, non minus quam alia Creaturæ acquirunt secundum hanc sententiam. Et si dixeris chymæras non accipere hoc esse, quia possibiles non sunt, cum enim in hac sententia possibilitas rei dicat esse productum in mente divina, chymæra quæ acciperet hoc esse in mente divina, ex eo quòd cognosceretur, acciperet possibilitatem sicut accipiunt alia Creaturæ, quæ possibiles dicuntur, quæ ante cognitionem divinam secundum ipsos possibiles non sunt, adeoque jam aliud esse possibilitatis ante cognitionem illam habere debuerunt, quòd autem illud sit

Dico: Creaturas habere aliquid esse ab aeterno, & hoc fuit esse quoddam diminutum medium quasi inter reale simpliciter & rationis, antecedenter ad actum divini intellectus. Est Pontii contra Matrium:

II. Datur esse diminutum.

Prima pars patet ex paulò ante dictis, quia creaturæ ab aeterno à Deo cognoscuntur.

Probat secundam partem, quia illud esse quod habent non est simpliciter reale, ut claret ex refutatione sententia Henrici, neque est Ens rationis, cum non habeat repugnantiam & magis est perfectum, quam Ens rationis propter non repugnantiam, minus perfectum vero, quam esse simpliciter, cum non sufficiat ut possit res operari; ergo est esse quoddam diminutum medium inter Ens rationis, & reale simpliciter.

Probat tertiam partem: Objectum scientia speculative non fit per illam, sed potius præsupponitur ad illam, sed scientia quæ cognoscit Deus Creaturas, ab aeterno est speculativa; ergo non dat Creaturis esse illud secundum quod cognoscit illas.

Dices cum Matrio: Creaturas ante actum divini intellectus nullum habere proprium esse formale, nec cognitum, nec possibile, nec intelligibile, sed hæc omnia tantum habere virtualiter & radicaliter in Essentia divina. Hæc Responso concedit quod volumus, quia quaecunque esse habeant Creaturæ & quomodocumque vocetur illud esse, sufficit ad intentum Conclusionis, quòd habeat aliquid esse antecedenter ad actum divini intellectus.

III. Probat secundum diminutum.

Probat secundò eadem partem: Quia prius naturam terminatur scientia divina ad objectum primum, quam secundarium, sed in illo priori Creaturæ habent esse possibile saltem remotum & fundamentale, quæ non repugnant; ergo non recipiunt illud esse à scientia divina. Authores contrariae sententia multum gloriantur in autoritate Scoti in 1. d. 39. ubi dicere videtur, quòd Creaturæ habeant esse possibile per intellectum divinum, sed revera nihil ipsos juvat, quia Scotus ibi non loquitur de esse remoto, sed proximo, quia tale non possunt habere aliquid nisi quod immediatè, à voluntate produci potest, nihil autem potest sic produci nisi quod prius ab intellectu divino cognoscitur. Sed in contra

Arguitur Cum Matrio contra secundam partem, implicat dari medium inter duo Contradictoria, sed ens reale & rationis contradicunt sibi, ergo. Respondet Pontius in sua additione

IV.

Ppppp a Matrium

Matrimum non intellexisse sententiam ponentium esse diminutum medium inter ens reale & rationis; nam qui docent esse diminutum creaturarum ab aeterno esse medium inter ens reale & rationis; per ens reale intelligunt ens simpliciter, actu, & realiter existens, & per ens rationis cui repugnat realis existentia, non verò intelligunt per ens reale, cui non repugnat existentia realis & per ens rationis cui repugnat, nam sic non potest participare rationem utriusque neque esse medium inter illa, dicitur ergò medium, quia habet quandam proportionem & convenientiam cum utroque, cum ente rationis, quatenus non existit realiter; cum reali, quatenus non repugnat illi existere, unde in forma. *R. dist. min. ens reale hoc est illud, cui non repugnat realis existentia, & ens rationis, cui repugnat realis existentia sunt contradictoria concedo min. Ens reale simpliciter actu existens & ens rationis sunt: Contradictoria, nego minorem, & dist. similiter consequens: ergò inter ens reale simpliciter actu existens & rationis non datur medium nego consequ. inter ens reale cui non repugnat existere & rationis non datur concedo consequ. in priori sensu nos medium ponimus, non verò in posteriori.*

Quomodo dicitur medium inter ens reale & rationis.

Procul est ab errore Wiclef.

Quomodo repugnantia Deo repugnant creatura.

V. Per hoc tam creatura non possunt gloriari in se.

Arguitur 2. Hæc Doctrina coincidit cum errore Wiclephi, ponentis creaturarum esse ab aeterno, ergò. *R. negando antec. Wiclephus enim ponit creaturarum esse reale simpliciter ab aeterno, & illud ipsum independentem à Deo, nos verò nihil nisi esse possibile quod ipsis ex natura sua competit, si enim ex natura sua intrinseca non essent possibles, non possent plus produci, quam chymæra.*

Arguitur 3. Si Deus repugnaret, repugnaret etiam creatura possibilis, ergò creatura possibilis habet esse suum à Deo. *R. dist. ant. ex defectu influxus ullius in esse possibili nego antec. ex eo quod si Deus repugnaret non esset aliqua causa quæ posset dare creaturæ esse simpliciter, & consequenter non haberet esse possibile, concedo ant. & dist. consequ. quatenus Deus communicaret ipsi esse possibile per influxum aliquem realem aut intentionalem nego consequ. quatenus non esset possibilis, nisi Deus esset, concedo consequ. Itaque quemadmodum si nullus esset oculus nullus esset color visibilis, attamen oculus non dat colori quoddam sic sit visibilis, ita in proposito, si non esset Deus non esset creatura possibilis, esto Deus non debet ipsi esse possibile.*

Arguitur 4. Sequeretur creaturas posse gloriari quòd haberent aliquod esse saltem diminutum à se ipsis omninò independentem à Deo, sed hoc est absurdum, ergò. *R. negando minorem, nam exigua hæc est gloriatio, qualem eam gloriari potest habere rana ex eo, quòd possit produci à Sole, & quòd ei conveniat possibilitas independentem à Sole, si nulum possit habere esse actuale nisi dependentem à Sole.*

Instatur: De ratione creaturæ est quòd in quocunq; suo esse, quo recedit à nihilo sit ejus esse participatum, sive sit diminutum, sive

complexum; ergò. *R. quòd si creatura per hoc esse recedat à nihilo, negando ant. in quo manifestè petitur principium, & assumitur hic, quod probari debet.*

Urgetur: Quod semel est imparticipatum semper est imparticipatum, quia tale est ab intrinseco & essentialiter, ergo si creatura habuerunt suum esse imparticipatum semper habebunt. *R. dist. ant. semper in eodem sensu in quo semel habuerunt concedo ant. in alio, scilicet quo ad esse existentia, nego antec. nec impedit hoc esse imparticipatum quo minus creaturæ habeant suum esse participatum, sed potius juvat ad illud, quia alias non posset produci, si non haberet possibilitatem, sicut non haberet possibilitatem, sicut non potest produci Chymæra.*

Quæres: Unde desumenda sit rerum possibilitas? *R. cum D. quòd possibilitas objectiva seu potentia objectiva desumi debet ex Omnipotentia DEI, Logica verò ex rationibus formalibus rerum, intelligendo per potentiam objectivam possibilitatem extrinsecam, per potentiam verò Logicam possibilitatem intrinsecam. Ratio primi est, quia rem esse in potentia objectiva, est obijci virtuti alicujus agentis eam producere valentis, sed divina omnipotentia est talis cui omnes res obijciuntur, ergò ex divina omnipotentia omnis possibilitas objectiva desumi debet: Ratio secundi est, Quia quòd Chymæra sit impossibilis, non provenit ex parte Omnipotentia Dei, quia hæc cum sit infinita virtutis quantum ex se est, æqualiter potens est ad producendam Chymæram ac hominem, ergò defectus provenit ex parte Chymæra, quatenus ex se habet aliquam repugnantiam ad produci, quam non habet homo.*

QUÆSTIO III
De Subsistentia.

Hæc quæstio vetustioribus Philosophis omninò incognita fuit, utpote quia nulla naturali ratione demonstrari potest, quòd detur aliqua substantia, seu personalitas à natura singulari distincta, unde licet aliqui in ferni concordant ex illo Philosophi axioma, *antec sunt suppositorum*, Aristotelem eam cognovisse, id male præstant, nam ibi non habet nisi quòd actiones sint singularium, quòd longe diversum est à supposito; deinde transeat etiam, quòd illa verba habeantur, quis novit eum per suppositum intellexisse aliquid distinctum à individuo. Alii adducunt illum textum 64. primi libri de anima, *Humanitas non res, nec ambulat, sed homo*, verum nil probant naturaliter, quia possunt esse vera propter distinctionem rationis quæ est inter humanitatem considerata in abstracto Metaphysico, & eandem consideratam in concreto Metaphysico, ut significatur per *ly homo*, quamvis ut sic non diceret aliquid realiter distinctum à se ipsa, ut considerata in abstracto. Cognoscitur ergò suppositivitas tantum ex fide, quæ credimus verbum divinum assumptisse naturam humanam, & non aliam.

assumpsisse suppositum humanum, & in Christo defaeto reperiri naturam humanam & non supposititalitatem; seu personalitatem humanam; & ex Authoribus Sanctorum Patrum & praesertim S. Vigilii Episcopi Tridentini libro 2. contra Euthychen, ubi habet propterea Euthychen & Nestorium errasse circa Mysterium incarnationis, quia non distinxerunt personam à natura, unde dum unus ex ipsis unam personam in Christo consideravit, consequenter putavit unam tantum fuisse naturam in ipso: & dum alter consideravit in ipso duas naturas, consequenter putavit in ipso fuisse duas personas, quia scilicet si persona non distinguatur à natura, omnino ubi sunt duae naturae, debent esse duae personae, & ubi est una persona tantum, debet tantum una esse natura. Ad hanc ergo debite enucleandum plures alias difficultates non per singulares Quaestiones, sed per notabilia decidam, quare notandum est primò: Hæc tria nomina videlicet *subsistentia*, *supposititas*, & *personalitas* esse omnino synonyma & significare eandem formalitatem, solumque penes naturas quas afficiunt differre, ex eo enim, quod hæc formalitas naturam substantialem ut sic, sive sit intellectualis, sive non, afficiat, dicitur *subsistentia*, seu *supposititas*; si vero afficiat naturam intellectualem non tantum dicitur *subsistentia* & *supposititas*, sed etiam *personalitas*, unde *personalitas* & *supposititas*, item concreta suppositum, & persona habent se ad invicem sicut minus & magis commune, nam quælibet persona est suppositum, non autem quodlibet suppositum est persona eodemque modo habent ad se invicem, sicut homo ad animal, sicut enim dicere valet, est homo, ergò est animal, non verò e contra est animal, ergò est homo, ita valet, est Persona, ergò suppositum, non verò e contra, est suppositum ergò persona; suppositum ergò dicitur de omnibus substantiis completis, sive viventibus, sive non viventibus, persona verò de solis substantiis viventibus intellectualibus. *Hypostas* idem omnino modo significat, quod persona, quamvis enim antiquitus hoc nomen pateretur æquivocationem, quia interdum idem significabat quod substantia, & ideo Sancti Patres recusabant admittere tres hypostasas in divinis, ne essentiam multiplicare viderentur, modò tamen ex communi usu loquentium & ex concessione Ecclesiae dicuntur tres hypostasas esse in divinis.

Subsistentia, supposititas & personalitas tantum differunt penes res quas afficiunt.

Hypostasis idem est ac persona.

II. Definitur persona.

Notandum secundò: Boetium lib. de duabus naturis & una persona Christi definivisse personam quòd sit *rationalis anima individua substantia*, quam definitionem etiam acceptat D. Thomas; sed sic simpliciter & ut verba sonant non placet Scoto in 1. d. 23. q. un, quia sequeretur animam rationalem esse personam, cum sit rationalis naturae individua substantia, similiter & Deitatem, imò & naturam à verbo assumptam cum sit individua, quapropter ne eam ob autoritatem contemnat, exponit & explicat illam per definitionem à Richardo q. de Trinit. cap. 22. datam, quòd *persona sit intellectualis natura incommunicabilis, subsistentia ubi pro substantia substituitur subsistentia*. Quae definitio facile etiam applicari po-

test supposito ut sic, scilicet, quòd sit substantialis naturae incommunicabilis existentia, ex quo patet nullum accidens habere supposititalitatem, consequenter nullum posse dici suppositum.

Notat tertio: Personalitatem, & subsistentiam, seu supposititalitatem formaliter dicere incommunicabilitatem duplicem, duplici communicabilitati oppositam, secundum quam dupliciter res communicari potest alteri, vel ut quod, vel ut quo, illud communicatur ut quod, quod in concreto praedicatur, seu per modum superioris de illo cui communicatur, sic communicatur animal homini, & bruto; homo Petro & Paulo: *Ut quo*, communicatur illud, quod per modum formae communicatur subjecto, vel etiam per modum partis sive integralis sive essentialis cujuscumque respectu sui totius, vel per modum sustentati in sustentante, ut natura humana communicatur verbo. Hinc Deitas, vel Deus non potest dici persona, quia praedicatur in recto de ejus personis, neque anima, quia hæc communicatur ut forma, neque natura humana in verbo, quia hæc sustentatur à verbo & completur ab eo, persona autem nullo modo ex his debet esse communicabilis. His praemis, quoniam inter Catholicos dubium non est personalitatem seu, &c. esse quid distinctum à natura, licet tantummodo hic agitanda erit, & solvenda, quidnam sit illud superadditum & distinctum, Thomistæ positivum illud dicunt, contrariatur eis Schola Scoti, in qua

III. Personalitas dicitur duplicem negationem.

IV

IV

Dico: *Supposititas in creati nil addit positivum, sed duplicem negationem actualis scilicet & aptitudinalis communicationis alteri ut quod, & ut quo*. Est Scoti in 3. q. 1. d. 1. a. 2. quam etiam variis argumentis, partim Metaphysicis, partim Theologicis probat, & primò quòd Christus non esset perfectus homo & nobis per omnia similis, quia non assumpsisset omnes perfectiones positivas, quae sunt in homine, cum de fide sit Christum non assumpsisse supposititalitatem humanam, ergò.

IV. Supposititas non addit aliquid positivum.

Secundò, quia esset in hominibus aliqua entitas substantialis, quae esset incurabilis, quia secundum SS. Patres suppositum est inassumptibile, ergò esset incurabile, quia secundum D. Damascenum lib. 3. fidei Orth. 6. Quod est inassumptibile est incurabile. Sed omnis argumentis hisce Theologicis, tribus aliis rationibus primam partem, ex qua facile sequitur secunda, probare conabor. Quare

Probatur Conclusio primò: Quia si personalitas creata consisteret in aliqua entitate positiva realiter à natura distincta, posset natura conservari & produci absque supposititalitate ulla, sed hoc est inconveniens, quod in nostra sententia nequaquam sequitur, quia negatio non tollitur, nisi adveniente illo cujus est negatio, cum autem hæc negatio sit communicabilitatis alteri supposito, non potest tolli hæc negatio nisi uniatur alteri supposito, sicque natura non potest esse sine supposititalitate, sive propria sive aliena, ergò non potest consistere in positivo, major patet ex sæpè dictis, quia

V. Ratio prima.

quia omne absolutum prius alio, & ab eo distinctum potest esse sine posteriori, nec videtur ulla tam necessaria connexio: Probatur minor: quia natura humana Petri, verbi gratia, singularis absque suppositalitate, vel habere posset omnes operationes suas, vel non posset, utrumque est inconueniens, ergo: prob. min. quoad primam partem, videlicet esse inconueniens quod possit habere operationes omnes, quia tunc ad nil deserviret suppositalitas, & consequenter non esset dicendum quod esset complementum istius naturae, aut perfectio, quia omne complementum & omnis perfectio ad aliquid deservire debet.

VI.
Plures instantie solvantur.

Dices I. Suppositalitem deservire ad terminandam naturam, quae sine ea quamvis possit habere suas operationes esset tamen interminata. Contra, quia non requireret aliam terminationem positivam quam illam, quam haberet a sua singularitate & existentia, quia si ad nil deservit, ad quid requiritur ulterior terminatio, aut quale esset inconueniens esse sine illa priori termino ad nihilum deserviente.

VII.

Dices 2. Suppositalitem tribuere incommunicabilitatem naturae, & consequenter licet alias operationes habere posset hoc effectu tamen careret. Contra, illa incommunicabilitas vel est quid negativum, vel quid positivum; si primum dicunt, nobis non contradicunt; si secundum asserunt, non subsistunt quia gratis ponitur aliquid positivum distinctum realiter ad praecise fundandam negationem, cum ipsam sufficienter fundare potest singularis existens: Probatur jam eadem minor, quo ad alteram partem, nimirum quod sit absurdum naturam posse existere, & non posse habere suas operationes, quia non potest assignari ratio cur actiones naturae dependeant magis a suppositalitate, quam ab ipsa natura, ergo si natura potest produci absque suppositalitate poterunt & actiones produci sine illa.

VIII.

Dices: Esse rationem, quia actiones sunt suppositorum. Contra, quia aliqua actiones quae sunt suppositi prout sunt intellectiones & volitiones provenientes ab homine possunt existere & produci non existente supposito ut patet in statu animae separatae, ergo. Deinde sine supposito natura, verbi gratia, humana haberet principia tam proxima, quam remota ad operandum, habet enim animam, ejusque potentias, intellectum & voluntatem, ergo adhuc ibi intelligere posset. Denique si natura singularis potest existere sine omni suppositalitate, unde colligitur quod actiones etiam naturae completae singularis debent esse necessario suppositorum.

IX.
Altera probatio.

Probatur Conclusio secundò. Si suppositalitas esset aliquid positivum naturae creatae superadditum, illud positivum esset substantia, vel accidens; neutrum dici potest, ergo; major patet, quia ens creatum adaequate dividitur in substantiam & accidens; minor probatur, quia non est substantia aliis esset pars essentialis, vel integralis Physica, vel Metaphysica, neutrum dici potest, ergo: minor probatur, quia omnes partes essentialis naturae hu-

manae sunt in natura humana Christi aliis non esset verus homo & perfectus, similiter omnes partes integrales ob eandem rationem: Probatur etiam quod non sit accidens, quia non potest assignari quale nam esset, non quantitas, nam Angeli veram habentes suppositalitem quantitate carent; non qualitas, quia nulla est qualitas quae divinitus conservari non possit separatim, sed subsistentia non potest conservari etiam secundum adversarios, ergo; nec etiam relatio, quia omnis relatio realis debet esse inter duo extrema realia realiter distincta, sed non potest assignari quodnam esset illud realiter distinctum, ad quod terminaretur suppositalitas. Ergo

Dices: Non esse substantiam, aut accedens, sed modum substantiae. Contra primò ille modus, vel est intrinsecus, vel extrinsecus, si intrinsecus, ergo realiter est: identificatur naturae, & sic necessario assumetur a verbo divino: Si modus extrinsecus, ergo erit realiter distinctus & consequenter debet esse aliquid accidens, & secundum dicta paulò supra modus extrinsecus sunt accidentia respectiva. Contra secundò, quia ille modus debet esse substantia in quantum substantia opponitur accidenti, quia non esset quid aptum inherere. Deinde non potest ostendi cur ita debeat esse modus quin sit propria dicta forma, ergo.

Replebis: Eum non posse esse formam, quia non potest existere sine natura singulari, sicut forma potest. Contra, hoc non tollit rationem formae, tunc, quia id gratis diceretur; tunc quia aliqua forma accidentalis nequeunt existere absque suo subiecto, ut patet de actibus vitalibus in communione Adversariorum, & de formis relativis, in factentia omnium.

Instabis: Ideo non posse esse formam, quia emanat a natura singulari. Contra hoc non tollit rationem formae, quia forma relativa, quae magis necessario emanat a suo fundamento, quam personalitas, adhuc habent rationem formae.

Probatur tertio Conclusio quo ad eandem primam partem, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed nulla est necessitas assignandi aliquid positivum superadditum, ergo: prob. min. quia nullus effectus est assignabilis competens personalitati, ergo: antecedens patet, quia nullum adhuc assignarunt adversarii.

Probatur secunda pars Conclusionis, quia suppositalitas non consistit in positivo, ergo in negativo, seu in negatione comunicabilitatis ut quod, & ut quod, cum omnia alia quae non sunt supposita ut sunt accidentia & partes essentialis rerum sunt utroque modo comunicabilia, ut patet ex notabili tertio, quod autem consistat in negatione comunicabilitatis tam actualis, quam aptitudinalis probatur, quia si sufficeret sola incommunicabilitas actualis, anima rationalis separata esset suppositum, quia non esset actu comunicata; vel si sufficeret sola incommunicabilitas aptitudinalis natura humana Christi esset par-

sona, & sic in Christo essent duae personae, natura enim humana Christi licet sit actu communicata ad suppositum verbi, habet tamen aptitudinem ut non communicetur, si scilicet personaretur personalitate propria, ergo supposita talitas non potest existere in sola actuali, vel sola aptitudinali communicabilitatis negatione, sed in utraque simul. Sed contra

XII.
Argumentum in contrarium primum.

Arguitur 1. Omnes intelligunt per suppositum & personam & per nomina propria significativa personarum ut sunt *Petrus, Paulus, &c.* substantiam, & non negationem, ergo significant formaliter substantiam, & non negationem. R. disting. ant. omnes intelligunt, &c. quatenus ex communi usu loquendi importatur tota substantia cum omnibus suis complementis concedo ant. quatenus ratio formalis propria, qua constituitur totum significatum istorum nominum sit substantia, nego ant. sic etiam caecus significat animal, non tamen sic, ut ratio formalis significati per hoc nomen sit animal, sed est ipsa caecitas, seu privatio visus.

XIII.
Secundum.

Arguitur 2. Substantia secunda constituitur per aliquid positivum, ergo & substantia prima quae est suppositum, cum haec sit perfectior. R. negando suppositum consequentiae quod scilicet substantia prima sit suppositum, nam humanitas Christi est substantia prima, eam sit singularis, & tamen non est suppositum seu persona; licet autem Philoſophus per substantiam primam idem agnoverit ac suppositum, in hoc tamen nil est curandus, qui non agnovit suppositum sicut nunc agnoscunt Theologi.

XIV.
Tertium est personae divinae sed est disparitas.

Arguitur 3. Personalitas divina est quid positivum, ergo & creata. R. negando consequentiam, quia in divinis reperitur aliquid positivum incommunicabile, in quo possit poni personalitas divina, scilicet Paternitas, Filiatio, & Spiratio passiva, & est de fide quod dentur in divinis & sint incommunicabiles, & quod habeant aliquid positivum munus praeterquam esse principium negationum ullarum; sed in creatis non constat esse aliqua talia ratione, aut autoritate, nec potest assignari quodquam munus positivum, cuius sit ulla necessitas, aut utilitas, ergo non debet dici quod sicut in divinis personalitas est quid positivum, ita & in creatis. Confirmatur haec responsio, quia non omnia quae in divinis sunt debent etiam esse taliter in creatis, nam sapientia, bonitas, &c. sunt substantia, in creatis tamen sunt accidentia.

Item secundum multos adversarios singularitas creata est negativa, & tamen in divinis est positiva, ergo idem dicendum est de personalitate. Tandem incommunicabilitas, quam dicit persona divina formaliter involuit non solum negationem actualis & aptitudinalis communicationis, sed etiam potentialis, quandoquidem repugnet naturam divinam non esse personatam omni personalitate divina, sed personalitas creata non involuit negationem potentialis communicationis, sic ut natura ea affectu specificativo loquendo, repu-

gnet carere ea personalitate, ut patet ex mysterio incarnationis.

XV.
Quartum.

Arguitur 4. Omnis negatio secundum Scotum fundatur in aliquo positivo, & consequenter ad aliquid positivum, nam haec ratio in 2. d. 3. q. 2. contra Henricum probat individuum addere aliquam positivam differentiam speciei, ergo etiam negatio communicabilitatis supponit aliquid positivum, super quod fundetur, consequenter hoc positivum erit suppositalitas. R. cum Scoto 3. d. 5. q. 5. a. 3. dist. ant. omnis negatio quae provenit ab intrinseco & repugnantiam inducit in subiecto ad oppositam affirmationem, ut est irrationalitas in homine, & indivisibilitas in plura in Petro, fundatur in aliquo positivo concedo ant. negatio quae provenit contingenter, & ab extrinseco nego ant. & consequentiam, nam negatio communicabilitatis in natura singulari contingenter & extrinsece tantum convenit naturae, id est, propter defectum causae extrinsecae assumptis, a qua non assumitur, & quia non assumitur, ideo personatur in se per illam negationem. Per has duas objectiones consequenter positae facile & eodem modo solvitur argumentum Fonsecae & Lycheti, quorum primus sic proponit, suppositum est incommunicabile, ergo ab aliquo positivo & consequenter suppositum constituitur per aliquid positivum. Alter vero hoc modo ingenitum ut dicitur de Patre formaliter non dicit per se primam negationem, ergo nec natura incommunicabilis.

XVI.
Quomodo suppositalitas compleatur naturam.

Arguitur 5. Suppositalitas creata complet individuum in ratione substantiae, sed nil potest complere ens positivum, nisi ipsum sit positivum, ergo suppositalitas est quid positivum. R. dist. maj. suppositalitas complet individuum formaliter, proprie & positive nego maj. tanquam conditio, sine qua non potest haberi complementum formale, seu negative, quatenus excludit dependentiam a quocunque supposito extrinseco, a quo possit compleri, concedo maj. similiter dist. min. nil potest complere ens positivum formaliter & positive, nisi sit ipsum positivum concedo min. sicut conditio & negative nego min. & consequentiam, nam etiam absentia omnium quae contristare possunt dicitur complere laetiam. Intrinsece ergo formaliter, & positive completur substantia per suas partes essentielles, & integrales, quibus omnibus habitis sequitur ista negatio, & quia per ipsam colligitur completio, hinc ipsa dicitur complere.

Natura suppositata non admittit sensum specificativum.

Arguitur 6. Si suppositum solum diceret negationem super id quod dicit natura singularis suppositata, sequitur, quod sicut potest dici, quod aer tenebrosus possit illuminari, sic etiam sequitur, quod suppositum posset communicari, sed consequens est contra Theologos, ergo & antec. R. negando sequelam & disparitas est, quia ly *aer tenebrosus* patitur sensum specificativum, ita ut verum sit quod in sensu specificativo seu diviso verum sit quod possit illuminari, suppositum verè significat ita naturam haec affectam negatione, ut nullo modo admissat sensum specificativum & divisum, nam per se

per se primò significat negationem communicationis; unde ut paritas valeret, deberet sic poni, sicut aer tenebrosus potest illuminari sic natura suppositata potest communicari, nam hoc modo sicut primum esset verum, vel falsum, ita & secundum.

Arguitur 7. Non magis ex se determinatur natura ad supposititalitatem, quam ad singularitatem, imò minùs, cum possit esse sine propria supposititalitate, sed ad singularitatem determinatur per aliquid positivum, ergò & ad supposititalitatem. *R.* negando paritatem, quia ad singularitatem ita determinatur natura ut sibi repugnet simpliciter ipsa eadem manente dividi in plura, ideoque oportet, ut hæc repugnantia competat ratione positivi, scilicet differentie individualis, at suppositum non sic determinatur, etiam idem manens nam potest suppositari illo supposito, sed altero.

XVII.
Opponitur &
explicatur
authoritas.

Opponuntur Concilia & S. S. Patres definiunt Verbum divinum assumptisse naturam humanam, & non personam, humanitatem & non hominem, ut patet ex Concilio Calcedon. & ex Cyrillo Alexandrino, &c. item dicunt personam Verbi consumpsisse personam humanam, ac eam destruxisse, ut patet ex Conc. Francofurt. ad Episcopos Hispania, sed tales definitiones essent improprie, si personalitas esset negatio, ergò. *R.* negando min. nam Patres & Concilia nil aliud volebant, nisi contra hæreticos in Christo non esse duas personas, hoc autem optimè salvari potest in nostra sententia.

Dices: Non potest dici non assumi negatio, destrui, & consumi, &c. quia negatio nihil est, ergò. *R.* hæc verba non tam rigorosè sumenda esse, nam constat Patres non voluisse aliud quam personalitatem creatam in natura humana non esse, alioquin nec subsisteret sententia adversariorum, quòd enim nunquam fuit, non potest dici consumi & destrui, constat autem personalitatem creatam nunquam fuisse.

Instabis: Personalitas Verbi supplet personalitatem creatam, sed non supplet nihil, negatio enim nihil est, ergò personalitas non est negatio. *R.* dist. min. non supplet nil ut nihil opponitur omni reali tam positivo quam negativo, quod datur aut dari potest à parte rei independenter à potentia potente facere ens rationis concedo min. non supplet nihil prout nihil dicit omne negativum reale independentes ab opere intellectus nego min. nam per tale nihil redditur natura proximè potens operari, quare dum hæc negatio, seu hoc nihil tollitur debet suppleri per aliquid aliud, & sic in natura humana Christi suppletur per personalitatem Verbi.

Instabis: Verbum divinum supplet id, in quod refundentur actiones humanitatis Christi, sed hoc non esset negatio, quia negatio non includit in se aliquid positivum, ergò. *R.* dist. maj. supplet id in quod refunduntur actiones tanquam in principium influens Physicè nego maj. tanquam in principium formale, quo constituitur natura suppositata, à qua pro-

cedunt formaliter operationes concedo maj. & nego min. cum enim hæc supposititalitas non sit principium Physicum, & non influat positive in operationes, non est inconveniens ut ponatur in negatione.

Arguitur 8. Sequitur quòd potius deprimetur natura humana per unionem hypostaticam, quam elevaretur, sed hoc est absurdum, ergò: Prob. sequela sine unione illa non haberet dependentiam ab ulla supposititalitate, posita aut unione habet dependentiam à supposititalitate divina, sed magis deprimitur natura per dependentiam, quam sine, ergò. *R.* negando majorem cum sua probatione, quia si natura non haberet hanc unionem, tunc haberet dependentiam à propria personalitate, tanquam à naturaliter posteriori, & necessariò consequente ipsam, nisi per illam unionem impediretur, per hanc autem dependentiam, quam diceret ad propriam personalitatem non acquireret natura has perfectiones, quas acquirit ex unione ad Verbum divinum.

Instatur: Secundum Scotum persona creata potest assumere naturam creatam aliam, verbi gratià, Petrus potest assumere naturam Joannis, sed hoc fieri non posset, nisi persona dicitur aliquid positivum, ergò etiam secundum Scotum aliquid positivum dicitur min. prob. quia non posset terminare unionem. Respondet Lorca, Scotum mansisse dubium in hac re; verum in sua sententia non poterat manere dubius, quia certum videtur, quòd unio realis terminari non posset ad negationem: Quare *R.* Scotum dubium mansisse non in sua sententia, sed in sententia tunc communiore constituyente personam per positivum.

Arguitur 9. Natura humana assumpta facit unum per se positivè cum Verbo divino, sed hoc esset falsum in nostra sententia, ergò: Prob. sequela, quia si natura humana non haberet aliquid positivum pro personalitate propria, & esset substantialiter completa positivè, nec cureret aliquo complemento positivo, sed natura non carens aliquo complemento substantiali positivo per se nequit facere unum per se cum illo positivo, quòd ipsi suppet adhi possit, ergò natura humana in nostra sententia non potest unum per se facere cum persona Verbi divini. *R.* primò, negando maj. quia natura singularis non potest facere unum per se positivè cum propria personalitate, ita non videtur quòd facere debeat unum per se positivè cum personalitate Verbi. Quòd confirmatur, quia ex Conciliis & Patribus non habetur quòd faciat unum per se cum Verbo divino in sententia hujus objectionis, nam quamvis contra Nestorium definiatur quòd homo non uniat per accidens cum Verbo, ista tamen unio intelligenda est in sensu Nestorii, qui intelligebat hominem non fuisse unitum Verbo unione Physicæ & reali, sed unione solum secundum affectum & gratiam. *R.* secundò, concessa maj. negando min. cum minore sue probationis, nam licet verum sit quòd naturaliter fieri non possit, supernaturaliter tamen non implicat, maxime si vera sit major objectionis, nam aliter Verbum divinum cum sit substantialiter completum

pletum non posset facere unum per se cum natura humana, sive illa esset ex se completa, sive non esset, itaque sicut Verbum divinum, licet completissimum sit, positivè potest facere unum per se cum natura humana, ita natura humana licet sit positivè completa potest facere unum per se cum Verbo divino ob eandem rationem.

XIX. Argumentum ultimum.

Arguitur 10. Sequitur, quòd natura fuisset de facto personata propria personalitate, sed hoc est inconveniens, ergò: Probatur sequela: quia ipsa natura prius naturà fuit producta quàm unio, sed in illo priori habuit negationem actualis & aptitudinalis communicationis, ergò fuit personata propria personalitate. *¶* negando sequelam, & distinguendo minorem probationis, negativè, seu permissivè transeat, positivè nego min. hæc distinctio intellecta manet ex sæpe dictis.

Quæres: An partes essentielles & integrales Physicæ habeant proprias subsistentias? *¶* partes integrales homogeneas, quæ ab invicem separatæ sunt entia completa & per se (ut sunt partes aquæ) sic separatæ habere proprias & totales subsistentias, quia subsistentia sequitur ad ens substantiale completum, & per se existens. Ad partes verò heterogeneas, quales sunt manus, pedes, &c. non sequuntur subsistentiæ partiales aut totales, quia non possunt dici supposita, sed partes suppositorum, nec etiam sunt entia completa. Idem dicendum est de partibus essentialibus non tantum in toto, sed etiam extra totum, in toto enim actu communicantur alteri supposito, scilicet supposito totius, nec etiam extra totum, quia deest ipsis complementum substantiale reale proximum, subsistentia autem est ultimum complementum naturæ completæ.

XX. Partes homogeneas habent proprias subsistentias.

DISPUTATIO III.

DE PROPRIETATIBUS ENTIS UT SIC.

Omnium rerum essentias quadam concomitantur proprietates & passiones, quæ à natura proprie emanant, tales proprietates entis vulgò quinque assignantur, videlicet, res, verum, bonum, aliquid, unum, sed quia res & aliquid sunt synonyma enti, ideo in re sistendo non nisi tres erunt, de quibus etiam sic Disputabo. Quare sit

QUÆSTIO I.

Quomodo hæ proprietates distinguantur ab ente?

I. **Supra** enumeratas passiones reales esse & positivas vix dubitari potest, nam cum ab ente reali emanent vix rationis erunt; & iterum, quia qualibet proprietas ex ratione sua intrinseca importat aliquam perfectionem, qualem vix dicit ulla negatio: Sed & certum esse videtur, quòd aliquando distinguantur, quia alio modo explicatur natura entis ut est una, vera, bona, & ut est ens, quod non fieret, nisi aliquomodo distinguerentur, qualis autem sit distinctio

nam ubi dantur extrema actu à parte rei etiam distinctio debet esse talis, sed ens & proprietates ejus sunt extrema actu à parte existentia, ergò & distinctio debet esse actu & à parte rei, adeoque rationis non sufficit. Deinde sequetur non esse passiones reales, sed rationis, ergò.

Dices: Non sequi, sicut non sequitur hæc passio distinguitur sola ratione, ergò est ens rationis, sed sequitur, ergò distinctio est ens rationis. Sed contra facit, quia Deus cognoscit has passiones de ente & distinctas inter se, ergò sunt à parte rei distinctæ inter se & consequenter ab ente, ut verbi gratia, quæ sunt eadem unitertio sunt eadem inter se & e contra; consequentia patet, quia Deus cognoscit res ut sunt à parte rei, alias fingeret, prob. ant. quia aliter divinus intellectus concipit ens unum aliter ens verum, aliter ens bonum, ergò ut distincta.

III.

Arguitur: Ens in quantum ens ex eo præcisè, qua tale est absq; alio reali modo superaddito habet quiddam necessarium est, ut sit unum, verum, bonum, ergò: prob. ant. ex modo explicandi ens, quia hoc dicimus esse ens, quia habet veram essentiam unam, & perfectionem aliquam realem, ergò. Confirmatur hoc, quia considerando solum conceptum objectivum entis adequatè sumptum ex vi talis conceptus est in se ipso individuus & à quocunq; alio divisus, ergò ex vi proprii esse habet unitatem. Deinde secundum proprium esse habet intelligibilitatem, ergò & veritatem, quæ est fundamentum intelligibilitatis & idem dicendum est de bonitate. *¶* negando assumptum quod scilicet ex ratione sua formali habeat quod sit formaliter unum, verum, bonum, quia tale est tantum fundamentaliter: nec obstat vulgaris modus explicandi

IV. Argumentum in contrarium.

II. Proprietates distinguuntur ab ente.

Dico: Proprietates entis distinguuntur formaliter ex natura rei ab ipso ente. Est D. 7. d. 16. q. unica. Hæc conclusio probari potest omnibus principiis, quibus probatur distinctio formalis inter alias proprietates, sine qua rationem proprietatum habere non possent; sed directe contra adversarios probo eandem primò. Non distinguuntur realiter, ergò formaliter ex natura rei, consequentia est clarissima, ant. prob. illud enim realiter distinctum vel esset quid absolutum, vel respectivum, neutrum dici potest, ergò: prob. min. non absolutum alias daretur aliquid ens à parte rei, quod non esset unum, quia ens potest conservari absq; omni absoluto realiter distincto; non etiam respectivum, nam nequit assignari terminus ejus realis, quo posito necessariò poneretur & quo non posito non necessariò poneretur, ergò. Probatur secundò contra Suarezem; quia non sufficit sola distinctio rationis, ergò, &c. ant. prob.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Q9999

Ens

Ens positus in argumento, quia hoc oritur ex eo, quod cum sit simpliciter simplex, non potest explicari nisi per ea quae ipsum circumstant; neque ex hoc inferitur tantum distinctio rationis, sed cum conceptus entis ut sic sit primarius & quidditativus, ceteri vero conceptus sint secundarii, qualitativi, &c. major distinctio inter illa poni debet, quam rationis. Ad confirm. nego antec. pro prima parte de unitate, quo ad aliam partem de intelligibilitate concedo ant. nego tamen rationem fundantem talem intelligibilitatem esse formalem veritatem, sed ad summum fundamentalis est, cum secundum nos ens sub ratione entis, & sub non ratione veri sit objectum intellectus nostri.

- V. **Quæres.** Utrum sit aliquis ordo in emanationibus harum proprietatum? R. Non apparere ullam rationem convincentem, quare una prius emanare dicatur, si tamen aliquis ordo datur, tunc prima erit unitas, veritas secunda, & tertia bonitas. Hoc inde desumi potest, quia veritas dicit aliquam habitudinem ad intellectum, & bonitas ad voluntatem, ergo sicut intellectus est prior voluntate, ita veritas erit prior bonitate: Unitas vero, quia ad neutram potentiam dicit ordinem, neque ad aliquam posteriorem debet esse prior, quare de hac sit

QUÆSTIO II.

De Unitate.

- I. **Unitatum novem species enumerat**

D. Bernardus l. 5. de Cosid. cap. 8. quarum plures ad nostrum propositum non pertinent, præterquam *constitutivam*, quam dicit esse cum unum corpus constituitur ex multis membris; sermone 80. de diversis, tamen alias enumerat unitates dicens: *Est unitas naturalis, unitas carnalis, unitas virtualis, unitas moralis, unitas spiritalis, unitas socialis, unitas personalis, unitas principalis.* Unitas naturalis est inter corpus & animam, unitas carnalis inter virum & mulierum, de qua dictum est: *Erunt duo in carne una.* Unitas virtualis est, quæ hominem sibi ipsi conjungit, ut non per diversa effluat, sed cum Propheta, unam petat a Domino. Unitas moralis est, quæ nos conjungit proximo. Unde Psalmista: *Qui habitare facit unius mores in domo.* Unitas spiritalis est quæ nos conjungit Deo. Unde apostolus: *Qui adheret Deo unum spiritus est.* Unitas socialis inter Angelos, quibus omnimodis idem velle est, idem nolle. Unitas personalis in Christo. Unitas principalis, quæ & substantialis est in Trinitate: Quam omnia cætera entia participant, sicut participant gradum entis, ut proinde principalis dicatur quasi omnes transcendens quæ est Metaphysicis, & hanc in omnibus rebus reperiri clarè docet D. Augustinus l. de vera Relig. cap. 32. ubi ait: *Qui non videat, neque ullam speciem, neque ullum omnino esse corpus, quod non habeat unitatem (simplicissimam & divinam) qualecunque vestigium.* Et vos nisi aliqua unitas contineret nihil esset. Suppono autem hanc

II.

unitatem esse veram passionem entis, nam hæc omni & soli enti convenit, qualecunque enim ens fuerit convenientem habebit unitatem, si enim simplex fuerit unitatem simplicitatis habebit, si compositum, unitatem compositionis fortietur, ita licet divisibile sit in plures partes non erit tamen divisibile in plures composita, nec convenit alicui alteri ab ente, nam ens rationis sicut verè ens non est, ita, nec vera unitas concedenda ipsi est. Adversæ sententiæ Fautores conantur hoc nostrum suppositum evertere primò Autoritate Philosophi 10. Metaph. 1. dicens unum & multa dividere ens, atque adeo unitatem non futuram passionem entis, sed differentiam. Secundo ratione, quia dicunt, potest variari unitas manente eadem entitate, ita ut eadem entitas modò sit una modò non, quia si quantitas bipalmaris accipiatur & separetur pars illius, veri gratià quantitas palmaris, hæc pars dum est conjuncta non est unum ens sed pars unitatis, dum verò est separata, est unum ens de tamen sive conjuncta sive separata habet eadem quantitatem, ergo potest variari unitas, manente eadem entitate, & consequenter unitas non est passio entis. Verumtamen præmium nihil nos urget, quia ut D. noster 4. Metaph. 3. dicit non esse divisionem ibi propriam, sed potius quandam assignationem, ubi ex una parte assignatur ens cum unitate, & ex altera parte entia cum multitudine, unde dicere ens dividi in unum & multa, est idem, ac dicere ens aliud est ens, aliud sunt entia. Secundum nil concludit, quia in illa divisione quantitatis bipalmaris non fit varietas in unitate transcendentali, quæ est passio entis, sed in unitate quantitativa, de qua nulla nobis res est agere. Quo supposito bene notato duo in hac quæstione sunt examinanda, primo quid sit unitas & quotuplex? Secundo, utrum unitas dicat quid positivum vel negativum; at tamen, quia resolutio primi sufficienter data est in Logica q. 6. universalium, quæ ibi queratur, ad secundam partem resolvendam

Dico: Unitas à qua per se primò formaliter

ter habet ens esse unum est formalitas positiva. Ita D. 2. d. 3. q. 2. §. concedo igitur, & communis sententiæ Scotist. quos sequitur Suarez. Probatur omnis negatio necessarîo conveniens entis non inest per se primò nisi ratione alicujus positivi, sed negatio inclusionis partium inest enti necessarîo & inseparabiliter, ergo ratione alicujus positivi; major probatur, quia illa negatio deberet alioquin necessarîo & immediatè consequi ipsam rationem entis, sed hoc dici nequit, quia præcisâ ratio entis est ratio essendi absolute, non verò essendi unum vel plura, prius enim est esse aliquid in se non repugnans, quam esse unum, aliâ unitate non posset dici entis proprietates, ergo talis negatio convenit enti propter aliam rationem proximiorum, quæ erit unitas, atque adeo unitas erit quid positivum. Arguitur

IV. Arguitur: Formalitas positiva quam nos ponimus est frustranea, ergo non est ponenda, ant. prob. illa negatio, quam dicit ens unum qua tale potest sequi ad ipsum ens formaliter absque alia formalitate positiva superaddita, ergo. R. negando ant. cuius probat. ant. dist. absque alio positivo superaddito realiter distincto concedo; formaliter distincto nego ant. illa autem positiva formalitas, quae superadditur ratione negationis est tantum quid formaliter distinctum ab ente.

Instatur: Si poneretur per impossibile ens formaliter loquendo absque illo positivo, deberet necessarii partes habere, aut divisas, aut non divisas, sed non haberet illas divisas, ergo non divisas, & consequenter negationem quam dicit unum; ergo. R. In tali casu impossibili ens nec futurum unum, nec multum, quia non haberet principium formale divisionis & indivisionis, licet haberet fundamentale, nec in casibus impossibilibus necessarii unum ex contradictoriis verum est.

QUESTIO III.

De Veritate Entis.

I. *Non est hic sermo de veritate formalis, sed transcendentali.*
Questio haec non est de veritate formalis propositionis, seu cognitionis, in quo sensu D. Bernardus serm. 71. in Cant. ait: *Sermo Dei veritas est.* Sed de veritate transcendentali seu in essendo, de qua D. Augustinus l. 7. Confess. cap. 1. s. ait: *Omnia vera sunt in quantum sunt,* & l. de vera Relig. cap. 34. dicit: *Omne corpus verum corpus est,* & denique l. 2. Soliloq. cap. 5. *Lapis non est, si verum non est:* Quarum distinctio fatis ex dictis in Logica colligi potest, nam veritas cognitionis dicit ordinem ad obiectum, veritas in essendo in ordine ad intellectum, quod indè patet, quia omnis conceptus est verus transcendentaliter seu in essendo hoc ipso, quod est verum ens, non tamen ideo est verus veritate cognitionis, quia frequenter veræ res falsè concipiuntur. Verum licet nullus de facto reperitur, qui non facile discernere queat inter hominem verum & non verum, seu pictum, difficilis tamen explicatu est ratio formalis veritatis in ipsis rebus, aliqui enim ut Hurtadus asserit veritatem in rebus esse denominationem extrinsecam desumptam ab intellectu, reverà tamen falsè de veritate sentit, quia veritas in essendo juxta Doctores communiter est proprietas entis, atqui denominatio extrinseca nequit dici passio alicujus, quia omnis passio convenit rei ab intrinseco, denominatio verò extrinseca nequit sic convenire, fundamentum Hurtadi hoc est, quia esse cognoscibile dicit in obiecto denominationem extrinsecam, sed esse verum dicit rem esse cognoscibilem, ergo esse verum dicit denominationem extrinsecam, sed facile solvitur, dist. maj. esse cognoscibile cognoscibilitate extrinseca quæ consistit in cognitione possibili dicit denominationem extrinsecam concedo maj. cognoscibilitate intrinseca, quæ est intrinseca aptitudo entis ut possit terminare cognitionem.
F. Amandi Hermannæ Metaphysica.

nem, nego maj. & sic dist. min. nego consequentiam. Alii ut Meurisse explicant per ordinem ad sua principia, verumtamen æquè longè à veritate recedunt, quia veritas vel explicatur per ordinem ad sua principia extrinseca, vel per ordinem ad sua principia intrinseca, neutrum dici potest, ergo, min. prob. non primum, quia Deus est verissimum ens, & tamen non habet principia extrinseca; ne. secundum, quia conceptus entis ut sic, cum sit simplicissimus nequit habere principia intrinseca componentia, aut constituentia illum, ergo, &c. Alii denique explicant per negationem, sed hi rationibus superiori quæstione adductis refutari possunt, unde meam veritatem, ut sentio,

Dico: *Verum transcendentalè nil est aliud quàm esse intelligibile, adeo ut veritas entis aliud non sit, quàm intelligibilitas ejusdem, seu conformitas rei ad intellectum.* Hæc est Doctoris citati apud Mstrum hîc d. 5. q. 6. a. 3. eamque in re tenet Pontius, qui veritatem per conceptibilitatem explicat, deducitur etiam hæc Conclusio ex Sanctis P. P. & D. Aug. lib. 5. soliloq. ubi *verum definit esse, quod ita est & sic se habet ut cognitori videtur & lib. de vera religione, verum est quo ostenditur id quod est.*

II.
Veritas entis est ejus intelligibilitas.

Probatur etiam Ratione, quia juxta omnes veritas cognitionis quæ est in representando explicatur per conformitatem cognitionis ad rem, ergo à converso veritas rei, quæ dicitur in essendo bene explicatur per conformitatem rei ad cognitionem, seu cognoscibilitatem rei respectu intellectus; antecedens patet ex Logica; consequentia per se claret. Confirmatur, quia intellectus dicitur verus formaliter in representando, quando rem intelligit, sic uti est à parte rei, ergo è converso res quoque dicitur vera in essendo formaliter è præcisè, quia intelligitur sicuti est, vel sicut intelligibilis est; unde advertendum est, non tantum de actuali, sed etiam aptitudinali cognitione conclusionem esse defendendam, quia ut bene notat Doctor, si nullus esset intellectus intelligens, adhuc qualibet res esset vera, & secundum gradum suæ entitatis esset nata se manifestare ac apta intelligi.

Dices; Res omnes quæ veræ sunt in essendo sunt actu veræ, ergo malè explicatur per aptitudinalem conformitatem. R. negando consequentiam, licet enim veritas sit actualis, non sequitur tamen quod conformitas debeat esse actualis, nam à conformitate aptitudinali habet res esse actu vera, sicut ab impenetrabilitate habet res esse actu quanta, ab appetibilitate habet res esse actu bona, &c.

III.

Arguitur: Si nullus esset possibilibus intellectus, adhuc hoc aurum esset verum aurum, auricalchum esset falsum aurum, ergo malè explicatur veritas per conformitatem ad intellectum, consequentia patet; prob. ant. existentia vel repugnantia intellectus nil tribuit auro, vel auricalcho, neq; existentiam, neq; accidens aliquod, quod intrinsecè afficeret illa, ergo dist. antec. esset verum aurum fundamentaliter concedo

IV.
Sine intellectu aurum esset tantum fundamentali-ter verum.

Q9999 2

concedo ant. formaliter nego ant. & consequentiam, nam sicut si homo non haberet risibilitatem non esset formaliter risibilis, sed tantum fundamentaliter, sic in proposito licet potentia nec existentiam nec accidens aliquid tribuat auro vero, dependet tamen veritas auri à potentia sicut quodcumque relativum à suo correlativo in ratione correlativi, ut si filius non existat, Pater quoad esse Patris non erit, sic hic in proposito conformitas ad intellectum ad minus possibilem est relatio transcendentalis realiter identificata auro, unde si intellectus repugnet repugnabit & hæc conformitas ad intellectum, consequenter ratio veri, licet tunc non repugnet ratio auri, quod erit tantum fundamentaliter verum.

V.
Potest hæc conformitas sumi à quo-
cumque intel-
lectu.

Quæres: An conformitas hæc sumi debeat tam ab intellectu creato quam increato? R. cum Scoto & Recentioribus communiter contra Thomistas affirmativè; ratio est, quia veritas transcendentalis consistit in intelligibilitate rei, sicuti est, ut dixi, sed res dicuntur intelligibiles per se & adæquatè in ordine quemcumque intellectum, ergò in ordine ad quemcumque intellectum desumi debet talis conformitas.

QUÆSTIO IV.

De Bonitate Entis.

I.
Bona moralia describit
D. Bernar-
dus.

Nec hic agam de bonitate morali, de qua mellifluus Doctor ferm. 80. de diversis sic loquitur: *Sunt quedam bona & jucunda; sunt quedam nec bona, nec jucunda, sunt quedam bona & non jucunda, sunt quedam jucunda & non bona. De bonis & non jucundis pervenitur ad bona & jucunda. De jucundis & non bonis pervenitur ad non bona & non jucunda. Bona & non jucunda sunt continentia, patientia, disciplina. Jucunda & non bona, voluptas, curiositas & vanitas. Nec bona nec jucunda, invidia, tristitia, acedia. Bona & jucunda, honestas, charitas, & puritas. Ad hoc bonum & jucundum obtinendum, necessaria est unitas virtualis & unitas moralis. Verum de hac agere pertinet ad Theologum in tractatu de actibus humanis, hic agendum est solum de bonitate transcendentali, ut est passio entis, secundum quam cuncta opera Dei perfecta sunt & valde bona, unde idem Mellifluus multoties divitias malas esse negat, sed male utentibus, ut habet in tractatu de JESULO duodenni. Sic etiam D. Aurelius lib. 1. contra Julianum ait: *Omnia natura in quantum natura est, bona est, & lib. 83. 99. cap. 24. Omne quod est, in quantum est, bonum est; summe est illud bonum, cujus participatione cætera bona sunt, & lib. 1. contra Julianum cap. 8. Nulla natura est, quæ non aut ipse (supple Deus) aut ab ipso facta, ut quantumcumque natura, aut qualicumque natura sit, & in quantum natura est, bonum sit.* Nulla proinde natura in quantum natura est, malum est. De hac itaque bonitate varii varia opinantur, ex quibus quatuor celebriores opiniones adducendas censui; Prima igitur opinio asserit, bonitatem ut sic esse integritatem entis quantum ad omnia necessariò requisita quoad essentialem ejus constitutionem, unde Authores hujus sententiæ dicunt il-*

Quatuor opi-
niones circa
naturam bo-
ni.

lud esse bonum ens, quod omnia requisita ad ens habeat, verum hæc sententia bene explicat bonitatem entis, ut est passio ejus, nam inde sequeretur nullum dari ens malum prout malitia opponitur huic bonitati, quia si daretur aliquid quod non haberet omnia requisita ad integritatem essentialem entis, potius esset non ens, quam malum ens, quia deest ipsi aliquid spectans ad integritatem constitutivam entis, & sic non daretur malum ens, hinc licet hæc bonitas possit dici bonitas entis, non esset tamen passio, quia hæc bonitas non emanat ab essentialitate, sed consistit in ipsa essentialitate. Secunda opinio docet bonitatem esse perfectionem, unde si Authores dicunt idem esse bonum ac esse perfectum, idemque esse perfectum ac habere omnia connaturaliter requisita quantum ad partes integrales & accidentia ipsius connaturalia ex ratione sua specifica, ita verbi gratia, ut si homo pede, oculo equus careat, dicatur esse entia mala & non bona, sed nec hæc bonitas habet rationem passionis ut sic, nam cum in hac sententia aliquid ens esset malum secundum rationem particularem, etiam esset bonum secundum rationem particularem, bonitas autem secundum rationem particularem potius esset accidens, quam passio, quandoquidem possit adesse vel abesse sine corruptione. Tertia sententia docet bonitatem ut est passio entis, consistere formaliter in unius rei convenientia ad alteram rem cui conveniens dicitur, sed nec sic bene explicatur bonitas, ut est passio entis, quia relatio convenientiæ unius rei ad aliam est prædicamentalis spectans ad prædicamentum relationis, ergò ut sic considerata non potest esse passio entis, quod probatur, nam posito certe in sua latitudine, antequam ad inferiora descendat, nulla habetur relatio prædicamentalis, & tamen tunc enti convenit bonitas, quæ ut sic consideratum habet suas passiones. Deinde sequitur quod creaturæ essent æque malæ transcendentaliter ac sunt bonæ, quia, quæ ratione res quædam sunt convenientes aliis & sic bonæ, eadem ratione quibusdam erant inconvenientes & sic malæ, sed hoc videtur absurdum, & favere hæresi Manichæorum, qui dicebant quasdam res ex natura sua esse malas, contra quos solemnissimè se opposuit D. Aurelius, tum in locis supra citatis tum alibi. Pro quæta sententia quam amplector & teor

Dico: Bonitas ut est adæquata passio entis ut sic, optimè explicatur per convenientiam ad appetitum, non quidem realem & prædicamentalem, sed aptitudinalem, seu transcendentallem, id est per ipsam rei appetibilitatem. Ante probationem Nota, hæc non sumi appetibilitatem prout est denominatio extrinseca desumpta à potentia potest appetere, nam sic patet non posse esse passionem entis ex dictis in præterita questione, sed de ea quæ convenit enti ratione intrinsece virtutis, quam habet ad movendum, vel terminandum appetitum. Jam probatur conclusio tum autoritate D. Augustini, qui has passiones vocat convenientias & ordines, ut patet ex libro 2. de moribus Manich. cap. 6. tum sicut se habet verum ad intellectum, sic se habet bonum ad appetitum, sed verum nihil additio per eas nisi conformitatem ad intellectum, ergò

nec bonum addet nisi convenientiam ad appetitum. Maj. prob. quia ita se habet intelligibile ad intellectum, sicut appetibile ad appetitum, sed intelligibile dicit esse verum; ergo appetibile dicit esse bonum.

III. Relatio rationis ad formam movere potest.

Dices: Nulla relatio est motiva appetitibus, sed bonitas est relatio aptitudinalis; ergo bonitas non est motiva appetitibus, sed hoc esset falsum; ergo bonitas non est relatio. R. dist. maj. nulla relatio est motiva ratione sui concedo maj. ratione formae absolute in qua fundatur, nego maj. & concessa min. dist. consequens eodem modo, non est motiva formaliter sumpta ratione relationis, concedo consequentiam; ratione perfectionis absolute, quam res importat, nego consequentiam. Pro complemento hujus quaestionis totiusque partis sic breviuscula & compendiosa

QUESTIO V.

De aliquibus divisionibus Entis.

IV. Divisiones Entis.

Ens variis modis dividi potest, & Primò in maxima sua latitudine, sumptum, quamvis non sub uno conceptu univoco dividitur in Ens

reale & rationis. Secundò in Ens finitum & infinitum. Tertiò in Ens dependens & independens. Quartò in necessarium & contingens. Quintò in simplex & compositum. Sextò in Ens in actu & potentia. Septimò in Ens per se & Ens per accidens. Octavò in absolutum & respectivum. Nonò in substantiam & accidens, quae divisiones communes sunt in utraque Schola, quarum explicatio ex dictis patet. Decimò in Schola Scoti dividitur Ens, in Ens quantum & non quantum, hanc divisionem assignavit Scotus quodlibeto octavo, ut salvaret aequalitatem personarum divinarum & ut defenderet nullam perfectionem in una persona, quae non sit in alia. Per Ens quantum intelligitur Ens dicens aliquam perfectionem; per Ens non quantum, Ens nullam dicens perfectionem, nec imperfectionem: Sub hoc non quanto continentur relationes divinae, passionis Entis, modi, differentiae ultimae, nam cum non includant formaliter Ens, ita nec includunt formaliter aliquam perfectionem Entis, sed tantum realiter & identice eruantur; identice Entia perfecta. De hac re scripsimus in Theologia.

Theologia.



DISPL.

Qpppp 3

PARS

DISPUTATIO I.

DE NATURA ANGELORUM SECUNDUM SE.

QUÆSTIO I.

An in Universo dentur Angeli?

Respondeo ad Quæstionem, & intelligendo per Angelum Creaturam aliquam nullo sensu perceptibilem.

Dico I. Affirmative, id est esse de fide. Ita communissima contra Atheos, qui sicut Deum sic quoque omnem spiritum negant, & Sadducæos dicentes: Non esse Resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum, Act. 23.

Et probatur primò ex Scriptura, quæ frequentissimè tum in antiquo, tum novo Testamento Angelorum mentionem facit, ut Angelus, qui loquebatur in me, & volavit Angelus ad me, Isaia 1. Angelus suus mandavit Deus de te, Pl. 90. Qui facit Angelos suos spiritum, Pl. 103. Angeli eorum semper videntur faciem Patris mei, qui in Cælis est, Matth. 18.

Probatur secundò ex Patribus, Augustino in Enarr. in Pl. 103. dicente: *Quantum non videamus apparitionem Angelorum, abscondita enim est ab oculis nostris, & est in quadam Republica magna Imperatoris Dei, tamen esse Angelos novimus ex fide.* Quòd autem per Angelos intelligat spiritus aliquos, id clarè docet concione primà in eandem Pl. 103. his verbis: *Spiritus Angeli sunt, & cum spiritus sunt, non sunt Angeli; cum verò mittuntur Angeli sunt: Angelus enim officii nomen est, non natura. Quævis nomen huius naturæ spiritus est; quævis officium, Angelus est.* Ex eo, quod est, spiritus est, ex eo, quod agit, Angelus est. Et lib. 15. Civit. cap. 23. ait: *Scriptum est, qui facit Angelos suos spiritus, id est, eos, qui naturà spiritus sunt, facit esse Angelos suos, in iungendo eis officium nuntiandi. Qui enim Græcè ἄγγελος dicitur, quod nomen Latinà declinatione Angelus perhibetur, Latinà linguà Nuntius interpretatur.*

Probatur etiam ex D. Bernardo lib. 5. de Consideratione cap. 4. sic Angelos describente: *Et primò quidem Civis esse illic (in Cælis) spiritus, potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo. A Deo conditos divinis laudibus & obsequiis deditos. Hæc omnia legendo comperimus, fide tenemus.*

Dico 2. Dari Angelos nullà ratione naturali convinci potest evidenter. Ita Meratius Valentia &c.

Probatur: Quia potissimè rationes, quæ adhibentur ad demonstrandam existentiam Angelorum sunt istæ: Primò, quia videntur ad Universi pulchritudinem pertinere, cum cederent ad ornamentum; quòd, sicut datur substantia aliqua spiritualis incompleta, detur etiam completa; Secundò, Cæli moventur diversis motibus, qui adscribi non possunt, nisi motoribus Angelis, quos olim Aristoteles, & alii Philosophi intelligentias appellavere; Tertio,

ex mirabilibus effectibus Sagarum, quæ prolati verbulis paucis, mira & stupenda operantur; Idem obfessi, licet ante ignari fuerint, loquuntur diversis linguis, etiam organo linguæ immoto; Iterum Magi Pharaonis stupenda quoque fecerunt signa, producendo serpentes & similia, quæ utique fieri debuerunt, vel per illusionem subducendo virgas, & serpentes veros apponendo: Vel summà celeritate activa passivis applicando, quæ in Deum refundi non possunt, cum alioquin in testimonium falsitatis miracula produxisset; ergò in aliquos spiritus malos & Angelos peccantes; Denique, Dæmones frequenter suggerunt hominibus mala, eosque ad peccata pertrahunt; ergò: Hæc, inquam, sunt rationes, quibus aliqui Angelos demonstrare conantur, sed istæ non convincunt, ergò: probatur min. Non prima, quia multa alia quoque sunt, quæ ad pulchritudinem Universi conducunt, ut alia materia, Corpus simplex, magis frugifera Provincia, &c. quæ tamen defacto non sunt, stante enim rerum possibilitate, Divina voluntas omnium effectrix libera est, ut ponat vel omitat; ergò ex hoc nihil sequitur. Sed nec ex secunda, quia Cæli moveri possunt ab impulsu à Creatore ipsis impresso, vel ex natura sua, vique innatà & inclinatione intrinsecà, vel denique ab ipso Deo, nec in hoc aliquid apparet inconveniens, ergò. Tertia etiam ratio non convincit, quamvis enim verum sit, mira fecisse Magos Pharaonis, mira etiam facere sagas & mira fieri, ipsas frequenter somnare & aliis modis illadi; Obfessos variis linguis loqui, & homines suggestionibus pravis ad malum pertrahi, quæ quidem, licet à Deo non fiant, unde scitur, quòd ista omnia non fiant ab animabus separatis, quæ à corporibus solutæ perspicaciorem intelligendi vim habent, & majorem movendi se & alia, velocitatem, adeoque in illas refundi poterunt illa mira, consequenter non convincunt dari aliquos spiritus malos.

QUÆSTIO II.

Quando & ubi sint Angeli creati?

Circa primam partem Tituli inprimis certum est, Angelos non fuisse ab æterno, sicut nec ullam creaturam, seu spirituales, seu corporales contra Aristotelem & plures alios Philosophos, ex Scriptura & ex cap. Firmiter de summa Trinitate. Attamen nonnulli Patres Græci, ut Gregorius Nazianzenus, Basilii, Damascenus, &c. & etiam aliqui Latini, ut Ambrosius & Hieronymus voluerunt, eos longo tempore ante mundum conditum creatos esse. Econtrà verò D. Augustinus, Gregorius Magnus, Beda, Hugo à S. Victore, & plures alii docent, eos fuisse simul cum mundo condito creatos, ita, ut Cajetanus, Vasquez, Sixtus Senensis dicant in hac re nihil certi dici posse, cum nihil sit ab Ecclesia determinatum, secunda tamen sententia eis probabilior videtur, estque communior, unde etiam cum ea

Dico

I. Dantur Angeli.

II. Probatur ex Patribus.

III. Item ex D. Bernardo.

IV. Dari Angelos non potest naturali ratione probari.

V. Solvuntur rationes pro parte affirmantis.

I. Angeli non fuerunt ab æterno.

II.
Angeli sunt
creati cum
Cælo.

Dices I. Angeli probabilis creati sunt simul cum Cælo & terra. Ita Patres pro secunda sententia citati.

Probatur primò ex Scriptura, quæ clarè insinuat, Deum omnium primò creasse Cælum & Terram, ut Gen. 1. *In principio creavit Deus Cælum & Terram*, Pl. 101. *Immo tu Domine Terram fundasti*: ergò non fuerunt antecederent creati; sed nec etiam post, quia Job. 31. dicitur: *Ubi eras, quando ponebam fundamenta Terræ cum me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes Filii Dei*; ergò fuerunt simul creati cum Cælo & Terra.

III.
Probatur ex
Concilio La-
teranensi.

Probatur secundò Ex cap. Firmiter de summa Trinit. ex Innocentio 3. in Concilio Lateran. ubi habetur: *Creator omnium visibilium & invisibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque condidit creaturam, spiritualem & corporalem*; Angelicam videlicet & mundanam; ergò Angeli simul cum creatura mundana creati sunt. Quæ autoritas probabilissimè probat Conclusionem & quidem ita, quòd aliqui planè voluerint asserere, hanc esse determinationem de fide, verum, ut admonet Sixtus Senensis, non semper sunt attendenda præcisè verba Conciliorum, sed mens, cum autem Concilium Lateranense ibi tantum intendat damnare errorem Originis dicentis: *Deum creasse à principio substantias spirituales tantum, deinde quibusdam illarum peccantibus, creasse corpora, in quibus eas tanquam in corporibus puniret*, ideò incidenter tantum egit de Creatione Angelorum simul cum creatura humana. Item ly simul posset intelligi, ut significat pariter, prout notat Vasquez, ideò non est tam certum, an Conclusio sit de Fide, quæ proinde

Probatur tertio: Angeli mali statim post creationem suam, vel saltem parva intercedente morula, peccarunt, ut colligitur ex illo Joan 8. *ille homicida est ab initio*, sed quando peccarunt, jam fuerunt Cæli creati & Terra; ergò simul cum Angelis; probatur min. Quia Angeli post peccatum statim detrusi fuerunt ad infernum, sed infernus est in medio Terræ, ergò Terra jam tunc fuit creata. Sed

IV.
Angeli post
peccatum sta-
tim sunt de-
trusi in in-
fernum.

Dices: Angelos post peccatum suum non statim fuisse detrusos ad infernum, quia primò potuerunt manere interim alibi; secundò homines post peccatum non fuerunt statim puniti; ergò non constat, quòd Angeli sic sint detrusi, maxime cum Scripturæ, quæ de casu Angelorum loquuntur, non dicant statim decidisse & dejectos esse. Sed Contrà primò: Si Angeli manserunt alibi, quæro, quid sit illud alibi? si aër, parum curo, quia satis est, quòd in illum, veluti in locum suæ punitionis sint relegati, verum tunc aër cum nondum fuerit, melius dicam, quòd aliqui ad infernum proprium, aliqui ad locum caliginosum derurbati sint, ubi nunc aër est, & in eo adhuc maligni spiritus commorantur ad exercitium hominum. Contra secundum: Licet homines non sint statim post peccatum ad infernum detrusi, non sequitur etiam Angelos non esse detrusos, tum quia illis misericordia Divina providit de remedio salutis, non his: Tum illi magis malitià, hic verò fra-

gilitate peccarunt; Tum quia Sancti Patres communiter docent, Diabolum statim puni- tum fuisse inferno. Sed dato etiam, quòd non esset statim puniti & detrusi in infernum, ex hoc nequit tamen inferri, quòd non fuerit creatura corporalis, quando illi peccarunt, quia statim, ut peccarunt, fuit determinata illis poena, *utrum ignem æternum, qui paratus est Diabolo &c.* Matth. 25. Sed illa fuit ignis; ergò tunc statim fuit, & consequenter simul creati. Sed pro Contraria sententia

Opponitur Autoritas Sacre Scripturæ, Job. 40. ubi de Behemor (Diabolo) dicitur: *Ipse est principium Viarum Dei*. Id est, ipse est prima creatura, quam Deus condidit; ergò Diabolum, & consequenter quicumque Angelus non est conditus simul cum Cælo & Terra, sed antecederent. R. primò dist. ant.: Behemor est principium viarum Dei in ordine durationis nego ant. in dignitate & excellentià, qui fuit signaculum Dei dictus, concedo ant. & nego consequens. Itaq; Diabolum & Angeli ejus dici possunt, quòd sint principium viarum Dei negative, id est, quòd nihil ante ipsos creatum sit, non verbò positivè, quia ipsi creati non sunt ante Cælum & Terram, sed simul. R. secundò: Litteraliter explicando in dicto loco sermonem esse de Elephantem, vel grandi aliquo dracone, qui ob fortitudinem & robur dicitur principium viarum Dei.

Instatur: Quælibet promissio ad extrinsecum fieri debet, sed Deus promissum suum ante mundi constitutionem venturum in mundum; ergò alicui facta debuit esse, *subiunctivo modo*, sed non hominibus, qui antea non fuerunt; ergò Angelis, consequenter illi fuerunt, major patet: probatur min. quia ad Titum 1. dicit Apostolus Christum, *ejusque hodie est secundum pietatem, in spem vite æternæ, quam promissit, qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia*, id est, ante mundum & tempora sæculi: ergò. R. primò: Si per ly *promissit* intelligatur promissio propriè dicta, per tempora sæcularia intelligenda esse plurima sæcula, sic, sensus est, quòd Deus promissit Filium suum in spem vite æternæ ante multa sæcula, id est Abrahamæ & Prophetis Sanctis. R. secundò: Si per ly *ante tempora sæcularia* intelligatur ante mundi constitutionem, per ly *promissit* intelligendum esse decretum, ut sit sensus, quòd Deus decreverit Christum ante sæculum conditum.

Dices: Videtur Divinæ bonitatis magis contentaneum, ut se alicui creaturæ nobilitati ad extrinsecum communitet, quam mundum totum producendo; ergò dicendum est, quòd Angelos antecederent produxisset ante mundum. R. nego ant. Quia libera Dei voluntas ita perfecta est, ut nullam habeat regulam materialem, vel minoris contentaneitatis, sed quæcumque vult, perfectissimè & rectissimè vult, quando & quomodo vult. Imò si ista contentaneitas probaret aliquid, probaret etiam, quòd ab æterno se debuisset creaturæ alicui communitare. Nec ex non productione censeri potest otiosus, qui licet nunquam aliquid ad extrinsecum produxisset, otiosus dici non potuisset, sed multum produxit, cum Filium ad intrinsecum & ipse

& spiritum spiravit. Hæc pro prima parte: pro secunda

pro stadio & via, sed pro Patria, tunc autem fuit ordinatum pro via.

VII. *Angeli sunt creati in celo Empyreo.* Dico 2. Angeli probabiliter creati sunt omnes in celo Empyreo. Est communior cum Magistro sententiarum contra Vasquez.

Probatur primo: Ibi Diabolus creatus est, ubi peccavit, sed peccavit in celo Empyreo; ergo ibi creatus est: probatur min. Ibi peccavit, unde per superbiam cecidit, & quod per humilitatem homo venire debet, sed homo debet venire ad celum, ergo: probatur min. ex D. Bernardo Serm. 2. de verbis Isaie, ubi dicit: *Qualem ergo putas, necesse est, hominem inveniri, qui repudiati locum Angeli sortiatur?* Et infra: *Exierunt & vacuum est relictus locum, quam accipiet alter.* Nonne Deo subjecta erit anima mea? atque non nec tibi locum erit in templo. Ubi satis insinuat, Diabolum ex celo cecidisse, & hominem illic ascensurum, & locum ejus occupatum. Sed

Probatur secundo: Angeli sunt partes universi; ergo in universo creati debuerunt, in nulla autem parte ejus potius, quam in celo Empyreo, cum tunc probabiliter aliud non fuerit, utpote cum prima die creati sint, ergo. Sed in contrarium

VIII. *Explicatur scriptura.* Opponitur Authoritas Scripturæ, nam Isaie 14. in persona Luciferi dicitur: *In celum ascendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo;* ergo in altius celum voluit ascendere; ergo in Empyreo creatus non fuit, quia illud est altissimum. R. Ibi litteraliter esse parabolam de Rege Babylonis, cujus excidium prædicitur, ex eo, quod sicut Deum volebat se honorari, unde, quemadmodum figuratè applicatur ille textus Lucifero, ita etiam figuratè debet intelligi celum, nempe Celsitudo Divinitatis & ejus æqualitas, quam Lucifer affectavit, cum astra tunc nondum fuerint creata; unde consequenter etiam figuratè exponit Mellifluus Doctor tract. de grad. humilit. cap. 10. Ascendam super altitudinem nubium, sedebam in monte, in lateribus Aquilonis, dicens: Neque Aquilonem hunc corporalem, nec sedem hanc intelligo materialem. Puto autem per Aquilonem reprobandos homines fuisse designatos, per sedem potestatem in illos. Ut, quomodo Altissimus suâ sapientiâ, & bonitate omnibus filiis obedientiæ præerat, ita & tu super omnes filios superbiæ rex constitutus, tuâ eos astutâ malitiâ, ac malitiosâ astutiâ regeres, per quod Altissimo similis esses.

IX. *Pecatum Angelorum extrinsecè tantum in seculo colit.* Instatur: Videtur inconveniens, quod illud Regnum beatitudinis peccati fœditate macularetur, de quo dicit D. Gregorius, in quo est pax summa, nec ulla scandala inveniuntur, quæ colligantur: ergo. R. negando ant. quia celum Empyreum tantum extrinsecè peccato Angelorum fuit infectum, nec hoc est inconveniens magis, quam quod Paradisus sit infectus peccatis primorum parentum; quod autem defacto non inveniuntur scandala, quæ colligantur, non sequitur, quod antecedenter non fuerit inventum ab eo, qui in Angelis suis reperit pravitatem, quia nunc non est amplius ordinatum *F. Amandi Hermann Metaphysica.*

Urgetur: Convenientius videtur esse, dici Angelos esse extra celum Empyreum creatos, quam intra, quia sic magis agnoscerent Dei beneficium & auxilium speciale, quod ex se ad illud attingere non possint, sed ex gratia per merita attingere deberet. R. negando antec. Nam sicut probatur hinc, quod extra debuissent creari, ita probari potest, intra debuissent creari, & alterâ die extrâ poni, ut humiliter agnoscerent, locum illum eis non esse conaturalem, sed per gratiam ab eis esse adipiscendum. Paritas de Adamo nihil etiam concludit, quia sequeretur, quod etiam Eva debuisset extrâ fuisse producta, cum tamen intra Paradisum sic efformata.

Non est convenientius creare intra vel extra celum.

QUESTIO III.

An Angeli sint substantie corporee?

I. Angelum corporeum esse, dupliciter intelligi potest, Primò ita, ut Angeli ita sint, & dicantur corporei, ut reverâ, vel totaliter consentent ex substantia corporea, sicut Cœli, astra &c. vel saltem sint compositi ex forma spirituali, & materiâ nostrâ Physicâ, sicut homines. Secundo dici possunt Angeli corporei taliter, nõ quidem, quod sicut astra & Cœli compositi sint, sed nec quod ex materia tali, quali est homo; sed ex substantia aliqua spirituali, & aliâ quâdam materiali valde subtili, & ad spiritualem accedente, simili aëri vel igni. In primo sensu nonnulli, & inter alios Tertullianus putavit, Angelos esse omnino corporeos, quod tamen à Patribus, & ab omnibus Theologis defacto reprobatur. In secundo sensu plures Sancti Patres, tam Græci, quam Latini docuerunt, Angelos præter substantiam spirituales involvere quoq; aliquam materialem distinctâ speciei à nostrâ, tanquam partem essentialem. Ita sensit olim Cæsarius, Origines, S. Basilii, S. Athanasius, & etiam ipsi nostri Doctores ambigui fuerunt. Nam Divus Augustinus frequentissimè in Angelis corpora supponit, nam lib. 1. de Civit. cap. 12. & 13. definit Angelum, quod sit *Animal rationale immortale*: lib. 83. qq. q. 47. dicit: *Angelica corpora, qualia nos habituros speramus, lucidissima, atq; ætherea esse credendum est.* Et lib. 8. Civit. cap. 16. dicit: *Dæmones esse genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna.* Quæ omnia, vel ex mente aliorum, vel dubitanter dicta esse credendum est, nam, ut ipse, quod in libris 83. qq. q. 67. dixerat: *Summos Angelos spiritualiter vivere, infimos autem animaliter, retractans lib. 1. Retract. cap. 26. dicit: Esse audaciùs dictum de infimis, quam ut possit Scripturis Sanctis, vel ipsis rebus ostendi.* Ex quo patet, ipsum vel ex mente aliorum locutum fuisse, vel planè dubitanter; sicut ipsum dubitasse clarè insinuat Mellifluus Doctor ipse quoque dubitans, Sermon. 5. in Cant. ubi sic ait: *Ceterum Angelica corpora utrum nam ipsi spiritibus naturalia sint, sicut hominibus sua, & sint animalia, sicut homines, immortalia tamen, quod nondum sumus homines.* Cum tamen in sui veritate præ subtilitate naturæ, atq; substantiæ suæ

Dupliciter potest aliquid esse corpus.

II. *Mens SS. Patrum circa corpora Angelorum.*

Rrrrr impal-

impalpabilia sunt, & nostris omnino inattingibilia
 videntur; an vero simplici spiritali substantia sub-
 sistentes, corpora, cum opus est, sumant, rursumque
 expleto opere ponant in eandem, de qua sumpta
 sunt, materiam dissolvenda, nolo ut a me requiratur;
 Videntur Patres de huiusmodi diversa sensisse. (Hic
 citantur ad finem Sermonis plura loca Divi
 Augustini) nec mihi perspicuum est, ut alteru-
 trum doceam. Similiter lib. 5. de Considera-
 tione cap. 4. sententiam de corporibus ange-
 lorum iudicium suum suspendit, ait enim:
*Quoniam de corporibus horum (Angelorum) non
 modo unde sint, sed & an aliquatenus sint, hæret
 sententia aliquorum, unde si quis magis inter opi-
 nabilia ad ponendum censuerit, non comendo. Ma-
 gis tamen inclinari utrumque; Doctorem San-
 ctum ad negativam partem ex infra dicendis
 patebit: ac proinde*

III.

*Angeli non
 sunt corporei,
 nec ex nostra
 materia.*

DICO I. Angeli non sunt adequatè corporei,
 vel etiam ex materia sublunari nostra tanquam
 parte essentiali & spiritu compositi, ut homo. Ita
 fides Catholica & Sancti Patres, maximè D.
 Bernardus, qui, licet de corporibus Angelo-
 rum dubius sit, non est tamen dubius de simi-
 libus corporibus, qualia nos & alia subluna-
 ria habent, unde Serm. 5. in Cant. asserens
 ad initium, omnem spiritum, excepto Deo,
 corpore opus habere, notanter interponit,
 quod necessarium sit corpus, *corporeive simi-
 litudo.*

Probatur primò Ex cap. Firmiter de
 summa Trinit. & Fide Cathol. ubi dicitur: Deum
 ab initio temporis condidisse creaturam spiritualem
 & corporalem, id est Angelicam & mundanam,
 deinde humanam, quasi communem ex spiritu &
 corpore constitutam; ubi substantiam Angelicam
 in primis opponit mundanæ, quæ merè corpo-
 ralis est, & cum subdat humanam mediam ve-
 luti ex spiritu & corpore constitutam, satis
 insinuat, Angelicam non habere aliquid
 de corpore, alioquin non esset una ex extre-
 mis, sed etiam ex medio; ergò Angelus
 non est totus corporeus, nec ex materia no-
 stra sublunari. Imò hæc Autoritas probat
 etiam Conclusionem sequentem. Interim
 præsens

IV.

*Ex nobilitate
 nature.*

Probatur secundò: Angeli sunt
 Nobiliores homine; ergò non sunt corporei,
 sicut homo: ant. patet, ex eorum virtutibus,
 Angeli enim movent Cælos, & alia multa faci-
 unt, quæ homines efficere non possunt; proba-
 tur consequè. Quia alioquin non essent excel-
 lentioris & nobilioris naturæ.

V.

*Ex eorum
 operationibus.*

Probatur tertio: Angelorum ope-
 rationes non dependent à corporibus; ergò
 ipsi non sunt corporei, quia si operari non
 prærequirit corpus, nec esse requirit, quia
 tale esse iudicamus, quale est operari; proba-
 tur ant. quia operationes Angelorum potissi-
 mæ sunt intelligere & movere, sed hæc ope-
 rationes non prærequirunt corpus; non quidem
 intelligere, tum ex Sancto Bernardo in Cant.
 Serm. 5. (Suppono creaturam rationalem fieri

beatam per operationem intellectus, & volun-
 tatis) dicente: Nec brutum ergò, nec Angelum spiri-
 tum, ad ea capeffenda, quæ beatam faciunt spiritalem
 creaturam, suis ullo modo corporibus adiuvantibus, ille
 quidem pro innata soliditate non capiens, iste vero
 pro Excellentioris gloriæ prærogativa non indigens;
 ergò Angelorum intelligere non prærequirit
 corpus, unde, quando Mellissus Doctor in
 Angelis corpus requirit & ponit, ordina-
 riè loquitur de eorum missionibus ad ho-
 mines, nam ait: *Quoniam ergò modo implere
 ministerium suum absque corpore præsertim apud
 viventes in corpore? Tum quia anima separe-
 ta non dependet in intelligere à corpore,
 ergò. Nec movere etiam, quia Aristoteles
 vel ob id solum negat intelligentias habere
 corpora.*

Probatur quartò: Si Angeli habe-

rent corpora vel essent organica, vel inorganica.
 Non inorganica, quia per illa non possent
 exercere aliquam operationem vite & sensus,
 consequenter non ponenda est in eis materia
 corpus constituens, cum forma non ordinatur
 ad materiam, nec unquam ei uniat, nisi
 cum ea opus habet ad esse, vel ad operari. Non
 etiam dici potest, quòd illa corpora sint orga-
 nica, quia talia corpora sunt mixta ex variis
 qualitatibus, præsertim enim habent organum
 ad sensum tactus, sed tale est mixtum ex
 ipsis qualitatibus, quod autem mixtum est,
 corruptibile est, consequenter Angeli essent
 corruptibiles, sicut homines, ubi enim materia
 prima est & qualitates, ibi est potentia ad for-
 mam aliam & privatio, quæ sunt causa cor-
 ruptibilitatis.

Dices: Forma angelica satiat totam
 pacitatem & appetitum illius materie, quæ
 satiata non appetit amplius aliam, consequen-
 ter non tendit amplius ad corruptionem.
 Sed Contrà: Nulla forma potest exple-
 re appetitum respectu alterius forme, vel
 oppositum privationi alterius forme, vel
 gratiæ, ignis non potest satiare appetitum
 materiæ suæ, quem habet ad formam aquæ,
 nisi det actu esse illi materiæ, quod daret forma
 aquæ, aliàs manet semper in illa materiæ app-
 titus ad esse formæ aquæ, sed forma angeli non
 dat esse illi materiæ, quod daret quæcumque
 forma, ad quam est in potentia illa materiæ;
 ergò illa esset semper corruptibilis. Confir-
 matur hæc minor: Quia nulla forma dat actu
 oppositum privationi cuiuscumque forme, nisi
 contineat illas actu vel virtualiter, sed forma
 Angeli non continet virtualiter omnes alias
 formas, ad quas est in potentia, materia, ut
 formam ignis, aquæ, animæ sensitivæ &c.
 quia tunc posset producere effectus illarum
 formarum, ut patet de DEO, qui, cum
 omnes formas virtualiter contineat, potest
 producere omnes effectus formarum creatu-
 rum, licet alio modo nobiliori, sed Angelus
 non potest producere effectus aliarum forma-
 rum, ut ignire, calefacere, generare, &c. ergò
 forma Angeli non potest completè satiare ap-
 petitum materiæ. Sed

Instituti

VIII.

Angeli non possunt generari.

Instabis: Angeli possunt generare, & eos generasse legitur, Gen. 6. dicitur enim *ibi, videntes Filii Dei, filias hominum, quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores &c.* Ergo Angeli in se continent formam animae sensitivae, continent etiam formam ignis, quia Ps. 103. dicitur, quod *Deus faciat ministros suos, Angelos, ignem urentem, vel flammam ignis, ut alii legunt; ergo continet in se formas illas, consequenter perfecte satiabit forma angeli ejus materiam.* Sed R. negando consequentiam, & etiam primum antecedens ex Genesi, nam, ut illum textum exponit D. Augustinus, per Filios Dei intelliguntur filii Seth per Enos, qui primus cepit invocare nomen Domini, erantq; probi & assueti colere Deum, ob quod Filii Dei vocantur, sicut mali vocantur filii Belial vel Diaboli; Per filias verò hominum intelliguntur filiae Cain, ex quibus ob poenam carnalitatatis genuerunt filios monstroforum corporum. Illud, quod ex Psalmo assumitur, accipit idem D. Augustinus in sensu metaphorico, ob flammam amoris ardentis, quo pleni sunt supremi illi spiritus, vel ob vim purgativam, aut punitivam, quam exercent in castigandis peccatoribus. **At** Contra Conclusionem adhuc

IX.

Substantiae auctoritates Patrum.

Opponitur Auctoritas Sanctorum Patrum, qui frequentissime Angelis tribuunt corpora, ut patet ex Augustino & Bernardo supra relatis, cujus opinionis etiam fuerunt olim Justinus, Cyprianus, Lactantius &c. & Confirmatur ex auctoritate 7. Synodi ait s. ubi Joannes Episcopus Thessalonicensis probat, Angelos posse depingi, quia sunt corporei, cui tota Synodus annuendo respondit *etiam Domine*, ergo. R. Sanctos Patres dixisse olim Angelos corporeos, non ex mente sua, sed ex opinione Antiquorum Philosophorum; Secundò frequenter ab iis dici corporeos, ex eo, quod missi in ministerium hominum assumant corpora; Tertiò si qui dicant esse corporeos, non tribuunt eis tamen talia corpora, qualia habent res sublunares; Quarto dicuntur corporei respectu Dei, nam licet in rei veritate non sint corporei, tamen comparati ad simplicitatem Divinam compositi sunt, & quasi corporei dici possunt, ita expressè D. Damascenus lib. 1. de Fide cap. 17. dicit: *Angelos esse incorporeos, & immateriales in se, materiales autem respectu Dei.* Ad Confirmationem ex 7. Synodo respondeo, quod Concilium annuit quidem, Angelos posse depingi, non probavit tamen rationem, propter quam dicuntur à Joanne Episcopo posse depingi, sed movebatur ex eo, quod frequenter in forma humana apparuerint, sicut depingitur etiam sanctissima Trinitas; nam licet debetur, quod Angeli habeant corpora, reverà tamen dici non potest, quod habeant humana, cum tamen in iis depingantur.

X.

Angeli non offenduntur Physice odoribus.

Arguitur ex ratione: Angeli delectantur quibusdam odoribus sensibilibus in sacrificiis, aliis iterum offenduntur, item delectantur demones rebus veneratoris, & cruciantur igne infernali, sed hæc de eis non possent verificari, nisi angeli & demones essent corporei, ergo. R. dist. ma. delectantur &c. formaliter
F. Amandi Hermann Metaphysica.

& propriè, nego maj. objectivè, concedo maj. & nego min. Quia ad tales delectationes & dolores objectivè perceptos non opus habent corpore, sed dum illa objecta intellectualiter percipiunt, spirituali effectu in iis sibi complacent, vel odio spirituali displicent, prout dicit Scotus de igne infernali, quod demones & animæ damnatæ ab eo cruciantur per violentiam ejus contemplationem, & nolitam in eo detentionem.

Dices: Ad pulchritudinem universi pertinere videtur, quod saltem aliqui Angeli sine corporei licet non habeant sensationes corporeas, nam cum dentur aliqua creaturæ merè corporales, aliæ merè spirituales, & aliæ mediæ habentes vim sensitivam, ita etiã dentur mediæ sine tali vi sentiendi. R. non omne, quod conveniens est ad pulchritudinem universi; asserti debet, nisi ratione, vel auctoritate probari possit.

Dico 2. Nec Angeli sunt corporei in secundo sensu, seu in quantum essent compositi ex substantia spirituali, & aliqua materia alterius & subteriori rationis à nostra, tanquam comparte essentiali. Ita subtilis Doctor. Contra Richardum Alensem, D. Bonaventuram, &c.

XI.

Angeli non sunt ulla modo compositi.

Probatum primò ex Scriptura
Ad Hebræos 1. Omnes sunt Administratores spirituum. Apocal. 1. & 5. dicuntur: *Septem spiritus assistere ante Thronum Dei: mitti in omnem terram,* & in Evangelio sæpè demones vocantur *spiritus immundi*, in quibus & similibus locis Scriptura satis insinuat, Angelos esse simpliciter spiritus, & nullo modo habere corpora, cum hunc modum non adhibeat, quando loquitur de homine licet habeat partem spirituales, sed si spiritualis compars adducitur, vocatur anima, Angeli autem nulli leguntur habere animas: hinc D. August. lib. 1. Retract. cap. 11. ait, Angelos Sanctos habere animas, nusquam me legisse in Divinis eloquiis, canonicisq; recolo: & cap. 16. dicit: *Animas dictas esse Angelorum, aut non omnino, aut non potest facile in Scripturis Sanctis reperiri.* Si autem corpora haberent, utiq; possent dici animata, & animas habere, ergo: hinc

Probatum secundò ex Patribus:
Augustino lib. 1. Retract. cap. 11. *Angelorum Sanctorum nomine omnem sanctam Creaturam spirituales nominaverim in Ps. 103. Spiritus Angeli sunt, lib. 15. de Civit. cap. 23. Eos, qui naturæ spiritus sunt, facit esse Angelos: & alibi sæpè, demones immundos spiritus, malignos, fallacissimos & nocendi cupidissimos spiritus vocat.* D. Bernardus lib. 5. de Confid. cap. 3. Angelos spiritus vocat, & magis proximos Deo, quam animam, ait enim, *spiritus est Deus, sunt & Angeli Sancti, & hî supra te: & Serm. 3. in Cant. vocat: Supercaelestes spiritus: ergo.*

Probatum tertio ex ratione; Ex
Scoto: Illud, quod habet operationem immaterialem, ita quod non possit recipi, nisi in subiecto immateriali & inextenso, est immateriale, sed Angeli sunt tales, ergo: probatur min.
Rrrr 2 quia

quia intelligere solum potest recipi in Anima rationali & Angelo, consequenter sicut illa, ita iste erit totaliter immaterialis.

Probatur quartò Ex eodem 2. d. 2. q. 8. Si Angeli essent corporei, non posset esse Legio in uno corpore humano obsessio, quod tamen in Scriptura legitur Luca 8. ergò. Probatur sequela, quia Legio habet 6666. ex Divo Bonaventura, sed tantus numerus demonum corporeorum in corpore humano locum habere non potest, nisi demonum corpora essent valde parva, & consequenter imperfectissima in genere corporis.

Dices: Demonum corpora sunt valde subtilia, unde non implicat, quòd tot in eodem sint corpore. Sed Contrà, quantumcunq; sint subtilia, aliquem tamen locum occupare debent, & sic tot non possunt esse simul.

Probatur quintò Ex eodem Doctore quodl. q. 9. a. 2. Quod est per se subsistens ultimè actualitate, nec per se ordinatur, aut est ordinabile ad aliquem ulteriorem actum, non potest esse forma alicujus materiæ, Angelus est tale quid, ergò: probatur min. Angelus est perfectus in specie perfecta, imò perfectior, quam sit aliqua substantia materialis, sed aliqua substantia materialis est ita in actu, ita, quòd non sit ordinabilis ad aliquem ulteriorem; ergò multò minùs Angelus: probatur maj. ex Aristotele 8. Metaph. ordo specierum & ordo numerorum, sicut ergò unus numerus excedit alium numerum, ita una species, aliam speciem.

Probatur sextò: Unum corpus non potest penetrare aliud corpus, nec unum materiale aliud, sed Angeli penetrant corpora, quod faciunt, quando intrant hominem, eumq; totum occupant, estq; communis conceptus Angelorum, posse penetrare, ergò non sunt corporei & materiales.

Dices: Angelos non penetrare corpora, sed ea intrare per poros. Sed Contrà, Angeli mali ceciderunt de Cælo, in quo creati fuerant & in quo peccarant, sed Cæli, saltem aliqui, non habent poros, cum dicantur: *Solidi quasi ere fusi* apud Jobum; ergò per poros non poterant cadere. Deinde si intrarent per poros, vel deberent habere corpora minutissima & imperfectissima in genere corporum; vel deberent secari & dividi, deberet enim una pars intrare per unum porum, altera per alium, quæ omnia an non sint ridicula? Sed contra Conclusionem directè

QUÆSTIO IV.

An Angeli sint omnino incorruptibiles?

I. *Differentia inter corruptionem, & annihilationem.*

Notandum ex Doctore subtili corruptibilitatem, esse affectionem propriam corporis mixti. Distinguitur autem corruptio ab annihilatione ex eo, quòd non possint dici ad convertentiam, omne enim, quod est corruptibile, est annihilabile, non tamen statim, quod est annihilabile, est corruptibile; Res verè dicitur annihilabilis, quatenus creata, ab alio causata, non habens ex se esse, indifferens omnino adesse & non esse, includens possibilitatem

tantum ad existendam Logicam secundum non repugnantiam. Corruptibilis verò dicitur res, quatenus composita ex parte actuali & potenciali, realiter distinctis, quarum una separabilis ab altera, in potentia contradictionis ad quencunque actum à se realiter distinctum. Itaq; corruptio est carentia suæ formæ in materia, annihilatio est totalis desitio rei; Corruptio habet negationem intra genus, annihilatio extra. Hoc prænotato

DICO I. *Angeli sunt incorruptibiles.* Ita communissima, Patres & ex fide. Effig. D. Bernardi lib. 5. de Confid. cap. 4. ubi eos vocat *impasibiles* & ego infero; ergò incorruptibiles, quia corrumpi non potest, quod per nullam causam agentem potest pati, omnis enim corruptio fit, vel per destructionem subjecti, vel per formæ contrariæ inductionem, vel per admixtionem qualitatum contrariarum, sed etc. ergò. Divo Bernardo adjungo auctoritatem D. Dionysii de Divin. Nom. dicentem: *Indestructibiles substantiæ vitam habent indeficientem, et immunes corruptione, morte, materia & generatim cæsione mundi.*

Probatur secundò Ratione: Corruptibile dicitur, cujus una pars potest ab alia dissolvi, sed Angelus est omnino simplex simplicitate oppositè compositioni ex materia & forma; ergò est incorruptibilis: probatur conseq. quia corruptio non est pura negatio, sed privatio in subiecto apto, ergò angelus carens illis partibus intrinsicis, intrinsicè est incorruptibilis.

DICO 2. *Angelus est etiam immortalis ex natura sua.* Ita est quoq; de fide. Et factis deducitur ex Concilio Lateran. sub Leone X. Sess. 8. ubi determinatur de anima rationali, quòd sit immortalis, major autem, vel saltem æqualis est ratio de Angelis. Eamq; tenet excellentiss. Doctor, supra dicens, eos esse *immortaliter perpetuos*, unde de anima dicit Serm. 81. in Cant. *Nam naturali quidem etiam, quod non spemur (per gratiam) vivit, immortaliter vivat, necesse est.*

Probatur etiam ratione: Quæ res producta exigit conaturaliter conservari à Deo tam diu, quam diu nec extrinseca, nec intrinseca rei dispositio exigit destructionem, quia qui dat formam, dat etiam consequentia ad formam; sed Angelus ratione Physicæ sine simplicitatis, nec ex se aliquando desinere potest, nec à causis secundis aliquid recipere potest, ratione cujus conaturaliter à Deo deberet destrui, ergò.

DICO 3. *Angelus est simpliciter annihilabilis, tam obiectivè ex extrinseca Dei potentia, quam intrinsicè potentia passiva, ratione sua essentia finita.* Contra Suarez. Et

Probatur primò Ex auctoritate Sacre Scripturæ Sap. 11. *Quomodo autem poterit aliqui permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conservaretur?* 1. ad Tim. 6. de Deo dicitur *Qui solus habet immortalitatem*; unde Divo Bernardus dicit supra Serm. 81. in Cant. *Animam sine gratia naturali vitam, immortaliter vivere necesse esse* & subdit, *Alias autem immortalis est anima. Et in hoc nihilominus verbo simili quidem, sed non æqualis. Nam in tantum supercellit immortalitas Deo, ut*

ut Apostolus dicat de Deo, qui Solus habet immortalitatem. Id est, omnimodam indefectibilitatem.

Probatur secundò Ex Scoto 1. d. 43. possibilitas & impossibilitas rei est formaliter ex parte rei realis, fundata in ejus quidditate, independenter à quocunque intrinseco, sed Angelus ex natura sua possibilis est creari, & annihilari, ergò sicut habet realem possibilitatem & potentiam intrinsecam, ut creetur, etiam habebit, ut annihiletur. Confirmatur primò: Omni potentiae reali activae correspondet potentia passiva realis subjectiva, ergò, sicut ex parte Dei datur potentia activa annihilandi, ita dabitur passiva annihilabilitatis ex parte Angeli. Confirmatur secundò, omnis res subicitur potentiae Dei secundum esse, & non esse, sed Angeli sunt à Deo ex nihilo per creationem, ergò etiam possunt ad nihilum per eum reduci. Sed in contrarium.

V. Arguitur 1. Omnis potentia realis intrinseca, vel est activa, vel passiva, sed neutram habent Angeli ad sui annihilationem, ergò. Probatur mi. non activam, quia Angelus nequit se ipsum propria existentia privare: Non etiam passiva, quia talis potentia nunquam est directè ad non esse, ergò. R. negando mi. cum sua probatione pro altera parte, quia omnis creatura, essendo indifferens ad esse, & non esse, habet potentiam intrinsecam, ut, sicut ad extra à causa extrinseca ponitur, ita etiam, quòd ab eadem possit annihilari, consequenter etiam Angeli.

Instabis: Res, cum est producta, non est amplius indifferens ad esse, & non esse, ergò Angelus non erit amplius indifferens, quando actu existet, cum existentia sit ipsius modus intrinsecus. R. dist. non est amplius indifferens ex intrinseca potentia passiva, nego, ab extrinseca causa, per quam ad existendum determinatur, concedo. Quare, licet existentia sit ejus modus intrinsecus, in quantum existens est, contingens tamen est, quòd existat.

VI. Arguitur 2. Quidquid est conforme naturali inclinationi, est illi omnino connaturale, sed esse semper, est conforme appetitui Angelorum, ergò est praedicatum illis connaturale. R. dist. ma. Inclinationi naturali, ut dicit actum elicito voluntatis, concedo ma. ut dicit pondus naturae secundum potentiam passivam, nego ma. quia si secundum inclinationem ponderis naturae haberet appetitum, ut semper sit, haberet etiam appetitum, ut semper producat, & sic, quamdiu non fuit productus, fuisset in statu violento, prout est, quando destrueretur, prout violentum opponitur actu elicito. Notandum autem, quòd potentia passiva plus in se habeat, quam appetitus naturalis, unde bene possunt simul stare potentia passiva ad non esse, & appetitus naturalis ad esse, maxime, cum illa potentia non sit positiva, sed tantum negativa per quod, si bene animadvertatur, plures difficultates & Autoritates Sanctorum Patrum solvi possunt, dum enim aliqui dicunt, Deum esse immortalitatem, omnem verò creaturam defectibilem, loquuntur

de indefectibilitate, prout opponitur defectibilitati positiva & negativa, quae soli Deo competit. Alii contra dicunt, Angelos esse indefectibiles totaliter & immortales, ac per hoc differre à rebus materialibus, & intelligendi sunt de indefectibilitate, prout opponitur defectibilitati interna positiva.

QUAESTIO V.

An Angeli sint multiplicabiles numero, vel tantum specie?

Quemadmodum ex fide plures conceduntur ordines Angelorum, ita etiam ab omnibus approbatissimae Autoritatis Theologorum conceditur, Angelos in specie multiplicari, vel multiplicari posse, verumtamen non omnes individualem multiplicationem sub eadem specie admittere volunt, fundantes se in Thomistica communi ratione, quòd principium individuationis sit quantitas, vel materia signata, cum autem Angeli careant quantitate, & materia, sequi putant, Angelos non esse posse solo numero differentes. Ita D. Thomas 2. p. q. 50. a. 4. quem sequuntur Cajetanus, Capreolus, Egidius, Godefredus, & plures Thomista. Alii putant, omnes defacto Angelos esse ejusdem speciei, ita D. Bonaventura, Albertus. Alii asserunt, omnes ejusdem ordinis esse ejusdem speciei, diversorum diversae; ita Molina. Scotus verò 2. d. 3. q. 7. tenet, defacto possibile esse, quòd in eadem specie sint plures Angeli solo numero distincti, & forte sic esse; eum sequuntur Durandus, Ricardus, Alensis, & ferè omnes Theologi Thomistae exceptis. Itaque

DICO I. Possibiles sunt, & defacto dantur, plures species Angelorum, inter se essentialiter differentes. Ita Doctor subtilis loco citat.

Probatur primò Ex Patribus D. Bernardo lib. 5. de consideratione cap. 4. qui Spiritus illos Coelestes, dicit *Dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo.* Sed sub genere continentur species, ergò Angelorum ordines erunt specie distincti, unde ipse mellissimus Doctor subdit interrogative, *Nullane inter illos spiritus, qui simpliciter Angeli, & eos, qui Archangeli nuncupantur, distantia? Quid ergò sibi vult gradualis distinctio haec?* Quod quamvis possit intelligi de gradualis distinctione donorum, tamen aequè congruè, & bene intelligitur de distinctione gradualis specificae. D. Damasceno in Elementario cap. 17. dicente: *Secundum unamquamque speciem fecit Deus Angelos.* Hinc etiam D. Basilii lib. de Spiritu Sancto cap. 16. ait: *Angelis gratia distributa esse, secundum proportionem majorem, & minorem naturalem, sed certum est, quòd Angeli quàm maxime in gratia se invicem excellent, ergò etiam in natura. Major est D. Basilii cit. sic dicentis, Coelorum virtutes non suapte naturam sanctae sunt, sed juxta perfectionem, quae se invicem superant, a spiritu habent sanctificationis mensuram, ergò.* Et confirmari potest, ex eo, quòd in Diabolis deprehendatur inaequalitas in perfectione naturali, utpote, cum

Rrrrr 3 unus

unus altero sit, & dicatur intelligentior, sagacior, velocior, &c. quæ in distinctionem gradualem gratiæ referri non possunt, ergo ex naturalibus hoc habent, quæ secundum Patres manserunt in ipsis integra, ergo.

Probatur secundò. Non repugnat, bruta sub gradu sentiendi, in quo essentialiter conveniunt, specificam, & essentialem suscipere diversitatem, ergo nec ulla est repugnantia sub gradu intellectuali, plures naturas essentialiter diversas reperiri. Probatur consequentia, quia participant eundem gradum intellectualitatis, sicut bruta eundem gradum genericum sentiendi, ergo sicut ista habent differentias essentialiter diversas, ita & illæ, quàmvis nobis non sint ita notæ, ut pote quæ pro isto statu à nostra cognitione sunt valde remoti.

Probatur tertio. Defectò datur pluralitas essentialis naturarum spiritualium sub gradu intellectuali convenientium, quæ saltem inadæquata est, si non completa, quia anima & Angelus essentialiter inter se differunt, ad minus, ut species, & pars speciei, ergo non implicat dari completam. Consequentia prob. quia pertinet ad pulchritudinem universi distinctio secundum species, si enim multiplicatur species corporeæ, sub gradu generico ad pulchritudinem universi, cur non in creaturis intellectualibus sub eodem genere intellectuali. Sed in contrarium

III. **Opponitur** *Opponitur & solvitur Authoritas.* **Authoritas Sanctorum** Patrum D. Augustini lib. 3. lib. arb. cap. 11. ubi dicit: *Angelos esse officio impares, naturâ pares.* D. Damasceni lib. Eccles. instrit. cap. 7. ubi hæc habet: *Intelligendum, ea, quæ individua continent, species infimas vocari, cuiusmodi est Angelus, homo, equus.* D. Athanasii lib. quæstionum ad Antiochum q. 4. ubi postquam interrogavit, an Angeli essent ejusdem naturæ? Respondit: *Una & eadem est essentia, sicut una est tantum essentia hominum.* Ergo. R. Sanctos Patres nihil determinatè asseruisse, sed solum dubitative, quod expressè patet ex aliis eorum locis, nam D. Augustinus lib. ad Orosium contra Priscill. cap. 11. dicit, *Esse sedes, Dominationes, Principatus, Potestates in Cælestibus apparatibus firmissime credo, & differre inter se aliquid, indubitata fide teneo. Sed quò me contemnas, quem magnum putas esse Doctorem, quæ nam ista sint, & quid inter se differant, nescio: Nec eâ sane ignorantia me periclitari puto, sicut inobedientia, si Domini præcepta neglexero, & similia habet alibi, ut pro sequenti conclusione adducam. D. Damascenus eodem modo est ambiguus, nam præterquam quòd suprâ dixerat, Deum creasse Angelos secundum unamquamque speciem, tamen lib. 2. de fide cap. 3. ait: *Ac de essentia quidem, æquales inter se, an dispares sint, haudquamquam competentem habemus, solus ille scit, qui eos creavit Deus, qui omnia perspecta & explorata habet.* D. Athanasius explicari potest, quòd quemadmodum homo est una essentia specifica infima, ita Angelus sit una generica, vel quòd in infimo choro spirituum, qui Angeli dicuntur omnes sint ejusdem speciei,*

Arguitur Contra conclusionem etiam ex ratione. Cedit ad majorem perfectionem major unitas naturæ Angelicæ, quòd non multo numero multiplicentur, & non specie, sed status Angelorum est perfectior, quàm quicumque rerum materialium & hominum, ergo ipsi concedenda est major unitas, quàm rebus materialibus & hominibus. Major patet, quia ideò Deus summè benedictus est unus numero, & ut cum D. Bernardo loquar, *Unissimus est, quia perfectissimus, ergo, cum ad talem Angelum pervenire non possint, dicendum, eos saltem esse specie unos.* R. negando ma. aut si putas id difficile, transeat, quia non omnis perfectio possibilis eis est admittenda. Deinde maxima etiam est perfectio, posse multiplicari specie, ergo. Unde dico, quòd perfectionem unitatis, quæ in Deo reperitur, pluralitas specierum suppleat, est enim perfectio supplet imperfectionem.

Instatur: Spiritualis substantia dividitur in duos gradus in animam rationalem, & intellectualem Angelicam, sed anima rationalis non multiplicatur specie, ergo nec Angelica. R. dist. ma. in duos gradus genericos & quasi talem, concedo ma. in duos gradus específicos, nego ma. & concessã mi. nego conseq. quia anima rationalis est species incompleta, non sic Angelica, & licet illa non possit multiplicari specie, non sequitur quòd nec ista.

Urgetur: Angeli non habent operationes specie diversas, sed ubi non sunt operationes specie diversæ, non sunt nature diversæ, ergo. R. negando mi. quia anima bovis, & aquilæ specie differunt, & tamen visiones non differunt secundum probabilem sententiam, ergo, unde contentia possunt specie differre, licet non contenta.

DICO 2. *Sunt possibili, & etiam defactò dantur plures Angeli sub eadem specie infima, solo numero distincti.* Ita Authores cum Scotto loquuntur.

Probatur primò Ex autoritate Sanctorum Patrum D. Augustini in Hieronim. Laurent. cap. 57. ubi sic habet: *Quomodo se habeat beatissima illa superna Societas, quæ his suis differentia personarum, ut, cum omnes tanquam generali nomine Angeli nuncupentur, sint tamen & illi Archangeli, & utrum eadem Archangeli continent virtutes, & quid inter se distent, sive sedes (Throni) sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, dicant, qui possunt, si tamen possunt probare, quod licet. Ubi licet dubitet, an inter se distent, quoad speciem, non dubitat tamen, sed palam docet differentiam personarum, personalis autem differentia numericam facit distinctionem, ergo sunt defactò plures Angeli, etiam numero solo distincti. D. Bernardus etiam superius dicit, Angelos esse Parentes, beatos, gloriosos in personis distinctos, ergo. His adjungit possunt à fortiori Patres superius in oppositione contra conclusionem citati.*

Probatur secundò Argumento desumpto ex autoritate D. Augustini in Hieronim. cap. 28. ubi ait: *Placuit in his universis*

in Creatori, atq; Moderatori Deo, ut, quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat, illa, quae perierat in perditione perpetua maneret, quae autem cum Deo, illa deserente, persisteret, de sua certissime cognita semper futura felicitate gauderet, alia vero creatura rationalis, quae in hominibus erat, quoniam peccatis atq; suppliciis, & originalibus, & propriis tota perierat, & ejus parte reparata, quod Angelicae Societati ruina illa diabolica minuerat, suppleretur. Ubi docet, quod ideò Deus humanam naturam reparaverat ex eo, quod tota species perierat, non verò Angelicam, quia tota non perierat, ex quo sic argumentor: Si in Angelica natura non darentur sub eadem specie plura individua, solo numero distincta, aliqua tota species periisset, nempe omnes illae, quae ceciderunt, sed dicit D. Augustinus, quod non tota perierat, alioquin fuisset congruum, ut illa repararetur, sicut humana, ergò in qualibet specie fuerunt plura individua, quorum aliqua peccarunt, alia perseverarunt. Confirmatur ex ipso D. Thoma, qui habet pro inconvenienti, quod una tota species intellectualis creatura sic damnata, & ideò reparata esse humanam, ergò id magis sentiendum de Angelica, quae est multò perfectior humanà.

VI. Dices: Sanctum Augustinum intelligendum esse de tota specie existente in via, non verò secundum esse naturae, hoc posteriori modo Angelica natura est multiplex, & priori est una, unde sub illa consideratione esset inconveniens, quod tota species periret. Sed contra, Verba D. August. expressè loquuntur de Angelis, secundum esse naturae, non secundum esse in via, quia dicit: *Ut quoniam non tota multitudo.* Ubi satis insinuat, se loqui de Angelis, prout plures numero sunt, alioquin non esset proportio ad naturam humanam, quam postmodum dicit, debere restaurare ruinam Angelorum, tota humana autem natura secundum esse naturae non posset restaurare & supplere ruinam, nisi unius Angeli, unam nempe speciem; vel si unus homo assumitur loco unius Angeli, Angelus erit unus numero, sicut unus homo est unus numero.

Probatur Conclusio tertio ex ratione Scoti: Omnis quidditas, quantum est de se, est communicabilis, sed natura Angelica est quidditas, ergò est communicabilis alteri. Subsumo, sed nulla quidditas est communicabilis alteri in identitate numerali, nisi sit infinita, sed haec non est infinita, ergò non est communicabilis cum identitate numerali, ergò cum distinctione numerali; jam probatur major principalis, de qua sola potest esse difficultas: Si alicui quidditati repugnaret communicabilitas, id repugnaret, vel ratione perfectionis, vel ratione imperfectionis, neutro modo repugnat, ergò prob. mi. non ratione perfectionis, quia competit naturae divinae, quae est perfectissima; Non ratione imperfectionis, quia Leo, equus, homo, &c. sunt taliter communicabiles, ergò magis Angelus.

Dices Cum Cajetano: Ex propria perfectione Angeli hoc repugnare. Sed contra: Si repugnat, repugnabit solum sine sui divisione, ut natura divina, non verò cum sui divi-

sione. Contra secundò, esse incommunicabile non dicit perfectionem simpliciter, aliàs esset in natura divina, ergò ex perfectione Angeli non potest ipsi hoc competere, quod sit incommunicabile. Contra tertio, major imperfectio est, esse annihilabile, quam communicabile, sed illud, non obstante perfectione Angeli, ipsi competit, ergò magis hoc. Contra quartò, quia aliàs esset de se haec & infinita.

Probatur quartò: Omnis quidditas, quae potest intelligi sub ratione universali est multiplicabilis numero, sed Angelus potest sine contradictione sic intelligi, ergò. Major patet, quia ideò dicimus Solem, etsi unum, esse tamen multiplicabilem numero, quia potest intelligi sine contradictione sub ratione universali. Probatur mi. quia si non posset intelligi sic, esset *de se sic*, sicut est essentia divina *de se haec*, quia sine contractione non potest intelligi sub ratione universali, quia ratio intelligendi repugnat omnino sub objecto intellecto. Confirmatur in natura Angelica datur genus de pluribus speciebus praedicabile, ergò etiam dabitur species de pluribus individuis praedicabilis, ab omnimoda paritate; Quia, si esset aliqua ratio disparitatis, maxime, quam allegant Thomistae, quod tota species imbibatur in unico individuo, haec nulla est disparitas, quia dicam ego, quod totum genus imbibatur in una specie. Sed pro aliis

Dices: Hanc rationem praecise non esse, sed quia sub natura Angelica possunt assignari plures differentiae specificae, non verò individuales. Contra: Vel differentia propria alicujus Angeli constitutiva, & ejus ab aliis distinctiva, est communicabilis pluribus Angelis distinctis, vel incommunicabilis: Si primum, erit utique differentia specifica, & ita poterunt esse plures Angeli solo numero distincti sub ipsa: Si secundum, ergò non erit differentia specifica, sed singularis, & sic ille Angelus, verbi gratia, Michael non distinguetur ab aliis specie, sed solo numero, & consequenter dabitur pluralitas individualis in illis, alioquin tollitur tota ratio specifica ex medio, quia illud nequit habere rationem specificam, quod non est ulterius communicabile, quod enim tale est, habet rationem individui, non verò speciei.

Probatur Conclusio quinto: VIII. Animae intellectivae, & rationales distinguuntur numero solo, ergò etiam creaturae Angelicae intellectuales. Probatur conseq. quia quidquid concluderet impossibilitatem communicabilitatis ex parte Angelorum, concludet etiam ex parte animarum, ergò quidquid probat animam esse multiplicabilem numero, probabit etiam Angelum esse.

Dices. Animas habere inclinationem ad corpus, per quam possunt multiplicari numero, illud autem Angeli non habent, ergò. Contra. Inclinatio non est entitas absoluta, quia non potest aliquid inclinari ad se, ergò praesupponit aliquam entitatem absolutam & distinctam, quia enim est haec anima, habet talem inclinationem, & non econtra, ergò haec inclinatio

inclinatio non est ratio efficiendi hanc animam, sed præsupponit eam. Ita Doctor subtilis in terminis.

IX. Probatur sextò: Deus potest illum unicum Angelum in una specie, verbi gratiâ, Michaëlem annihilare, & eandem speciem iterum producere, sed secundum Thomistas non posset illam speciem reproducere in natura Michaëlis, ergò in aliquo alio individuo, ergò dábiles sunt plures Angeli numero distincti in eadem specie. Probatur mi. secundum Thomistas, non potest homo resurgere, nisi maneret eadem anima intellectiva numero, sed in Angelo annihilato non maneret aliquid, quod præextitisset, ergò ille Angelus non posset per Deum reproduci, quia hic esset tota interruptio naturæ, cum tamen interruptio faciat, quòd homo possit reproduci: Dicere autem, non posse Deum alium reproducere, est multum coarctare omnipotentiam divinam, ubi tamen arctanda non est, nisi ob aliquam implicanti-

X.
Opponitur
& solvitur
Auctoritas.

Opponitur Contra Conclusionem
Auctoritas Aristotelis 7. Metaph. cap. de part. definitio: ubi dicit. *In his, quæ sunt sine materia, idem est, quod quid est, & cuius est*, ergò cum Angelus sit sine materia, quod quid est eius est idem ipsi Angelo, ergò impossibile est, Angelum distingui ab Angelo, nisi quod quid est ejus distinguatur à quod quid est alterius, id est nisi essentia unius distinguatur ab essentia alterius, consequenter non potest esse distinctio individualis in Angelis. R. negando consequ. quia Aristoteles existimavit, quòd omne illud, quod est sine materia, sit necessarium, quod autem potest esse in natura necessaria, est in ea, consequenter quodlibet, quod potest habere illam, habet eam, unde non posuit distantiam à potentia ad actum, si autem possibilitas esset ad plura individua, esset possibilitas ad infinita, adeoque essent actu infinita individua; sic discurrebat Aristoteles, ut refert Doctor subtilis. Verùm tamen Philosophus erravit in primo hoc principio, quòd quidditas non habens materiam, sit formaliter necessaria, unde etiam in conclusione cum ipso discordandum est; aliam auctoritatem Aristotelis ex 5. Meth. cap. 12. alii adducunt, ubi dicit: *Unum numero sunt, quorum materia est una*, ergò, cum in Angelis non sit materia, non potest ibi aliquid constitui unum numero. Sed etiam facile ad hanc responderetur, quòd vel intelligatur materia individualitatis gradus, qui materiæ non nihilum assimilatur, vel capit materiam pro materia Metaphysica potentialitatis.

XI.
Argumentum
ex ratione
primi.

Arguitur I. Ex ratione, principium distinctionis numeralis & constitutionis est materia, vel quantitas, Angeli non habent materiam, aut quantitatem, ergò non possunt distinguui numeraliter. Sed R. majorem jam dudum alibi negatam esse, tum quia materia ipsa est numeraliter distincta, tum quia manet eadem ingenito & in corrupto, si autem ipsa esset causa distinctionis, genitum & corruptum essent idem numero; tum denique, quia nec, ut est signata quantitate, potest esse principium individuationis, nam quantitas est accidens, con-

sequenter posterius omni illo, quod pertinet ad constitutionem substantiæ, ut est individualitas, quam nos vocamus ultimam realitatem & hæcceitatem, estque in Angelis quoque proportionaliter, quia non sunt ita simplices, ut compositionem ex gradibus Metaphysicis excludant.

Instatur: Omnis distinctio vel est à materia, vel à forma, sed forma non est principium distinctionis numeralis, sed specificæ, ergò debet esse à materia; sed Angeli, sicut homo, non habent materiam, ergò. R. dist. ma. omnis distinctio est à materia, vel à forma, à materia proprie tali, vel similitudinaria; concedo ma. à propria semper, nego ma. & concessa ma. dist. similiter consequ.

Urgetur: Si natura humana separatur ab omni materia, natura illa esset simpliciter, & nullam pateretur divisionem, ergò materia proprie dicta est causa divisionis numeralis. R. negando ant. quia illa natura esset adhuc numero multiplicabilis, quia non esset de se hæc, consequenter esset adhuc contrahibilis per ultimam realitatem substantiæ, que facit, quòd sit hæc, diciturque communiter hæcceitas, quæ quamcunque naturam proportionaliter consequitur.

Arguitur 2. Multiplicatio individuatorum non est per se intenta à natura, sed propter speciei conservationem tantum, ergò, ubi speciei potest conservari, continuò non debet dari multiplicatio individuatorum, ut feci videmus in Sole & Luna, consequenter id magis dicendum de Angelis. R. dist. ant. multiplicatio, &c. propter speciei conservationem præcisè, & à priori, nego ant. pro conservatione etiam, & à posteriori, concedo ant. & nego consequ. ratio autem, quare multiplicatio individuatorum intendatur est, quia quilibet quidditas est multiplicabilis, ita, quòd, etiam Deus, veluti Author naturæ, intendat primò multiplicationem individuatorum, cum enim individualitas sit ultimum in perfectione, erit primum in intentione.

Instatur: Illa individualitas, quam natura, vel Deus intenderet, est aliquid substantiale, ergò non potest natura Angelica multiplicari numero. Probatur consequ. quia si natura Angelica, verbi gratiâ Michaëlis, posset multiplicari numero, natura Michaëlis non contineret in se omnem perfectionem sibi debitam & possibilem in illa specie, quia non contineret individualitatem alterius Angeli, ergò. R. negando consequ. cujus probat. ant. distinguo: non contineret omnem perfectionem sibi debitam & possibilem suæ speciei, in quantum est speciem, nego ant. omnem perfectionem extensivam & numeralem concedo ant. sic etenim Angelus non continet, nisi suum principium individuationis, non verò aliorum, si enim contineret Angelus Michael omnem perfectionem individualem aliorum, esset infinitæ perfectionis simpliciter, valer enim coextensivitas à summo inferiori ad summum in superiori, ut, est perfectissimus homo, ergò perfectissimum animal, ergò etiam in proposito.

Est perfectissima & infinita substantia spiritua-
lis; ergo infinitum Ens & ulterius; ergo infi-
nitus Angelus simpliciter. R. 2. Quod, si quod-
libet individuum deberet continere omnem
perfectiorem suæ speciei secundum extensio-
nem, nec anima, nec alia quæcunq; creatura pos-
set multiplicari numero, ut rem penitus confi-
deranti clarè patebit.

Urgetur Pluralitas individuorum est
infinita, sed natura Angelica non potest inten-
dere infinitum, ut dicebat ipsa responsio; ergo
nec pluralitatem individuorum. R. negando
maj. Quia, ut dicit Scotus, non enim pluralitas
numeralis est infinita, sed tantum stare potest
infinitas ipsa non repugnante, licet ergo nullus
intendat infinitatem per se, tamen aliquis po-
test intendere multitudinem numeralem, quæ
de se non est infinita, quia sicut compatitur se-
cum infinitatem, ita etiam finitatem. Ita Do-
ctor subtilis.

Dices: In quolibet Choro & ordine An-
gelorum est prius & posterius, sed hoc est se-
cundum speciem, ergo. R. Esse prius & poste-
rius secundum speciem & gratiam simul, con-
cedo, secundum speciem tantum nego, id est,
sub eadem specie sunt aliqua plura individua,
quæ adhuc in gratia se invicem excedunt.

QUÆSTIO VI.

De Numero Angelorum.

I.
Magnus est
numerus
Angelorum.

Dico ad Quæstionem: De fide cer-
tum est, magnum esse Angelorum numerum, incertum
tamen, quantum sit, comparatione facta ad homines.

Probatur prima pars ex illo Job.
25. *Nunquid est numerus militum ejus? Daniels 7.*
*Millia millium ministrabant ei, & decies centena mil-
lia assistebant ei, Apocal. 5. Et vidi & audivi, vo-
cem Angelorum multorum in circuitu Throni & Ani-
malium, & Seniorum, & erat numerus eorum mil-
lia millium, Matth. 25. An putas, quia non possum
rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plus
quam duodecim Legiones Angelorum. Legio autem
secundum D. Bonaventuram habet 6666. in-
dividua.*

Nec obstat, Quod Tob. 12. & Apoc.
8. fiat mentio tantum septem Angelorum, quia
ibi solum enumerantur principales, qui propter
eminentiam dicuntur aditare ante Deum,
utpote qui præcipuis mysteriis, & arcanis depu-
tati sunt, esto, omnes beati Angeli per visionem
adsint Deo.

II.

Probatur secunda pars Ex D.
Augustino lib. 15. de Civit. cap. 1. Et in En-
chiridio Laurent. cap. 29. ubi addit & dicit:
*Neg. enim numerum immundorum Dæmonum novi-
mu.* Quod quàm maximè confirmatur ex tanta
sententiarum diversitate; Nam imprimis aliqui
putant, esse majorem numerum Angelorum,
quàm omnium hominum creatorum & crean-
dorum, probant id exinde, quod D. Brigittæ,
D. Dionysio de cœlesti Hierarchia, revelatum
sit, esse tantum numerum, ut cuiq; homini de-
cem deputari possint ad custodiam. Deinde,
F. Amandi Hermann Metaphysica.

quia verisimile est, in custodiam hominum sim-
plicium mitti Angelos infimi chori, qui specia-
liter dicuntur Angeli, sed certum est, plures esse
simplices, quam doctos & majores. Item do-
cent, singulis hominibus distinctum esse depu-
tatum ad custodiam, nec unum pluribus succes-
sivè inservire, ex quo sequitur, solos Angelos in-
fimi ordinis æquare, vel superare homines tam
creatos, quàm creandos, quibus, si addantur
octo alii ordines & tertia pars quæ cecidit, sine
comparatione certè Angeli excedent homines
in numero.

Alii contra putant, homines incom-
parabiliter excedere Angelos, quia soli præde-
stinati, qui sunt, Eheu! minima pars hominum,
tertiæ parti Angelorum, illis videlicet, qui ceci-
derunt, in ruinam & suppletionem succedunt.
Sed hoc fundamentum infirmum est, quia non
constat, tertiam partem Angelorum cecidisse,
illud enim Apocal. 12. ad litteram intelligitur
de Ecclesia ex hominibus collecta, ut videre est
apud Lyranum; tum, quia non constat, tot ho-
mines assumi ad ruinas cœlestes reparandas,
quot Angeli ceciderunt.

D. Gregorius tandem hom. 34. in
Evangelia putavit, tot esse beatos Angelos, quot
sunt homines electi, juxta illud Deuteron. 34.
*Constituit terminos populorum, juxta numerum filio-
rum Israël: ubi apud septuaginta habetur: Juxta
numerum Angelorum Dei.* Verum in loco præfato
agitur de divisione terræ Chanaan, quam juxta
numerum filiorum Israël distribuit.

Pro fine Quæstionis nota, Divum Tho-
mam 1. p. q. 50. a. 3. (esto, sat obscure) senti-
re, tot vel plures esse Angelos, quot sunt indi-
vidua rerum corporearum: Sed hoc videtur in-
credibile: Nec pro eo facit D. Dionysius c. 14.
de cœlesti Hierarch. dicens: Multi sunt beati
Exercitus supernarum mentium, infirmam &
constrictam excedentes nostrorum materialium
numerorum commensurationem. Quia D.
Dionysius per hoc tantum intendit significare,
Angelos à nobis non posse numerari, per quam-
vis numeri multiplicationem, quæ in rebus cor-
poreis uti solemus, ut mille, centum millia, hoc
enim significat per constrictam commensura-
tionem.

QUÆSTIO VII.

De Distributione Angelorum in Hierarchias
& Choros, seu ordines.

Hæc Quæstio apud multos, multas in-
volvit, non difficultates, sed obscuritates, ego
rem, quia de se mihi videtur facilis, brevibus
expediam. Itaq;

Hierarchia idem est, quod sacer Prin-
cipatus, seu Sacra Respublica, variarum persona-
rum, cum quadam ad se invicem subordinatio-
ne, sub aliquo supremo capite, hinc non modò
in Angelis est, sed & in Ecclesia, constante
ex Episcopis, Sacerdotibus, Prælatibus & subdi-
tis. Imò nonnulli, præter has duas, super-
cœlestem statuunt, nempe Divinam in Deitate,
contra alii negant, hoc omnes affirmant,
Sic nempè

III.

IV.

I.

nempe, omnes Angelos in tres Hierarchias esse distinctos. Prima dicitur eorum Angelorum, qui veluti Assesores Principis, & in Vestibulis Dei collocati (ut loquitur D. Dionysius cap. 7. de Cœlest. Hierar.) proximiùs DEO vacant, & ab eo Divina consilia communicant, & inferioribus patefaciunt. Secunda eorum, qui præfæti sunt generali administrationi eorum, quæ pertinent ad commune bonum totius Ecclesiæ militantis. Tertia eorum, qui particularium rerum administrationi vacant.

II.
Tres sunt
Hierarchiæ.

Hæ tres Hierarchiæ dividuntur in novem choro Angelorum, qui novem chori ex variis Scripturæ locis colliguntur, & colligit D. Gregorius homil. 34. in Evangel. ex Epistola ad Romanos, Angelos, Archangelos, Principatus. Ex 1. Corinth. 15. Virtutes: ad Coloss. 1. Thronos, Dominationes & Potestates: ex Gen. 3. Cherubinos: ex Isaia 3. Seraphinos: his verbis. Novem Angelorum ordines dicimus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus: Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, atq; Seraphim. Esse namq; Angelos, & Archangelos pene omnes sacri Eloqui pagine testantur, Cherubim atq; Seraphim sæpe, ut notus est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoq; ordinum nomina Paulus enumerat ad Ephesios, dicens, supra omnem Principatum & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem, qui rursus ad Colossenses scribens ait, sive Throni, &c.

III.

Prima & infima Hierarchia tres habet ordines & Choros; quorum infimus est Angelorum, à communi vocabulo, nuntiorum & ministeriorum. Secundus est Archangelorum, qui putantur esse ministri majorum hominum, videnturq; habere aliquam jurisdictionem super Angelos. Tertius est Principatum, qui supra utrumq; jurisdictionem habere putantur, habentq; curam Regnorum & Regum, Imperatorum & Pontificum. Ita Divus Bernardus, qui proinde eorum officium eleganter sic describit lib. de Consid. cap. 4. Putemus Angelos dici (nisi tu convenientius aliquid considerasti) qui singuli singulis hominibus dati creduntur: nisi in ministerium secundum Pauli doctrinam, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. De quibus Salvator; Angeli eorum semper vident faciem Patris. Putemus hi præesse Archangelos, qui conscii Mysteriorum Divinorum, non nisi ob præcipuas & maximas causas mittuntur; Ex quibus magnus ille Archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam, ob causam utiq; quæ major esse non potuit. Et post descriptionem Virtutum, de Principatibus sic loquitur: Putemus hi quoq; (à fortiori etiam Archangelis, cum secundum ipsos etiam Virtutes sint supra Archangelos) Principatus prælatos, quorum moderamine & sapientiâ omnia in terra Principatus constituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur.

IV.

Secunda Hierarchia est etiam constituta ex tribus Ordinibus & Choris; Primus ex D. Bernardo sunt Virtutes, quos etiam ad primam Hierarchiam, si ordo ejus attendatur, videtur velle collocare, puto tamen, cum non ita

strictè ordinem observasse; ad Virtutes autem spectat opera prodigiosa & insolita cum causis secundis efficere. Secundus est Potestatum, ad quos pertinet comprimere aëreas Potestates. Tertius est Dominationum, ad quos pertinet præesse, & mandare omnibus aliis ordinibus antecedentibus. Ita quoq; D. Bernardus supra his verbis: Putemus super istos (Archangelos, secundum ipsum) Virtutes esse, quorum nutu, vel opere signa & prodigia in Elementis, sive in Elementis facta apparent ad commotionem mortalium. Inde est fortassis, quod, cum in Evangelio legas, Erunt signa in Sole & Luna & stellis, post hæc habes: Nam Virtutes Cælorum movebuntur. Hi nimirum spiritus, per quos signa fiunt. Putemus Potestates superiores istis, quarum virtute potestatem aëream comprimitur, & coercetur maligna aëris hujus, ne, quantum vult, noceat, ne malignis, nisi ut prosit, possit. Putemus Dominationes adde, quibus supremimere præfati ordinibus, ut reserata hinc cæteri videantur omnes administratores spiritus, & ad istos tanquam ad Dominos referri regnum Principatum, tutamina Potestatum, Operum Virtutum, Revelationes Archangelorum, curam & providentiam Angelorum.

In tertia & perfectissima Hierarchia infimi sunt Throni; Secundi Cherubini; Tertii Seraphini, qui omnes solum occupantur Divinæ Majestati assistendo, & non mittuntur per se ad opera exteriora. Eos Mellissus Doctor supra cit. sic pergit describere: Putemus Thronos alio etiam ab his evolasse recessu, qui ex eo, quod sedent, Throni dicuntur & ex eo sedent, quod sedent in eis Deus, neq; enim sedere in eis, qui non sedent, possunt. Quæris, quid illam sentiam sessionem? Dominum Tranquillitatem, placidissimam serenitatem, pacem, quæ exuperat omnem intellectum. Tullius, qui sedet in Thronis Dominum Sabaoth, iudicans omnia cum tranquillitate, placidissimo, serenissimo, pacatissimo & tales consunt Thronos, simillimos sibi. Putemus Cherubim ex ipse sapientia fonte, ore altissimi haurientes, & redundantes haurita scientiâ universis Civibus suis. Et videre in se, quem Propheta loquebatur, fluminis impetum significans Civitatem DEI. Putemus Seraphim spiritum toros Divino igne successos, succedere universa, ut singuli cives, singula sint Lucerna ardentes & lucentes. Ardentes charitate, lucentes cognitione. Et paulò infra, considerandum proponit, quomodo mirabilis DEUS in singulis ordinibus videri possit, utpote, cum iis singulis singulares cernantur ipsius excellentiæ, qui ea legere voluerit, querat in fonte ibidem.

Quæres I. Ex quo ordine sit Sanctus Michael? R. Esse de ordine Seraphinorum, imò supremum omnium Cælestium Spirituum. Ita Doctores passim contra nominalios existimantes eum esse Archangelum, vel unum de Principatibus. Colligitur ex Apoc. 17. Michael & Angeli ejus præstantur, &c. ubi aliqui dicuntur Angeli Michaelis, veluti Principis, sicut ibidem inferiores Demones dicuntur Angeli Draconis, sive Diaboli principalis. Deinde Ecclesia celebrat Festum Ange-

Angelorum nomine Michaëlis, veluti omnium Principis, eumq; appellat Primatem celestis exercitus, Principem militiæ Angelorum & præpositum Paradisi, quare singulari privilegio constitutus est Custos Ecclesiæ Catholicæ, sicuti olim Synagogæ, quamvis regulariter ad similia ministeria soleant angeli ex inferioribus ordinibus & Hierarchiis deputari. Nec refert, quod in Canonica Judæ dicatur *Arch-Angelus*, quia ibi non significat aliud, quam per antonomasiam, Principem Angelum, non verò de penultimo ordine: Simili modo dicitur Danielis 12. *Princeps Magnus*, quia nimirum supremus inter celestes spiritus: quo etiam sensu accipiendum est illud Daniel. 10. *Ecce Michaël unus de Principibus primis*, unus scilicet & is maximus, quasi diceret, primus inter principes primos, sicut Gen. 1. dicitur: *Et factum est vespere & mane dies unus*, id est primus. Ex quo autem ordine sit S. Gabriel, incertum est inter Authores, mihi tenendum est cum Mellisso Doctore, eum esse de secundo ordine *Arch-Angelum*, ut supra videre licuit; Eum sequitur Angelicus Doctor 3. p. q. 30. a. 2. ad 4. & probabiliter addens, eum esse supremum de isto ordine; Nec refert, quod Lucæ 1. de seipso dicat: *Ego Gabriel, qui adsto ante Deum*, nam tò *adstare* multipliciter in Scriptura accipitur, si enim accipitur, prout


significat, præsentis Dei vultu frui, sic omnes Angeli adstant; si verò accipitur *adstare* pro communicatione majorum mysteriorum, sicut Secretarii adstant intimiis suis Principibus, sic adstitit particulariter S. Gabriel, utpote, cui uni concessum fuit, ut tantum mysterium nuntiaret Virgini Mariæ.

Quæres 2. *An etiam in Dæmonibus sit talis ordo?* R. Certum esse inter ipsos esse aliquam præminentiam, verum incertum, utrum sint divisi in tales ordines:

VII.
In Dæmonibus est ordo.

Prima pars patet ex Scriptura Matth. 9. ubi: *Belzebub dicitur Princeps Dæmoniorum*; & 15. *Qui paratus est Diabolo* (per antonomasiam) & *Angelis ejus*: ad Ephes. 6. ubi Apostolus vocat Dæmones: *Principes & potestates tenebrarum harum*.

Patet etiam secunda pars: Quia nec ratione, nec autoritate hoc constat, aut oppositum: probabilius tamen videtur, inter Dæmones non esse tales ordines, cum de Divina misericordia præsumendum sit, nullum integrum Angelorum chorum cecidisse, imò ex uno tantum, quotquot ceciderunt, à quali & ab omni malo liberet nos Dominus Rex Angelorum.



DISPUTATIO II.

DE INTELLECTU & VOLUNTATE ANGELORUM.

EX animasticis tota hac Disputatio resolvitur facile posset, nam in his ob paritatu rationem eodem modo discurrendum est, nam licet intellectus Angelicus specie differat ab humano, ut probabilior tenet opinio, & clarè colligitur ex dictis superius, nam supposito, quòd sit substantia Angelica identificatus, dimanat à subjecto specie distincto, est q. identificatus sps, sequitur bene, quòd etiam distinguatur specie ab intellectu alterius subjecti specie distincti, est q. perfectior humano, non per additionem gradus ad gradum, & perfectionis intensibilis, sed substantialis; licet, inquam, specie differant, in ratione generica intellectivi tamen conveniunt, unde eodem modo de iis est philosophandum, ne tamen mancus sim & brevior, quæ specialem difficultatem habere videbuntur, hic particulariter proponam. Sit igitur

QUÆSTIO I.

An intellectus Angelicus sit discursivus?

I. Non loquar de discursu virtuali, quando videlicet intellectus non progreditur per plures actus ab una cognitione ad aliam determinatam à priori, licet bene transeat ab uno objecto ad aliud, ut, quando cognoscit effectum in causa, qui actus æquivaleret duobus, hunc enim discursum negat nemo Angelis, difficultas tamen est de formali, quando scilicet distinctis actibus ex aliquo medio cognito infertur connexio duorum exteriorum inter se, quia cognita sunt identificari illi vel connecti illi medio, & e contra negantur connexa inter se, quia cognita sunt divisa ab illo medio. In hac materia prima opinio est D. Thomæ, p. p. q. 58. a. 3. dicentis, Angelos non discurrere, movetur ad hoc, quòd comparet Angelum corporibus celestibus, qui ex moribus suam perfectionem non habent, sicut hæc inferiora, sed ex natura

F. Amandi Hermann Metaphysica.

sua, sic intellectus Angelicus non habet suam perfectionem per motus discursivum, sed statim ex natura sua. Scotus verò in 2. dist. 7. q. unica §. contra Conclusionem, & in præm. lib. 1. q. 4. utrum Theologia sit scientia, docet, intellectum Angelicum esse formaliter discursivum, cum quo ad quæstionem resolutivè

Dico: Intellectum Angelicum ex natura sua esse formaliter discursivum. Ita post Scotum, Suarez & plures alii. Contra D. Thomam & suos, videtur; esse contra D. Augustinum lib. 4. de Genesi ad litteram c. 33. & D. Bernardum Serm. 6. in Cant. in rei veritate autem non est, quia Sancti Doctores aliud non intendunt, quàm, quòd Angeli Sancti facillimè, & non per tantos labores intelligant, ut intelligendo & discendo tempore egant, sicut discimus & intelligimus nos.

II.
Intellectus Angelicus est discursivus.

Probatur Conclusio Ratione Scoti primò: Omnis quidditas subjecti cognoscitur

cognoscibilis continet in se veritates virtualiter, quas notas potest facere intellectui, cuiuscunque potenti cognoscere illam, sed hoc est discurre formaliter, ergo intellectus Angelicus circa quidditatem, & ejus veritates virtualiter contentas discurret formaliter. Major patet, quia corpus continet plures veritates, quæ ex illo sunt educibiles, animal, homo, &c. probatur etiam minor, quia tunc formaliter discurretur, quando ex aliquo priori, pro aliquo priori etiam natura (temporis enim in Angelis non requiritur) educitur aliqua veritas, quæ suam veritatem habet à priori, ergo. Subsumo, sed Angeli sic habent plures veritates, ergo discurre formaliter. Et quàmvis hoc sit imperfectio in Deo, & in beatitudine formalis, non est tamen imperfectio in Angelo secundum se, sicut nec est imperfectio in homine. Unde

Probatur Conclusio secundò:

Quidquid perfectionis competit intellectui humano, quod in intellectu Angelico non arguitur imperfectio, est illi attribuendum, sed colligere ignotum ex rebus alioquin notis est perfectio in intellectu humano, & nullam imperfectio arguit in Angelico, ergo. Probatur mi. quoad secundam partem, in qua sola vertitur difficultatis cardo, quia non est imperfectio in aliquo, qui non habet ex se aliquam perfectionem, posse illam acquirere eo modo, sine quo non posset illam habere ex se, sed intellectus Angelicus non habet cognitionem ex se omnium rerum, earumque quidditatum, & veritatum formaliter & virtualiter contentarum, ergo non est imperfectio in illo, posse ex cognitione aliquarum rerum, quas habere posset, hic & nunc acquirere per discursum aliarum, quas posset ignorare. Maj. est clara, & probatur à paritate hominis, in quo non est imperfectio, quòd mediante discursu acquirere possit cognitiones rerum, quas aliàs ignoraret: minor patet, quia angelus non cognoscit omnia futura, aut secreta cordium, & licet illa cognosceret qualitercunque, non cognoscit omnia evidenter, illa alia autem cognitio non impediret, quin per discursum aliqua cognosceret.

III.

Dices: Licet Angelus ex se non habeat cognitiones omnium rerum, exigit tamen, ut illas habeat, quotiescunque vult, aut debet habere absque discursu, ergo. Probatur ant. quia talis exigentia est perfectionis in ipso, & negatio ipsius esset imperfectio, sed si discursu acquirere posset aliquas cognitiones, non haberet talem exigentiam, & consequenter quòd Angelus posset acquirere discursu ulla cognitiones argueret in illo imperfectio. Contrà, Angelus non habet exigentiam, ut cognoscat secreta cordium, nec cognoscit ea toties, quoties vult, & tamen non est imperfectio in ipso.

Instabis: Angelus exigit, ut, quando deberet de talibus rebus aliquid cognoscere, talis cognitio ipsi tribueretur absque discursu, maxime cum probabilis sit, Angelos habere à primo instanti species omnium cognoscendorum aliquando ab illis, idque à Deo per infusionem. Contrà; hoc gratis asseritur, imò

contrarium probari potest, quia cum Deus dederit Angelo virtutem acquirendi illam cognitionem, mediante discursu, sine causa & necessitate daret illi eam cognitionem absque discursu, aut spectem ad illam requisitam. Adde, illud, quod adversarii dicunt de universalitate specierum, quasi scilicet daretur Angelo una species representativa rerum omnium, aut diversæ species omnium rerum, esse quid fictitium, & nullo solido fundamento innitum, dato quoque, quòd hoc argueret in Angelo imperfectio, non habere tales species, & habere eas perfectionem, non propterea sunt concedendæ, cum nec ratione, nec auctoritate sufficienter ostendi possint, nec omnis perfectio ipsi non repugnans admittenda. Directè contra conclusionem

Arguitur I. Si intellectus Angelicus

esset discursivus, non distingueretur ab humano, sed hoc est falsum, ergo. R. negando sequelam, quia cum hoc, quòd intellectus tam Angelicus, quàm humanus sit discursivus, optime stat quòd in aliis rationibus differant specificè. Deinde secundum adversarios non sequitur, ex eo, quòd intellectus Angelicus conveniat in omnibus, quòd non sint discursivi, esse ejusdem speciei, ergo nec sequitur ex eo, quòd Angelicus & humanus intellectus conveniant in hoc, quòd sint discursivi, esse ejusdem speciei, nec etenim est potior ratio, quare ex convenientia aliquorum in discursivitate posset inferri identitas specifica ipsorum, quàm ex convenientia aliorum in non discursivitate ipsorum Angelorum identitas specifica eorundem.

Instatur: Hinc sequeretur, rationale, seu discursivum, quod est differentia hominis, esse commune homini & Angelo, sed hoc est absurdum, ergo. Major patet: quia uterque esset æque discursivus. Minor probatur, quia duo genera diversa, qualia sunt Angelus & homo, non possunt esse sub eadem differentia, ergo. R. dist. ma. Discursivum, quod est differentia hominis, nego ma. discursivum ut hic concedo, & dist. similiter min. nego conleq. discursivitas autem hominis non est quæcunque, sed dependens à phantasmatis, seu apte ad illis dependere, & à concursu organi corporalis, in ordine, ad discursum formandum, talis autem non est discursivitas Angeli, ergo. R. 2. admittendo sequel. negando min. cum antecedente probationis, quia multa genera diversa contineri possunt sub una differentia, & defecto continentur sub irrationalitate diversissima genera, quæ non sunt rationalia.

Quæres: an intellectus Angelicus discurre possit in materia certa? R. affirmativè, quantum est de se, quàmvis probabilis sit, cum defecto non sic discurre.

Probatur prima pars: Quia est materia certa & evidens Angelo, quòd deus Deus, sed intellectus ejus potest hoc per discursum ostendere, quantum est de se, ergo. prob. mi. quia Deus posset Angelo infundere species creaturarum tantum, & non sui, sed intellectus ex se discursivus, qualis est Angelicus ex dictis, posset illis mediante discursu demonstrare

existentiam Dei, tum, quia id homines possunt, tum, quia sine fundamento eis id negaretur.

VI. Dices: In tali casu ante discursum, quo Angelicus intellectus cognoscit existentiam Dei, non est ipsi certa & evidens, ergo ex eo, quod de existentia Dei discurret, non sequitur, quod in materia certa & evidenti discurret. Contra est materia certa & evidens intellectui Angelico, quod Deus existat & posset etiam talis esse mediante discursu in tali casu, in responsione autem non aliter intelligo, quod in materia certa & evidenti possit discurrere, quantum est de se, & ob hoc addidi, *quantum est de se*, sed ex eo, quod habeat species, quibus clarè & absque discursu cognoscit, quæcunq; cognoscit. Unde

Probatur secunda pars: Quia ille discursus nec esset à priori, nec à posteriori, ergo. Probatur aut. quia defacto Angelus illo actu, quo evidenter, & quidditative videt causam, videt etiam in illa effectum, & e contra illo actu, quo cognoscit effectum, cognoscit similiter causam, quod verum est, sive abstractivè, sive intuitivè rem cognoscat, sed talis modus cognoscendi non est à priori, vel posteriori, ergo: major patet, tum, quia gratis negaretur Angelo talis modus cognoscendi; tum, quia cognitio quidditativa illum cognoscendi modum postularet. Minor est certa, quia discursus formalis (de quo hic) nunquam uno actu perficitur.

QUÆSTIO II.

An Angelus possit plura simul cognoscere?

Ad pleniorē præcedentis quæstionis intelligentiam hanc subnectere volui, nam ad veritari quam maximè probant, quod Angelicus intellectus discursivus non fit, quia unico actu potest simul plura cognoscere, adeoque non est necesse, ut per cognitionem unius progrediatur ad aliam, unde videndum est, quomodo etiam non obstante, quod plura possit simul cognoscere, sit adhuc discursivus? Quomodoque pluralitas cognitorum non impediatur discursum. Itaque

I. **Notandum I.** Quod sensus quæstionis possit esse duplex, primò, an intellectus Angelicus possit simul plura intelligere habitualiter? Secundò, an actualiter? De primo, nulla est difficultas, nam in intellectu Angelico possunt esse, & sunt plures species rerum representativæ, quæ se habent per modum actus primi, ut possint cum intellectu Angelico concurrere ad producendam intellectionem in actu secundo, consequenter intellectus Angelicus est habitualiter discursivus. De secundo est major difficultas, nam Durandus dicit, intellectum Angelicum ita necessariò cognoscere omnia simul actu, quæ existunt in rerum natura, & futura, quæ dependent à causis naturalibus, ex eo, quod sint præsentia in se, vel in suis causis, negat enim Angelum intelligere per species concreatas, quas nullatenus admittit. Gregorius ab Arimino dicit, intellectum An-

gelicum posse plura cognoscere, licet non omnia simul, Cajetanus verò & Capreolus negant id omnino esse possibile. Unde

Notandum 2. Intellectum Angelicum posse simul plura cognoscere, vel per modum unius, vel per modum plurium; vel unâ cognitione plura; vel plura pluribus cognitionibus distinctis; vel illa, quæ cognoscuntur, sunt objecta disparata, vel subordinata, aut denique cognitiones sunt distinctæ, & claræ, aut confusæ, quibus actu simul plura cognoscuntur. Exemplifico, plura per modum unius intelligere tunc dici possumus, quando verbi gratiâ intelligimus plures partes continui in uno toto, aut etiam alia, quæ se habent per modum unius objecti, quemadmodum cognoscimus simul in propositione prædicatum & subiectum, cum ea ad invicem connectimus, aut cum dividimus, vel componimus, hæc enim facere non possumus, nisi plura simul cognoscamus, quomodo enim per divisionem negare, hanc partem non esse illam, hoc membrum non esse illud, nisi illud, & hoc intelligerem; similiter in omnibus comparationibus plura simul intelligi debent. Tunc autem dicimus plura per modum plurium intelligere, quando plura objecta pluribus intellectionibus adæquatis cognoscimus, idque potest fieri cognitione perfectâ, formaliter vel objectivè, vel imperfectâ, utroque modo. His prænotatis

Dico I. *Potest Angelus plura cognoscere per modum unius distinctè per unum conceptum formalem ex una specie productam, quam etiam per plures conceptus ex pluribus speciebus.* Colligitur ex Scoto 1. d. 3. q. 2. §. Quintò dico. Ubi ait, magis & minus universale posse per eandem & diversam speciem cognosci, sic species singularis representat singularitatem, naturam communem, ejusque proprietatem, &c.

Probatur primò autoritate Sancti Augustini lib. 4. de Genesi ad Litteram cap. 37. dicentis: *Omnia mens simul Angelica potest, quæ singillatim per ordinem comæzarum causarum sermo distinguit.* Et cap. 32. *Secundum potentiam spirituales mentis Angelicæ, cuncta quæ volueris (Angelus) simul notitiâ facillimâ comprehendit:* Et plura alia ibidem; comparando tarditatem humani ingenii ad Angelorum velocitatem in intelligendo. Et D. Bernardi serm. 6. in Cant. ubi sic habet: *Supercælestis spiritus solâ profectò suâ vicinitate, ac vivacitate naturæ sufficit apprehendere summa, & intima penetrare, utique etiam simul si voluerit.* Videntur supra.

Probatur secundo: Discursus demonstrativus non fit per unum simplicem conceptum formalem, sed per plures, cum ordinè tamen ad unam quidditatem objecti adæquati, ergo potest Angelus plura cognoscere per modum unius per plures species impressas & expressas. Ant. patet, quia discursus Syllogisticus pertinet ad tertiam mentis operationem includentem primam & secundam, quæ non sunt aptæ representari per unum simplicem conceptum, ergo potest intellectus uti illa specie, ad cognoscendum unumquodque illorum, distinctis actibus, cum illo ordine, quo virtua-

liter continentur in objecto illius speciei. Confirmatur; quia unica intellectio, & etiam pluribus, possunt simul intelligi essentia & passionibus subjecti, ergo. Sed

IV.

Opponitur *Authoritas Aristotelis* 2. Top. 4. dicentis: *Contingit plura scire, cogitare autem non.* Id est, potest aliquis habere in intellectu plura scita, ea tamen non potest simul contemplari. Unde 4. Meth. tex. 10. ait: *Qui unum non intelligit, nihil intelligit.* Ergo nequit Angelus plura, per modum unius, intelligere. R. negando consequentiam, ad 1. autoritatem dico, quod Aristoteles intelligendus sit de pluribus, per modum plurium, & de objectis disparatis, non vero subordinatis. Ad secundam dico, quod Aristoteles ibi agat de uno, *univocatione terminorum*, nam, qui unum tale non intelligit, nihil intelligit, quia attinget equivocationem alterius, quare dicere vult, quod in omnibus terminos debeamus adhibere univocos, non vero equivocos, quia alioquin faciemus audientes non intelligere.

V.

Arguitur etiam ex ratione: Impossibile est, idem corpus habere diversas figuras; item idem subjectum nequit informari pluribus formis ejusdem rationis, ergo nequit etiam Angelus habere simul plures cognitiones, de pluribus objectis, per modum unius. R. negando conseq. disparitas est, quia figuræ quantitativæ corporis occupant locum, consequenter non compatiuntur se invicem, intellectiones autem sunt formæ spirituales, quæ, sicuti plures species in eodem intellectu esse possunt, sic etiam plures simul non se expellunt, est enim intellectus tam bene locus intellectio, quam est specierum ex Aristotele 3. de anima. R. secundo assignando aliam disparitatem, quia figura est terminus adæquatè terminans quantitatem, non sic species, quare, si esset aliqua, quæ adæquatè terminaret capacitatem intellectus, tunc non posset simul alia cognitione ex alia specie proveniente tendere in aliud objectum. Et per hoc patet etiam ad secundum, quia duæ formæ adæquatæ & completæ, & non subordinatæ, nequeunt esse simul in eodem subjecto, si sint ejusdem rationis, & materiales.

Instatur: Ad unitatem motus requiritur unitas termini, ergo intellectus nequit moveri ad intelligendum plura, per modum unius. R. 1. dist. conseq. nequit moveri ad intelligendum plura, per modum unius, unica intellectio, transeat: Pluribus, nego consequentiam. R. 2. dist. aliter, nequit moveri unâ intellectio, virtualiter involvente plures, nego; non involvente concedo: In conclusione autem loquor utroque sensu, nempe, quod vel sic, vel sic possit plura simul intelligere.

VI.

Dico 2. *Intellectum Angelicum nequit per unam intellectioem distinctè plura objecta disparata cognoscere.* Ita Doctor subtilis 1. d. 1. q. 1. intellectui Angelico repugnat ex finitate essentia, potentia, & actus intelligere simul unico actu cuncta, ergo etiam plura, ex eadem ratione.

Probatur secundo: Unicus actus intellectiois postulat commensuratum intelligendi rationem objectivam formaliter motivam & terminativam, quia, sicut intellectio in ratione qualitatis determinatum habet objectum in ratione principii, ita in ratione vitalis operationis determinatum illud objectum in ratione termini, cum ab utroque specificetur, ergo impossibile est, attingere plura, quia quæ ratione posset duo, posset infinita. Et confirmatur, quia eodem actu non intelligimus principia & conclusionem, finem, & medium distinctè, de quo semper loquor, ergo nequit plura objecta disparata simul distinctè cognoscere.

Dico 3. *Intellectum Angelicum potest simul plura objecta cognoscere distinctè cognoscendo, non per modum plurium.* Ita colligitur ex Doctor subtilis 2. d. 5. q. 5. §. Respondendo.

Probatur primo: Intellectus Beatus Angelicus simul cognoscit essentiam divinam, & res in eadem essentia, eademque in proprio genere; item cognoscit suam essentiam, & simul alias res representatas per species sibi concreatas.

Probatur secundo: Sensus materialis potest simul plura cognoscere & percipere, ergo magis intellectus spiritualis, antipatet, quia oculus simul videt plures colores, plures homines, & alia visibilia, non quidem per unum simplicem actum, quia hic specificatur ab objecto, sed plures: Similiter auditus percipit plures sonos, tactus plures qualitates, ut humidum, & calidum, gustus qualitatem & saporem, ut dulce, & calidum, &c.

Dices: Si intellectus Angelicus intelligit simul plura, ut plura, nulla erit differentia inter Deum & Angelum, quia etiam Deus intelligit plura, ut plura, unico actu. R. negando ant. rum, quia Deus infinita intelligit unico actu, Angelus tantum aliqua plura, pluribus actibus: tum quia Deus omnia distinctè, non sic Angelus: tum Deus immutabilis, Angelus cum mutatione, &c.

Dico 4. *Angelus non sic perfectè secundum intensioem actus intelligit plura, per modum plurium, sicut intelligit unum.* Ita Doctor super.

Probatur primo: Angelus habet potentiam finitam, ergo nequit tam bene intelligere quatuor, ut unum. Secundo potest intellectus Angelicus perfectus ut sex, habet actum intensum ut sex, sed tunc non potest distinctè aliquid amplius cognoscere, quia alioquin operaretur ultra connaturalem capacitatem, cui tamen semper debet actus commensurari, ergo. Tertio universale est in creaturis pluribus intentum minor est ad singula sensus.

Dico 5. *Potest Angelus, intellectioem quantumcunque distinctam cujuscunque objecti ex imperio voluntatis suspendere.* Est contra Durandum 2. d. 3. q. 8. ut supra annotavi. Probatur Angelus non necessarîo cognoscit omnia creata simul, sed nunc movet se ad intelligendum hoc, nunc ad illud, idque successivè, ergo, si non

non necessariò perleverat sub priori, potest suspendere se, tam à contemplatione hujus, ac illius objecti, ex libertate sua. Ant. patet: Quia Angelus est finitæ & limitatæ virtutis, nec ex illo capite exigit omnia simul cognoscere. Dixi *cognitionem distinctam*; Quia Angelus nequit omnino cessare à cognitione sui, vel aliorum objectorum confusa: Tum, quia voluntatis operatio circa objectum semper præsupponit operationem intellectus, ergò nequit ab una intellectu avertere, & ad aliam convertere, nisi ambæ aliquo modo infint, & sic in intellectu Angeli semper oportet inesse aliquas cognitiones: Tum, quia intellectus est potentia naturalis, & semper ei sunt objecta aliqua præsentia, & maximè sua essentia, ergò, si non poterit causare distinctam cognitionem, saltem producet indistinctam & confusam: Tum denique; quia oculus corporeus potest omnium visibilibus præsentium aliquam notitiam confusam habere, ergò. Sed in contrà

nem Judæorum, altero opinante contrarium; verum quia isti expertes sunt ab omni inordinato affectu, hinc, ne in similibus errent, & decipiantur, non judicant de talibus futuris abfolutè, sed indefinitè, vel planè iudicium suspendunt; unde autem hoc habeant, quòd non nisi indefinitè judicent, vel iudicium suspendant, puto provenire à divina providentia, & suavissima Dei dispositione, qui, sicut voluntatem præservat ab omni peccato, ita intellectum ab omni errore, & hoc videtur ad completam integritatem illius actus pertinere. Unde D. August. lib. 9. de Civit. cap. 22. ait: *Sæpe isti (mali Angeli) nunquam illi (boni) omnino saluntur.*

QUÆSTIO III.

An Angelires naturales cognoscant, & quis?

Hic præmittendum foret

Examem de objecto Angelico ut sic, sed quia ex superioribus facile id colligi potest, superfluo lubens, dicendum enim, quòd objectum intellectus Angelici est illud idem, quòd intellectus humani, ens scilicet latissimè sumptum, seu prout abstrahit à reali & rationis, quòd intelligendum est, respectu utriusque intellectus, de objecto adæquato, adæquatione commensurationis, hoc est, in quantum objectum adæquatum dicitur illud, in quòd tendit potentia, & in nullum tendit, in quo non sit ratio illius objecti aliquo modo, non est autem ens objectum adæquatum hujus, aut illius intellectus in hoc sensu, quòd tendere non possit, aut defacto non tendat in ullum objectum, nisi in ratione entis præcisè, quia certum est, quòd intellectus tendat, non solum in rationem entis ut sic, sed etiam in rationem talis & talis entis, ac insuper tam in entia, quàm in non entia, quòd est dicere, tendere in objectum terminativum. Pro qua re

Dico I. Angelus cognoscit aliqua possibilia, futura, & præterita, sed non omnia. Est communis.

Probatur primò Authoritate S.

Augustini lib. 9. de Civit. cap. 22. dicentis; *Angelus bonis omnibus corporalium, temporaliumque scientia rerum, quæ inslantur Dæmones, vili est, non, quòd earum ignari sint, sed, quòd illi Dei, quæ sanctificantur, charitas clara est.* Et ideò certius etiam temporalia, & mutabilia ista noverunt, quia eorum principales causas in Verbo Dei conspiciunt: Dæmones autem non æternas temporum causas, & quodammodo cardinales, in Dei Sapia contemplantur, sed quorundam signorum nobis occultorum, majore experientia multò plura, quam homines, futura prospiciunt, dispositiones quoque suas quandoque præannuntiant. Et lib. de divinat. Dæmon. cap. 5. dicitur Aliquando, non quæ ipsi faciunt, sed, quæ naturalibus signis futura præcognoscunt, quæ signa in hominum sensu venire non possunt, antè prædicant.

Probatur secundò: Quia etiam nos homines cognoscimus aliqua possibilia, ut alium mundum; aliqua præterita, ut homines, qui nos præcesserunt in vita, in conversatione, & fu-

X. Arguitur: Si Angelus aliquando cessaret ab intellectione alicujus objecti, non posset amplius ad illam pervenire, ergò, ut hoc caveatur, dicendum potius, quòd nunquam cesset. Probatur ant. quia si ab aliquo ad intellectiorem illam posset pervenire, hoc posset à voluntate, ab hac non, quia nihil volitum, quin præcognitum, ergò, ut voluntas vellet determinare intellectum ad hanc intellectiorem, intellectus deberet jam præintelligere, ergò. R. negando sequelam, cum sua probatione, quia voluntas potest intellectum avertere à cognitione prioris objecti, ex eo, quòd avertit sibi amplius non complaceat in illo, & præcipere, ut contempletur objectum aliud proximè obvium & præsens, & sic si objectum, vel species fuerit præsens rei prioris, redibit ad illius contemplationem; vel etiam hoc potest alio modo, videlicet ex eo, quòd habeat antecedenter intellectiorem aliquam confusam de alio objecto, ad quòd ex libertate sua movet intellectum, ut clarè, & distinctè illud contempletur.

XI. Quæres: An intellectus Angelicus sit capax veritatis & falsitatis? R. affirmativè; & de veritate quidem nullum est dubium, quia certissimè sese cognoscunt, & multa naturalia, & etiam aliqua supernaturalia: Similiter falsitatem posse eis inesse, ambigendum non est, potest enim Angelus connaturaliter ex signis ineventibus, aut testimonio fallibili alterius aliquid cognoscere, & sic falli, uti contingit in Angelis malis, qui, dum inordinato amoris, aut odii affectu ducti assensum præbent, vel dissensum iis, quæ incerta omnino sunt, & fallibilia, vel solum verisimilia. Deinde, sicuti isti semper malè volunt, ita etiam semper malè judicant, maximè, cum in istis, si alicubi, debeatur dici, malitiam intellectum excœcare; & insuper error non ex intellectu solo, sed etiam ex voluntate originem trahat; saltem avertendo directè eum à consideratione veri. Sed nec intellectus Angeli Beati de se simpliciter incapax est falsitatis, maximè cum videantur discurrentes de rebus futuris errasse, ut patet ex contentione illa duorum Angelorum Daniels

10. uno judicante, magis expedire liberatio-

& futura, ut cras oriturum solem, ergo id magis concedendum est Angelis, utpote multo perfectioris & vivacioris intellectus, qui solâ vivacitate naturæ ima & summa potest penetrare, Mellifluis teste, & esset in illis magna imperfectio, quod similia non cognoscerent, quid enim inconvenientius esset dicere, quod non recordarentur actionum suarum præteritarum, &c. Quod autem non omnia cognoscant, patet, cum nec ratione, nec autoritate suaderi potest, unde talis cognitio illis competeret, præter solam decentiam, & eorum perfectionem, quæ tamen nihil probat.

III. DICO 2. *Futura contingentia, quæ à causis liberis dependent, ipsos actus liberos nequit Angelus virtute naturali certitudinaliter cognoscere, bene tamen conjecturaliter.* Est etiam communis.

Probatur primò ex Scriptura

Isaïæ 41. *Annuntiate, quæ futura sunt, in futurum, & sciemus, quia dicitur estis vos.* Et 46. *Ego sum Deus, & non est ultra Deus, & non est similis mei, annuntians ab exordio novissima, & ab initio, quæ nondum facta sunt.* Ubi prænuntiare futura (supple, dependentia à causis liberis) signum divinitatis ponitur, idque certum est, si evidenter, & certitudinaliter sine alterius revelatione manifestentur & prædicantur.

Probatur secundò Ex autoritate

S. Augustini lib. de divinat. cap. 5. ubi hæc habet: *Aliquando & hominum dispositiones, non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, totâ facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænuntiant, alius videlicet mira, quæ ista disposita non noverunt.* Sicut enim apparet concitator animi motus in vultu, ut ab hominibus quoque aliquid forissecus cognoscatur, quod intrinsecus agitur, ita non debet esse incredibile, si etiam leniores cogitationes dant aliqua signa per corpus, quæ obtuso sensu hominum cognosci non possunt, acuto tamen demonum possunt. Ubi Sanctus Doctor clarè adstruit, demones certò cognoscere non posse cogitationes cordis nostri, nisi in quantum per signa exteriora exprimuntur, quod est conjecturare. Et deducitur etiam conclusio clarè ex D. Bernardo ferm. 5. de Verbis Isaïæ, ubi de demone loquendo dicit: *Ex hoc pedum velamento factum veor, ut nesciens Dominum Gloria fecerit crucifigi: Ex hoc quotidie fieri, ut salutem nostram negotium ignorans serviat & invitus, sed postmodum plangens, quod dum obesse voluit, inventus est profuisse.* Ex quo sic argumentor: Si demones scirent futura libera à causis liberis dependentia, nunquam intenderent ponere, & efficere aliqua, quæ ad nostram salutem promovendam serviant, utpote, cum livore & odio pleni sint, sed ex D. Bernardo intendunt & serviunt nobis ignorantes ad salutem, ergo ea non debuerunt prævidisse. Videatur divus Bernardus tract. ad Hugonem per totum caput quintum ubi expressè docet, Angelos non potuisse præcognovisse circumstantias loci, temporis, & personæ, in incarnatione Verbi, quæ à libera Dei voluntate dependent.

Probatur Conclusio etiam Ratione: Quia seclusâ revelatione nihil est asig-

nabile, quod determinaret intellectum Angelicum ad similia futura libera cognoscenda, ergo nequeunt ea cognoscere. Probatur autem, quia, si aliquid determinare posset, maxime ipsa futura, vel species eorum, vel decretum ab æterno positum, sed hæc nequeunt determinare, ergo. Probatur minor: non ipsa futura, quia hæc supponuntur non esse præsentia, nec in se, nec in sua causa, quæ indifferens est, & indeterminata: Nec etiam species, quia de his ambigitur an dentur? Et dato, quòd dentur, de quo infra, illæ non essent Angelis connaturaliter debita, sicut nec concursus Dei, supplet vicem specierum: Nec denique decretum Dei, quia licet per hoc futura sint determinata ad futuritionem, tamen Angeli nequeunt illud connaturaliter cognoscere.

QUÆSTIO IV.

An Angeli possint connaturaliter cognoscere secreta cordium?

Potuissem hanc difficultatem

sub titulo prioris quæstionis expedire, utpote cum secreta cordium sint res naturales, quia tamen res satis controversa est, particulariter eam examinandam duxi. Pro quo

Notandum 1. Per secretum cordis

ordinariè Theologos intelligere volitiones creaturæ rationalis, tam Angeli, quam hominis; sicut etiam eorum cogitationes, non quomodocumque, sed in quantum à voluntate per affectionem operantur, quævis alii omnes operationes mentis, sine data reduplicacione, pro secretis cordium etiam ponant; sed in homine pro hoc statu, etiam ipsas operationes potentia sensitivæ internæ.

Notandum 2. Causam secretorum

cordium in homine defacto esse membrorum nostrorum corpulentiam, & intellectus nostri in operando à sensibus dependentiam, hinc, sicut nequimus cognoscere cogitationes alterius hominis, nisi aliquo modo ad extra manifestet, sic nec cognoscimus operationes sensitivæ, nisi manifestentur etiam propter eandem rationem; in Angelis verò & animabus separatis, primò est subtractio Generalis concursus Dei, quæ facit formaliter aliquid esse secretum, cum alioquin non plus posset actus talis esse secretus seu occultus, quam ipsa substantia, cum eodem modo sit extra causas suas positus. Secundò ipsa libertas operantis, quatenus in potestate ipsius est, quòd velit actum tegere, vel non tegere, ita, quòd aliquo modo subtractio illa sit in potestate creaturæ rationalis, sic enim Deus cuncta creata administrat, ut ea suos motus habere sinat, ex Doctrina D. Augustini Civit. cap. 31. sicut enim ad integritatem libertatis creatæ spectat, aliquos actus aliis occultare, ita Deus regulariter concursum suum aliis creaturis pro libertate alterius non administrat, ad cognoscendos illos actus, ut proinde aliquo modo debita sit illa subtractio concursus Generalis, alioquin illa secreta naturaliter cognoscereatur. Nam ut

III.

Omne ens finitum extra causam positum potest movere intellectum.

Notandum est 3. Omne ens finitum & limitatum extra suas causas positum, natum est, movere intellectum Angelicum ad sui cognitionem, sive illud sit productum à libera causa, sive à necessaria, semper enim est naturale. Ita Doctor subtilis quodl. 14. art. 3. contra Divum Thomam, qui putat, Angelum non moveri ab extrinseco objecto, sed à specie universali in ipso existente, & movente ad essentias rerum, etiam singularium cognoscendas, eo ipso, quod res ponatur à sua causa ad esse, praesertim si naturalis sit; qualis non est, secundum eundem Sanctum Doctorem, quæ à voluntate libera immediate oriuntur, ut cordium cogitationes & affectiones pie, quæ sunt altioris ordinis, & sic ab illa specie universali non represententur angelo & hinc est, quod non possit secreta cordium cognoscere. His itaq; notatis

IV.

Angelus si relinquatur sibi potest cognoscere secreta cordium.

Dico I. Si Angelum suæ naturæ relinquatur, potest ex propriis viribus naturæ cognoscere cogitationes cordium humani, prout in ipso sunt, & etiam volitiones & affectiones alterius Angeli. Ita Doctor subtilis in 2. d. 9. q. 2. contra Alensem, DD. Thomam & Bonaventuram. Eam tamen satis insinuant Angustinus & Bernardus, hic enim Serm. 5. in Cantica docet, eum infima & summa vivacitate naturæ suæ penetrare, & se nobis intrinse applicare, & lib. 5. de Consideratione cap. 5. In nobis esse, si autem in nobis sunt, & summa penetrant, cur non etiam cogitationes nostras? D. Aurelius autem in pluribus locis, nam Serm. 6. de Diversis cap. 5. ait: Cogitationes, fratres mei, quas modo non videt, nisi Deus, omnes invicem videbunt in illa Societate Sanctorum; ubi clarè docet, nunc tantum Deum solum videre cogitationes, utique, quia sibi hoc propter rationes & fines ab eo intentos, referunt; ergo, si relinquere Angelos naturæ suæ, possent eas etiam modo videre, cum poterint tunc animæ separatae. Similia habet in lib. 2. de Civit. cap. 24. & alibi, unde lib. 83. qq. q. 47. ait: Dic nobis, rogo te, quando tibi indicaverunt Archangeli, quod ipsi videant Angelos, non autem videantur ab Angelis? Quibus narrantibus Angelis cognovisti, quod ipsi videant animas, anima illos non videant? A quo hoc audisti, unde didicisti, unde legisti; Est autem eadem ratio de cogitationibus, ergo. Sed

V.

Probatur Ratione primò:

Quodcumq; objectum intelligibile actu in se, sufficienter praesens & proportionatum potentiae cognoscitivæ, potest intellectus Angelicus cognoscere, sed cogitationes & affectiones voluntatis sunt entia intelligibilia actu, praesentia, ut suppono & proportionata, ergo: major patet, quia activo & passivo sufficienter applicatis & proportionatis, ac non impeditis, sequitur actio: Probatur min. quia cogitationes propriae sunt ipsi sibi intelligibiles; ergo etiam alterius, cum possint cogitationes alterius Angeli esse minoris perfectionis, quidquid autem potest, quod plus est, potest etiam, quod minus est & quidquid potest Angelus inferior, potest & superior; ergo si Angelus inferior cognoscere suas cogitationes, poterit eandem quoq; cognoscere superior.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Dices: Cogitationes tales esse quidem entia intelligibilia, sed si alter Angelus velit, si verò velit eas occultare, non esse intelligibiles. Sed Contra primò: Causa naturalis debet applicata, objecto praesente, non potest ab aliena voluntate impediri directè, ut patet de oculo, sive enim Titius velit, sive nolit, si mihi proportionatum & praesens sit objectum, videbo illud. Contra secundò: Angelus non potest impedire, ut non videat alius essentiam suam; ergo nec impediri ut non videat volitionem & cogitationem suam, ant. patet ex D. Angustino supra; probatur conseq. Quia essentia Angeli non est minus intrinseca & intima, quam intellectio. Contra tertio: Illa volitio, quæ Angelus vult occultare cogitationem suam, est ens intelligibile per se; ergo, si debet occultari per illam, illa autem erit adhuc intelligibilis per se; ergo debet occultari per aliam & sic in infinitum.

VI.

Dices contra secundam solutionem, disparitatem esse, quia essentia Angeli est substantia, intellectio est accidens, & ipsa volitio est ordinis supernaturalis. Sed Contra: Quia tam substantia, quàm accidens, est ens actuale, proportionatum & intelligibile naturaliter. Quod autem dicunt, volitionem & piam affectionem esse ens ordinis supernaturalis, omnino falsum est, tum, quia producitur à causa naturali, prout opponitur supernaturali; tum, quia ipsa volitio non est altioris ordinis, quàm causa producens; tum, quia alioquin sequeretur, quod etiam actus imperati essent ordinis supernaturalis, aut si non, certè tunc debebunt admittere, quod, licet, non possit Angelus videre volitiones alterius, quod tamen possit cogitationes etiam imperatas.

Probatur Conclusio secundò:

VII.

Ex sententia Thomistarum sequitur, quod Angelus nunquam poterit cognoscere secreta cordium, vel, quod connaturaliter semper cognoscant, utrumq; est contra ipsos, ergo. Probatur sequela; Quæcumq; cognoscunt Angeli, cognoscunt per species concreatas (excipiunt Deum & suam propriam essentiam) sed Angeli non habent species concreatas secretorum cordium; ergo nunquam poterunt cognoscere, vel si habent, poterunt connaturaliter, sicut alias res.

Dices: Angelum non habere species concreatas secretorum cordium, exinde autem non sequitur, quod nunquam possint ea cognoscere, quia sunt cognoscibilia per ordinationem voluntatis Angeli loquentis, & revelantis ea ad intellectum Angeli audientis. Sed Contra primò: Angeli non possunt loqui, nisi de rebus, quarum species concreatas habent, secundum ipsos, sed &c. ergo. Contra secundò: Quod ex natura sua est altioris ordinis, non potest per relationem supervenientem mutari de illo ordine ad inferiorem, sed secreta cordium sunt altioris ordinis, secundum ipsos; ergo per ordinationem, quæ est mera relatio rationis, non poterit fieri inferioris: major patet, tum, quia quod est secundum essentiam unius generis, nequit fieri alterius, nisi essentia mutetur: tum

T c c c t t t u m

tum, quia visibile per nullum superveniens fiet gustabile & e contra. Contra tertio: Ipsa ordinatio si non est, relatio, erit actus voluntatis; ergo ipsa non erit intelligibilis, cum non habentur ejus species, utpote ordinis supernaturalis.

VIII.

Probatur Conclusio tertio

ex Durando 2. d. 8. q. 5. num. 7. Quia ratio D. Thomæ, cui innititur ejus sententia negans, nihil convincit, ergo: probat ant. Durandus his verbis: Quia istud habet multas calumnias (Dico ego, pace Tanti Doctoris Sancti) Dato enim, quod voluntas soli Deo subiaceat, quoad causalitatem, non sequitur, quoad cognoscibilitatem, alioquin non cognosceremus ea, quæ à solo DEO creata sunt, ut sunt Cælum, materia prima &c. Item dato, quod voluntas Deo subiaceat, quoad motionem, non tamen sequitur, quod non subiaceat aliis, quoad cognitionem: quia per eandem rationem motus cæli, qui est à voluntate angeli moventis, non esset notus nobis. Item ratione libertatis voluntatis non potest latere nos motus ipsius, quia libertas non est impedita ab alterius cognitione, sed ab alterius coactione. Specialiter autem in proposito nostro, si cogitationes nostræ laterent Angelum, quia dependent à voluntate, per eandem rationem & operationes transeuntes in materiam exteriorem, quæ imperantur à voluntate, laterent ipsum, non enim est differentia in his & in illis, quoad cognitionem Angeli, cui ea nota sunt, cæteris pariter, intrinseca & extrinseca, eò, quod non accipiant cognitionem à sensibilibus. Sed in contrariam

IX.

Opponitur Autoritas Sacræ Scripturæ

pluribus in locis, signanter Jeremiæ 17. ubi dicitur: *Prayum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscat illud? Ego Dominus scrutans corda,* 2. Regum 8. *Tu solus nosti corda filiorum hominum;* ergo Angelus nequit naturaliter cognoscere secreta cordium, etiam relictus viribus naturæ suæ, quia nihil potest ei adscribi, quod soli Deo competit, ergo. R. negando consequentiam utramque, quia quod Deus dicatur solus scrutator cordium, est Primò, quia universaliter cognoscit omnia, tam præsentia, quam præterita & futura, ex propria perfectione, ut impossibile sit impedire, quin ea cognoscat: Secundò, quia cognoscit, ut Judex universalis, quo modo nec Angeli boni, nec Angeli mali possunt ea cognoscere: Tertio, quia ea cognoscit cum necessitate absoluta, quatenus illa nequeat objectivè præsentia non habere, defectu cujus multos bonos motus Angeli boni non cognoscunt, nec mali, quia Deus impedit & cum eis non concurrat, quod si concurreret, posset omnino cognoscere. Unde autem sciam, quod non concurrat, si quæras? Respondeo, quia ad perfectionem libertatis pertinere videtur, ut possint Angeli aliquas cogitationes & pias affectiones voluntatis, sibi reservando, occultare.

X.

Instatur: Ex solutione sequeretur, quod etiam solus DEUS cognosceret res naturales, quia ille solus eas cognoscit ex necessitate, ex

omnimoda perfectione, quæ impedit non potest, sed certum est, quod ille solus non cognoscat; ergo si illi textus aliquid probant, probant nullo modo Angelum secreta cognoscere, alioquin si cum illis limitationibus Deus tantum cognoscit, stat sequela intellectus. R. concedendo sequelam, quia solus DEUS res naturales, ex necessitate & propria perfectione, omnes simul cognoscit, tam præteritas, quam præsentis: quod autem de cogitatione secretorum cordium magis loquitur Scriptura, eam DEO attribuendo, est, quia sibi reservat particulariter ad punitionem & promissionem, unde dici potest, DEUM solum sibi reservare eorum cognitionem. Hinc D. Bernardus tract. de morib. & off. Præl. ait de Christo: *Solus meritis constitutus est iudex verorum & mortuorum, qui finxit singularem corda universorum, & intelligit omnia opera eorum.*

Dico 2. Probabilis est defectus, angelis, nec bonos, nec malos cognoscere secreta cordium, id est, cogitationes intellectus & affectiones voluntatis. Hæc est extra controversiam.

Probatur primò Autoritate Sacræ

Scripturæ, Pl. 47. *Ipsè novit abscondita cordis,* 2. Paral. 6. *Tu exaudies de Cælo. Et reddis unicuique secundum vias suas, quas nostrum habere in corde suo, Tu enim solus nosti corda filiorum hominum,* & supra Jeremiæ 17. & 2. Reg. 8. in quibus omnibus locis attribuitur soli Deo cognitio cordium & secretorum; ergo defectus angelis id non conceditur.

Probatur secundò ex Patribus:

D. Augustino Enarrat. in Pl. 7. dicente: *Opera nostra possunt esse nota hominibus, sed quo animo fiant, solus ille novit, qui scrutatur corda Deum,* Rom. Pl. 141. *Ibi ergo effunde precor tuum, nisi ipse videat, qui remunerat: nec refert, quod loquitur de hominibus, quia à fortiori id tenendum de secretis Angelorum; quod autem Demones non cognoscant ullatenus secreta cordium nostrorum, expressè habet in lib. de Ecclesiasticis Dogmat. cap. 81. dicens: Interius animi cogitationes Diabolum non videt, serò sumus.*

Probatur tertio: Ex aliis, qui ex

cognitione cordium & cogitationum humanarum, probant Christum fuisse verum Deum, ut est Ambrosius in Lucam cap. 5. Chrysostr. hom. 30. & 42. in Matth. cap. 9. & 11. Hieronymus in cap. 9. Matth. sic argumentatur: *Ipse videt cogitationes hominum, sed nullum potest cogitationes internas videre, nisi solus Deus; ergo Christum est Deus.* Sic quoque argumentatur D. Bernardus tract. de moribus & off. Ep. & Præl. cap. 6. *Prayum est cor hominis & imperscrutabile, ita, ut nemo sciat, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipse est, sed nec ipse plene. Qui iudicat, Dominus est, Dominus, cuius scientiam non effugit, sententiam non subterfugit, etiam quod propriam latet conscientiam. Audivit DEUS in corde cogitationis, quod non audit vel ipse, qui cogitat. Merito quod non erat opus Domino IESU, ut qui testimonium perhiberet de homine. Ipse numerum sciebat, quid esset in homine. Quis cogitavit,*

Math. 9. ait, mala in cordibus vestris? respondebat non sermonibus, sed cogitationibus. Audiebat non loquentes, videbat non apparentes. Sancti, inquam, Patres ex cognitione cordis cogitationum, colligebant Christum esse verum Deum, sed hæc argumentatio prorsus nihil valeret, si Angeli defecto cognoscerent secreta cordium, ergo: maj. constat ex autoritate Patrum adducta: min. est evidens, quia malè concluditur aliquem esse verum Deum, ex eo, quod est commune Deo & Creaturæ, sed si defecto cognoscerent Angeli secreta cordium, hoc esset commune Deo & ipsis, ergo.

XIII. Dices cum Durando, Sanctos Patres non deduxisse ex cognitione secretorum cordis præsentium, Christum esse verum Deum, cum nec in Scriptura id pro argumento Divinitatis aliquo modo ponatur, sed ex eo, quod omnia cordis secreta, tam præsentia, quam præterita & futura cognoscebat. Sed Contra: In prædictis locis, saltem in aliquibus, sermo est de præsentibus cordis secretis. Deinde de illis præsentibus loquuntur Hieronymus & Bernardus &c. Deniq; sine fundamento limitantur Scripturæ verba dicentia, absolute soli Deo competere hujusmodi cognitionem, ut significent omnia secreta collectivè sumpta, cum illa non solum sint secreta, sed quælibet etiam in particulari. Tandem videtur, quod nihil debeat dici secretum cordis, nisi, quod actu præsens est, nam, quod fuit, perinde se habet, ac si non esset & quod erit, nondum est.

XIV. Dices cum Hervæo, Patres non colligere divinitatem ex cognitione secretorum cordis, quoad substantiam, sed tantum ex cognitione eorum omnimodo, quo cognoscibilia sunt, quod bene potest fieri, cum Angeli non cognoscant omni modo, quo sunt cognoscibilia. Sed Contra: Hæc glossa omnino falsa videtur & voluntaria, quia nec in verbis Christi fit ulla mentio de cognitione secretorum cordis, quoad omnem modum, quo cognoscibilia sunt, nec Patres in sua argumentatione unquam dixerunt, ideo se colligere, Christum esse Deum, quod cogitationes cordis cognoscat omni modo, quo sunt cognoscibiles, imò nec hoc dicere poterant, quia probabiliter Christus, quæ homo, non cognovit secreta cordium omni modo, quo sunt cognoscibilia, quia sic non possunt cognosci, nisi per cognitionem comprehensivam, quam Christus probabiliter non habuit. Et, quævis sic bene defendantur Scripturæ, & Patres & infantia datæ solvantur, attamen

XV. Dico 3. Non est dogma fidei, quod Angeli boni defecto non cognoscant præsentia cordium secretorum, quævis fidei valde conforme sit, Angelos malos ea non cognoscere.

Probatur Quia ex vulgato Theologorum: Quod expressè non traditur in Scriptura, nec explicitè continetur in Evangelio, nec definitur in Conciliis, nec à Sanctis Patribus ab Ecclesia, quantum ad doctrinam authenticam, docetur, non est dogma fidei, sed nihil horum habetur, quod Angeli non cognoscant secreta cordium, ergo. Deinde, nihil est de fide, F. Amandi Hermann Metaphysica.

quod per aliam Scripturam sine contradictione ad determinationem explicari potest, sed sic possunt explicari Scriptura & Patres, ergo: major patet: Probatur minor: Nam licet dicatur, quod solus Deus habeat immortalitatem, tamen non sequitur, quod Angelus etiam non sit ex natura sua, semel ad extrâ positus, immortalis, sed quod immortalis non sit eo modo, quo Deus, nempe omni indefectibilitate, & annihilabilitate: ergo à pari sic discurre potest. Quod autem Demones defecto non cognoscant secreta cordium, expressè docet Doctor in 4. dist. 10. q. 8. quodq; fidei sit magis contentaneum, exinde deduco, quia alioquin multa bona impedirent, cum tamen alligati sint, ut nocere non possint, nisi volenti, nec hominibus mala machinari, nisi in quantum permittuntur. Deinde magis conforme videtur ad pœnam eorum subtrahere hujusmodi concursum generalem, sicut subtrahit, ne possint se pro libitu localiter movere, nec cessare à consideratione perpetua ignis infernalis.

QUÆSTIO V.

An Angeli similiter mysteria gratiæ naturaliter cognoscant & quæ?

Quaestio hæc procedit de omnibus mirabilibus effectibus Omnipotentia Divina, quæ misericordiarum Pater, pro salute hominum, ex nimia charitate operari dignatus est & usque nunc operatur, qui proinde mysteria gratiæ appellantur; suntq; in duplici differentia, alia enim dicuntur *supernaturalia in substantia, alia in modo*; prima sunt ea, quorum entitas est supra vires naturæ absolute & omnimodè, ita, quod à solo Deo sint producibilia citra ullum debitum, & exigentiam virtutis creatæ, imò juxta aliquos dummodo concursus specialis Dei, ad aliquid producendum, sit indebitus & specialis, licet partialiter & effectivè producat à causa creatâ, propter actus virtutum Theologicarum, de quibus controvertitur, simpliciter autem supernaturalia in substantia sunt Incarnatio, Mysterium Eucharistiæ, habitus supernaturales, auxilia specialia, &c. Supernaturale quoad modum est illud, cujus entitas est supra vires naturæ non absolute, sed tantum quoad circumstantiam, ex modo, quo hic & nunc fit, ut suscitatio mortui, &c. Ita quod utriusq; differentia constituitur per extrinsecam comparationem ad agens, vel ad subjectum, in quo forma supernaturalis recipitur, non verò differunt intrinsecè, quia habitudo ad agens aliud & aliud, non reddit rem intrinsecè diversam & entitativè distinctam præter perfectiones divinas, quæ intrinsecè sunt in substantia formaliter supernaturales. De mysteriis gratiæ, in posteriori acceptione, non est difficultas, bene tamen de supernaturalibus, quoad substantiam. Verum

Notandum adhuc, Quod, quando quaeritur, an Angelus naturaliter cognoscat mysteria gratiæ, tunc naturaliter non excludere concursum objecti, & ceterarum causarum

Tette 2 natura-

naturalium ad cognitionem necessariarum, presentie nempe & approximationis, ac dispositionis, sed naturaliter hic sumitur, prout opponitur ad concursum supernaturalem. Item id cognoscere non sumitur pro quacunque noticia, sed pro noticia intuitiva, qua res videtur, ut praesens est in se, non vero ut absens, vel per species, seu abstractivè, nam sic multa gratiae mysteria, posse etiam nostrum intellectum cognoscere, certum est, à fortiori proinde Angelicum.

III. Notandum ultimò, Quòd, licet

Doctor subtilis in 4. d. 10. q. 8. indefinitè dicat, mysteria gratiae, ex quo sunt posita in actu, angelum posse ea cognoscere, si sibi & viribus suis cum concursu generali relinquatur, attamen non est universaliter locutus, nam quodlib. 14. sub Litt. O. expressè docet, Objectum primum intellectus Angelici, esse praecisè ens limitatum ad se vel ad alterum limitatum, quare excipienda sunt mysteria Sanctissimae Trinitatis, utpote intrinsicè illimitatum, & quacunque alia respectum ad Deum, vel ad liberam voluntatis Divinae dispositionem praeferebant, ut incarnatio verbi, justificatio impii per infusionem formae supernaturalis, cunctaque opera iusti de condigno vitae aeternae meritoria, sic etiam mysteria omnia in actibus Divinae voluntatis & intellectus intrinsicè consistentia, ut mysteria praedestinationis, reprobationis, finalis praescientiae, damnationis & glorificationis creaturae rationalis.

Hinc de Mysterio Sanctissimae Trinitatis praclare Divus Augustinus ait: *Vas fictile* (homo) curiose querit scire de Mysterio Trinitatis, quod Angeli in Caelo (viribus propriis, supple) scire non possunt: ita Serm. 189. de Tempore. Et D. Bernardus lib. 5. de Considerat. cap. 8. *Dicamus itaq; tres, sed non in praedictum unitatis. Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum, non scrutandum. Quomodo pluralitas in unitate & hac unitate, aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc temeritas est, credere pietas est, nosse, vita & vita aeterna est.* Similiter per totum caput quintum tract. ad Hugonem. His itaq; praemis

IV.

Angeli mali habent virtutem integram ad cognoscenda supernaturalia.

Dico I. Angeli mali habent virtutem integram, in suo ordine, ad cognoscenda mysteria fidei & gratiae, extrinsicè tamen, per denegationem Divini concursus, impeditam. Ita Doctor in 4. d. 10. q. 8.

Probatur ex D. Bernardo tract. ad Hug. cap. 5. *Sanè etenim reprobi spiritum, & si destituti sint participatione gratiae spirituali: non tamen vivacitate industriae naturalis; ergò ex se habent quamvis impeditam. Nec hoc impedimentum dicendum esse miraculosum, quia status illorum subtractionem illam exigit ex rectitudine iustitiae vindicativae; tum, ne ipsi impediant salutem hominum, quod facerent, si illa cognoscerent.*

V.

Dices 2. Angeli boni habent virtutem naturalem, cognoscenda mysteria gratiae evidenter, &

defactò illa cognoscunt, ex quo posita sunt in actu, & in quantum rebus creatis substantiam. Ita Scotus communiter.

Probatur primò: Quia totum ens creatum est objectum adequatum proportionatum intellectus Angelici, quantum ad cognitionem, & abstractivam, & intuitivam, sed mysteria gratiae sunt entia creata, ergò continentur inter latitudinem objecti Angelici, ergò in illa Angelus evidenter poterit tendere.

Dices: Totum ens naturale esse objectum intellectus Angelici, non vero supernaturale. Contrà: Illa mysteria gratiae supernaturalia in substantia, sunt entia creata, sed ens creatum est objectum adequatum intellectus Angelici, ut ipsi fateri debent; ergò negari non debet, quin ea possint cognoscere, cum nullus sit excessus in entitate finita ac limitata eorum.

Instabis: Excessum esse, eò, quòd sint altioris ordinis, cum autem objectum non debeat excedere potentiam cognoscitivam in modo essendi, proinde Angelus non poterit ea cognoscere. Sed Contrà primò: Mysteria gratiae, licet sint altioris ordinis per respectum ad causam productivam vel ad subiectum, non sunt tamen altioris ordinis in entitate secundum se considerata, cum sint in determinata aliqua specie qualitatis, praecedentis ad ordine ad causam, vel ad subiectum; Quòd autem per respectum causae, vel ad subiectum sint altioris ordinis, parum est ad rem & quid purè extrinsecum, non vero intrinsicum. Contrà secundò: Falsum omnino est, quòd objectum non debeat excedere potentiam cognoscitivam in modo essendi, quia sic, primò nec Angelus posset cognoscere accidentia, nec spirationes & negationes, nec entia materialia, quia haec omnia habent diversum modum essendi à potentia cognoscitiva Angelorum; nec valet responsio eorum, quòd per species concretae ista cognoscant, quia etiam ista sunt alienus ordinis in essendo. Contrà tertio: Si daretur intellectus creatus, cui lumen gloriae esset connaturale (ut hic Praeg. solemniter defenderunt Professores Seminarii Archi-Episcopi, tanquam possibile) visio Divina esset connaturalis, & tamen modus essendi Divinae Essentiae excederet in infinitum modum essendi huiusmodi intellectus, ergò. Contrà quarto: Quia, licet intellectus Angelico beato defactò sit visio supernaturalis, tamen non est ei supernaturalis, in quantum informatus est lumine gloriae: ergò excessus nihil facit. Contrà quinto: Hinc sequeretur, quòd nullus Angelus possit Deum videre in beatitudine, quia quantumcumque informatus per lumen, Deus eum in infinitum excedit.

Dices: Hic Sermonem esse de cognitione naturali, non supernaturali, qualis est visio, in naturali tantum nullus debet esse excessus, licet sit in supernaturali. Contrà ad illam visionem concurrat intellectus, sicut aliae potentiae ad sua objecta cognoscenda; ergò si excessus in consideratione

sideratione haberi debet, nec supernaturaliter cognosci poterit, quia Deus nunquam poterit eum elevare, sicut non potest elevare oculum ad percipiendum sonum, dulcedinem, vel alios sapores, eò, quòd ista excedant objectum oculi.

Probatum Conclusio secundò:

Angelus habens actum supernaturalem, experitur se illum habere, & Dominium, quod habet super tales actus, exigit, ut supposita eorum existentia, eos possit naturaliter cognoscere, ergò.

Dices: Angelus quidem noscere, se habere actus fidei, verbi gratia & amoris, non tamen noscere an sint supernaturales, quia eos tantum abstractivè cognoscit & non perfectè. **Contra,** Angelus sine discursu & immediatè illos actus in se experitur, ergò potest experiri illum actum esse supernaturalem, dato enim concursu Dei ad cognitionem actus, gratis dicitur solum concurrere ad cognitionem actus sub ratione communi, in qua convenit cum actibus naturalibus, & non ad rationem specificam supernaturalitatis, maximè cum utraq; ratio identificetur. Deinde Angelus videns clarè & distinctè Deum potest naturaliter per actum reflexum naturaliter experiri se habere talem visionem, sed tunc noscet se habere cognitionem claram & intuitivam Dei, ergò supposita elevatione intellectus Angelici, & concursu generali cognoscet naturaliter talem visionem esse supernaturalem. Sed contra conclusionem directè

nam, ut supra dixi. **R. 2.** negando consequens, argumentum enim laborat fallacià distributionis, arguit enim ab excessu secundum efficientiam ad excessum secundum entitatem & intelligibilitatem.

Instatur: Angeli non habent media naturalia ad cognoscenda hæc mysteria, ergò. **Ant.** probatur, quia nec species talium entium sunt Angelis magis debita, quàm ipsæ qualitates supernaturales; nec tales species possunt fieri per causas naturales, **R.** negando ant. ad cuius probationem dico, quòd vel species harum qualitatum habebunt Angeli sicut aliarum rerum creaturarum; vel poterunt intuitivè ea mysteria cognoscere sine speciebus, cum eis sint debite præsentia, quare ab ipsis rebus poterunt acquirere species. Sed

Urgetur: Species repræsentantes debent esse ejusdem ordinis cum mysteriis, ergò debent esse supernaturales & consequenter, non magis illis debita quam mysteria; probatur ant. quia species sunt entitativè proportionata ad repræsentandum objectum prout est in se. **R.** negando ant. quia species semper deficit ab objecto, aliàs oporteret speciem repræsentantem substantiam esse substantiam. Et licet species debeant esse proportionata non requirunt tamen similitudinem entitativam specificam, sed in communi spiritualitatis.

Arguitur 2. Quæ pendent ex libera Dei voluntate non possunt Angeli naturaliter cognoscere sed, &c. ergò. **R.** dist. ma. antequam adesse ponantur concedo, posita in eis & actu si creatis rebus subitent nego ma. & concessa mi. nego consequens. patet ex dictis. Imò etiam Angelus potest arguitivè cognoscere ipsum Deum ut Authorem supernaturalem, licet directè & immediatè id non possit.

Arguitur 3. Intellectus Angelicus indiget virtute elevante ad videndum Deum, quia ipse est supernaturale objectum, ergò etiam alia mysteria gratiæ videre non poterit sine elevatione tali. **R.** negando consequens, disparitas est. Quia Deus est objectum intrinsecè supernaturale, infinitè distans ab intellectu Angelico, speculum liberum & voluntarium, alia mysteria sunt tantum extrinsecè supernaturalia, in perfectione minora vel saltem non perfectiora, quàm ipsa substantia Angeli. Sed

Quæres: Quænam mysteria possit Angelus connaturaliter cognoscere? **R.** Habitus fidei, spei & charitatis supernaturales, actusque eorum, & opera meritoria de condigno vitæ æternæ, item habitus luminis gloriæ & gratiæ consummata, actusque beatificos, beatis inexistentes, quia actus isti omnes sunt entitates absolute, dicentes connotativè respectum ad objectum, unde non excedunt latitudinem intellectus Angelici magis quàm substantia ipsa Angeli. Verum quia respectum ad objectum connotant. Ideo.

Dico 3. Angeli non cognoscunt habitus & actus illos supernaturales nisi quoad entitatem absolutam in genere qualitatis. Probatur, quia mysteria illa vel sunt media ad salutem consequendam

XI

XI. Secundum

XII. Tertium

XIII. Angeli cognoscunt habitus illos quoad entitatem

VIII. Obijciunt D. Bernardus.

Opponitur Autoritas D. Bernardi tract. ad Hug. cap. 5. ubi defendit quòd homilia 1. super missus est, docuerat, Neminem Angelorum cognovisse Mysterium incarnationis præter solum Archangelum missum à Deo; & D. Dionysii Cœlest. Hierarch. cap. 7. ubi ait, Angelos inferiores didicisse à superioribus Christum, & sic cognovisse Mysterium incarnationis, ergò Angeli nequeunt cognoscere mysteria gratiæ connaturaliter. **R.** negando consequens, quia de hoc mysterio est specialis difficultas, ut infra dicam. Deinde Sancti Patres non loquuntur de mysterio in actu posito, sed antequam poneretur, ut ex D. Bernardo clarè colligi potest; & transeat quòd etiam de in actu posito loquerentur, non est paritas de aliis, quia hoc mysterium non constat entibus creatis & finitis, sicut alia plura mysteria gratiæ. Jam ex ratione

IX. Argumentum in oppositum primum.

Arguitur Intelligibilitas cujuscumq; rei est naturali entitati ejus proportionata, sed mysteria gratiæ sunt supra naturam Angeli, ergò etiam supra intelligibilitatem. **R.** dist. ma. intelligibilitas est proportionata, ita quòd sicuti est posita etiam intelligi intellectu creatura vel increata, concedo ma. ita quòd solum possit intelligi eo modo, quo est ad extra producta nego ma. & dist. mi. sunt supra naturam Angeli productivam concedo, entitativam nego mi. & consequens. Itaque si semper ens deberet intelligi tantum eo modo quo est, sequeretur quòd substantia per accidens non posset cognosci, nec essentia divina per visionem divi-

dam vel salus & beatitudo in iis consistit, sed media ad salutem inveniuntur soli acceptationi divinæ quæ naturaliter nequit ab Angelis cognosci, utpote liberæ Dei voluntatis & benignitatis, sicut etiam objectum liberum est, & voluntarium speculum ipsiusmet beatitudinis, ergo quoad hanc formalitatem & respectum non continentur intra latitudinem objecti Angelici. Nec est necesse quod quando aliqua entitas absolute cognoscitur, cognoscatur etiam intuitivè, vel abstractivè, omnis respectus ejus, vel omnis terminus, sed sufficit quod arguitivè cognoscere possit. Ulteriùs

XIV.

Possunt cognoscere existentiam corporis Christi in Eucharistia.

Dico 4. Intellectum angelicum potest naturaliter intuitivè cognoscere existentiam corporis Christi in Eucharistia. Ita Scotus 4. d. 10. q. 8. pro qua notandum in Eucharistia sex deprehendi quæ particularis sunt considerationis; Primò est unio hypostatica, corporis & sanguinis Christi cum divinitate. Secundò efficientia hujus Sacramenti, seu Transubstantiatio panis & vini in corpus Christi. Tertio effectus, nempe sanctificatio suscipientis. Quarto desitio panis. Quintò existentia accidentium sine subiecto. Sextò, realis presentia corporis Christi. Tria prima non cognoscit Angelus, quia involvunt Deitatem, suntque extrinseca huic Sacramenta pro formali, vel involvunt specialem dependentiam voluntatis divinæ, ideo de his negat Scotus, quòd contineantur intra objectum intellectus Angelici. De reliquis

XV.

Probatur Conclusio primò:

Quia omnia continentur intra latitudinem objecti Angelici, ergò. Patet aut. quia substantia corporis Christi continetur, continetur etiam substantia panis, ergò ubicunq; fuerit, cognosci ab Angelo poterit, ergò etiam quando substantia panis erit absens, nam potentia potens cognoscere aliquid absens, potest etiam absentiam ex 2. de anima. text. 103. ubi dicitur per visum non cognosci solum lucem, sed etiam tenebras. Et si hæc cognoverit, cognoscat presentiam Christi in Eucharistia, quod probatur, quia ubi objectum est proportionatum potentia per se, modus accidentalis ipsius objecti non potest impedire cognitionem ejus, quia quod est per accidens non variat id quod est per se, sic enim res habent cognoscibilitatem sicut habent entitatem, substantia autem corporis Christi est prior, quam ille modus existendi, ergò etiam intelligibilitas erit prior, ergò modus non variabit eam utpote posterior, & accidentalis.

Dices: Modum qui connaturaliter intra latitudinem objecti continetur non variare rationem intelligibilitatis, sed iste modus Eucharisticus non continetur intra objectum Angelici intellectus, atqui proinde variat intelligibilitatem corporis Christi, & consequenter non poterit cum intelligere cum non habeat species nisi rerum naturalium. Sed contra 1. petitur principium tam ratione objecti, quam ratione specierum, est enim quid creatum, quod per species representari potest sicut quodcunq; aliud. Contra 2. modus ille est intelligibilis ex sitapte natura postquam per Dei virtutem positus est adesse, ergò necessario dicit or-

dinem ad aliquem intellectum à quo naturaliter cognoscatur intuitivè, sed non ad intellectum divinum, quia hic non movetur nec mobilis est à rebus ad extra, ergò ad aliquem creatum naturaliter mobilem à quocunq; objecto finito tam ad propriam speciem, quam ad propriam cognitionem. Contra 3. iste modus est supernaturalis tantum quoad causam effectivam, non verò intrinsecè formaliter quoad entitatem.

Probatur Conclusio secundò:

Anima gloriosa potest cognoscere in Eucharistia presentiam corporis Christi, ergò & Angelus. Probatur aut. consequentia patet à pari: Anima Christi cognoscit naturaliter se esse ubicunq; est, ergò novit etiam se esse in Eucharistia, ergò etiam presentiam quæ ratione sui, & corporis sui ibi est. Consequentia probatur, quia non est possibile cognoscere se esse in Eucharistia, & non cognoscere modum, quo ibi existit, quia modus essendi in Eucharistia includitur in cognitione, quæ cognoscit se esse in loco, non enim potest cognoscere se esse in Eucharistia, & non cognoscere quod non sit extra hostiam, & quod pars non est in parte hostiæ, quia hæc includitur in illa.

Dices: Animam cognoscere quidem se

esse ibi, sed non cum modo quo est, quia etiam humanitas Christi cognoscebatur à demonibus non cognito modo unionis, ergò. R. negando aut. cujus probatio nihil concludit, quia unio hypostatica est formaliter relatio ad terminum illimitatum, scilicet Verbum divinum, quæ proinde naturaliter cognoscitur, non cognito Verbo divino, quòd est supra naturalem attingentiam intellectus Angelici, presentia verò corporis Christi in Eucharistia non dicit respectum ad terminum illimitatum, quia si sub hoc respectu consideretur ratio ab intellectu Angelico non posse cognosci, ut adverti in notabili conclusionis. Si autem dicas ut aliqui Thomistæ dicunt, hoc esse animæ Christi particulare, ex hoc tamen ad Angelos consequentia fieri non debet, nihil dicit, quia statim infero ergò supernaturalitas non est ratio cur intellectus Angelicus illam presentiam nequeat cognoscere, alioquin etiam oblatret in anima Christi, quia nihil est cognoscibile naturaliter nisi quod cadit sub objectum illius potentia, si ergò hoc cadit sub objectum animæ Christi, cadit etiam sub objectum intellectus Angelici cum idem habeant objectum. Sed principaliter contra conclusionem

Opponitur: Non potest naturali ratio

ne demonstrari mysterium Eucharistiæ esse possibile, quoad existentiam accidentium sine subiecto, & existentiam corporis Christi sub illis sine modo quantitativo, nec desitio substantiæ panis & vini, cum ista omnia sint mirè credibilia & res supernaturales secundum substantiam, ergò nec est possibile Angelum naturaliter illud cognoscere. R. negando aut. cum ratione sua, quia non quodeunq; per se dem cognitum excedit quodeunq; naturaliter cognoscibile respectu intellectus Angelici, sicut respectu intellectus nostri consue-

Initiat

Instatur. Ille modus accidentium solitariè est supernaturalis tam ex parte efficientis, quam ex parte propriæ formalitatis, quia non est tantum supernaturalis sicut est visus relictus cæco, sed sicut unio hypostatica, ergò simpliciter excedit intellectum Angelicum. R. negando ant. cum sua probatione, quia visus cæco relictus est effectivè tantum supernaturalis secundum modum; modus autem accidentium, & existentia corporis Christi sub illis est effectivè supernaturalis secundum substantiam.

Dico 5. Intellectum Angelicum nequit suis visibus naturaliter cognoscere mysterium incarnationis etiam in actu positum. Est communis &

XIX.
Non tamen
mysterium
incarnationis
etiam in
actu positum.

Probatur primò Autoritate Patrum. Augustini tract. 7. in Joannem dicitur: *Tantum eis innotuit quantum voluit, innotuit demonibus non per id quod est vita æterna, & lumen incommutabile, sed per quædam temporalia virtutis sue effecta, & quando ea paululum suppressenda iudicavit, dubitavit de illo demonum princeps; Ubi docet, demonem quidem scivisse Christum venturum maximè ex Scripturis, non tamen ultra quam ei Deus permiserat, verum naturaliter non cognovit & certò, alioquin non dubitasset, suspicatus est ergò demon hunc esse Christum.* D. Bernardi de annunt. serm. 2. *Abyssus planè imperforabilis incarnationis Dominice Sacramentum, Abyssus impenetrabilis. Verbum caro factum est? Quis investiget? Quis attingat? Quis apprehendat.* Et tract. ad Hugonem de S. Victore cap. 5. *Modum deinde illum tam incomprehensibilem, quem & Virgo sollicita requisivit, unde queso docere queam angelus fuisse præcognitum? Mihi verò videtur nec ipsi quidem (ut pace ejus dixerim) qui nuntiabat. Quod & ipse fatetur, si ejus verba diligenter advertimus. Respondens quippe Spiritus Sanctus supervenit in te, nonne aperte mittit ad Magistrum Spiritus Sancti, cuius unctio doceatur de omnibus, quorum ipse sibi non præsumit scientiam, & dicitur at experiendo, quod audiendo non poterat? Denique subiungit; & Virtus Altissimi obumbrabit tibi, expressus profectò significans modum secretissimum Arcani incomprehensibilis & ineffabilis Sacramenti. Et tandem subdit: Porro autem si diabolus eam nec post conceptionem agnovit, Joseph utiq; dispensatione deceptus: Credi potest & Sanctus Angelus vel ante (& post) minimè innotuisse; Sanè enim reprobi Spiritus estis destituti sunt participatione gratiæ spiritalis, non tamen vivacitate industria naturalis.*

Probatur secundò Ratione: Quia non potest cognosci unio hypostatica humanitatis ad Verbum, nisi Verbum ipsum ad quod terminatur, cognoscatur; sed Verbum Patris æternum à nullo creato intellectu naturaliter videri & cognosci potest directè, cum sit ens simpliciter naturale, & speculum voluntarium, ergò. Probatur ma. quia sicut cognitione abstractiva non potest cognosci relatio, secundum esse & non dici, nisi cognito termino, ita nec relatio intuitiva, sed unio hypostatica est relatio simpliciter secundum esse ergò. An autem possit hoc mysterium arguitive ab Angelo cognosci lis est & pendet à pluribus aliis sententiis; juxta quas quilibet respondere debet. Sed contra conclusionem

Opponitur Autoritas Doctoris subtilis 4. sup. ubi vult Angelum quemcumque mysterium incarnationis naturaliter cognoscere, quærens enim, an aliquis intellectus creatus corporis Christi in Eucharistia naturaliter videat, respondet affirmativè, exponens Ambrosium super Lucam dicentem: *Malignum Spiritum latuisse mysterium incarnationis*, non esse absolute intelligendum, quasi simpliciter non habeat potentiam videndi illud, sed ex hypothese, quòd non fuerit illis permissum uti illa sua naturali potentia videndi illud quoad esse suum formale, ergò. R. negando conseq. quia Scotus non concedit Angelo potentiam naturalem absolute in ordine ad esse formale hypostaticæ unionis, sed tantum in inordine ad circumstantias illius profusus extrinsecas ex parte Matris.

Instatur. Unio hypostatica quoad esse suum formale non excedit limites objecti creati naturaliter motivi intellectus Angelici, cum sit formaliter creata, nec intrinsecè includens fundamentum, vel terminum, cum tantum sit unio extremorum, ergò etiam quoad esse suum formale poterat Angelus illud cognoscere. R. negando ant. cum sua ratione, quia licet unio hypostatica intrinsecè extrema non includat, ex propria tamen sua natura intrinsecè illa connotat, adeoque nequit distinctè cognosci non cognitis extremis.

Dico 6. Angelus non potest naturaliter directè distinctè cognoscere remissionem peccati. Est etiam communis. Probatur, quia peccatum non remittitur nisi Deus velit illud remittere vel per condonationem extrinsecam, nempe per actum liberum divinæ voluntatis; vel per infusionem alicujus formæ oppositæ illi peccato, sed Angelus neutro modo potest naturaliter cognoscere, ergò. Probatur mi. non primo, quia actus divinæ voluntatis utpote simpliciter infinitus est extra latitudinem objecti ipsius: Nec etiam secundò, quia illa forma non est Physicè opposita peccato, & licet sit moraliter, hoc tamen Angelus nequit cognoscere naturaliter, nisi cognoscat ordinationem Dei ratione cuius opponitur, quam non potest cognoscere; & quamvis videret actum supernaturalem charitatis, hic tamen non est plus Physicè oppositus peccato, quam ipse habitus charitatis, ergò nulla ratione naturaliter poterit cognoscere.

XX.
Obicitur De-
clar & ex-
plicatur.

XXI.
Nec remis-
sionem peccati
si directè.

QUÆSTIO VI.

De cognitione vespertina & matutina Angelorum.

Scotus in 2. d. 3. q. 9. §. Tertio persuadet propositum duplicem in Angelis commemorat naturalium notitiam, matutinam & vespertinam, utramque naturalem, prima est secundum speciem impressam divinæ naturæ; secunda ex rebus in proprio genere. Appellatur autem matutina, quia terminatur ad esse primum Ideale rerum. Secunda vespertina, quia ad esse reale, ex mente D. Aug. lib. 2. Gen. imperf. cap. 25. & 11. Civit. cap. 29. ubi opinaturs illos sex dies creationis non esse secundum

I.
Quid intelligatur per
cognitionem
matutinam
& vespertinam.

dium successione temporis, sed in cogitatione Angelica, cogitavi enim D. Aurelius Deum omnia eodem temporis momento creasse juxta illud Ecclesiast. 8. *Qui vivit in aeternum creavit omnia simul.* Moyses autem narravit secundum successione temporis ob ruditatem populorum, quibus loquebatur; verum tamen postmodum, senior & sapientior effectus omnino adstruit mundum per sex dies & successione temporis fuisse factum, ut ipsum fuisse retuli in secunda parte Physicæ disp. 2. q. 3. conclu. 3. ubi videri poterit. Nihilominus

II.
Sex dies Genes. 1. pof. sunt accipi tropologicè.

Dico I. Congruè & commode potuit D. Augustinus distinguere sex dies quibus omnia Deus creavit, per duplicem eorum notitiam, matutinam terminatam ad primum illorum esse in Deo, & Vesperinam ad illorum esse reale extra causas, ita quod sex illi dies acciperentur tropologicè. Ita defenditur D. Augustinus à Scoto supra, à quo etiam sic probatur. Prius naturaliter novit Angelus creaturam in verbo per speciem impressam, quam in genere proprio, in quo non stando rediit in Verbum laudans eum ex opere suo, & in illo iterum videt rationem sequentis creaturæ naturaliter, ita quod quando Deus dixit: *Fiat lux*, vidit Angelus se in Verbo aeterno per speciem, & cum dictum est, *& facta est lux*, vidit se in genere proprio, & cum subtextitur *& factum est mane & vesperi dies unus*, ex se id est ex cognitione sui exsurrexit in laudem Dei, in quo vidit secundam creaturam, ita quod ista visio erat terminus præcedentis diei, & erat principium sequentis, in quantum vidit illam creaturam in genere proprio. Ita quoque ipse Augustinus sentit lib. 8. Gen. cap. 1. dicens, *sed quia illic ea dicuntur qua vix humane usus notissimus habet, non difficile, imò promissimè primitus accipiuntur ad litteram, ut deinde ex illis quid etiam futurorum res gesta significaverint, excuspatur.* Et lib. 13. cap. 24. *Attende iterum, quibus hæc legis: Ecce quod uno modo Scriptura effert, & vox personat. In principio fecit Deus Cælum & terram: Nonne multipliciter intelligitur, non errorum fallacia, sed verarum intelligentiarum generibus. Itaque*

III.
Quid Augustinus intellexerit per cognitionem matutinam.

Dico 2. Probabile est Augustinum per rerum notitiam matutinam in Verbo intellexisse visionem beatam ad differentiam naturalis cognitionis in proprio genere. Ita Scotus, ex lib. 4. Genes. D. Augustini cap. 22. & 23. & lib. 11. Civit. cap. 7. ubi ait: *Cognitio creaturae in seipsa decolorator est, ut ita dicam, quam, cum in Dei sapientia cognoscitur, veluti in arte, quæ facta est. Ideo vespera congruentius, quam nox dici potest. Et cap. 29. ipsam quoque creaturam melius ibi, hoc est, in sapientia Dei, tanquam in arte, quæ facta est, quam in ea ipsa sciunt Angeli Sancti, ac per hoc & seipsos ibi melius, quam in seipsis, verum tamen & in seipsis. Facti sunt enim & aliud sunt, quam ille qui fecit. Ibi ergo tanquam in cognitione diurna, in seipsis tanquam in vespertina. Multum enim differt, utrum in ea ratione cognoscatur aliquid, secundum quam factum est, an in seipso. Sicut aliter scitur rectitudo linearum, seu veritas signarum, cum intellecta conspiciuntur, aliter cum in pulvere describuntur. Et paulo post: Omnia hæc aliter in Verbo Dei cognoscuntur ab Angelis, ubi habent causas rationesque suas, secundum quas facta sunt,*

incommutabiliter permanentes, aliter in seipsis, clariore, hic obscuriore cognitione veluti in arte, operum; quæ tamen opera, cum ad ipsum creatorem laudem venerationemque referuntur, tanquam mane crescit in mente contemplantium. Ergo. Continetur, quia infra magis dicit quod cognoscenda verbo perscrutantur, fructio autem ad beatitudinem pertinet, ergo.

Dico 3. Est etiam veritati conformis Augustinum per cognitionem matutinam significasse matutinam, à vespertina distinctam. Ita Doctor supra. Et

Probatur: Cognitio matutina rerum creaturarum in Verbo ponitur communis omnibus Angelis bonis & malis, ergo non ponitur esse beata, cum tunc fuerint adhuc in statu & regula merendi. Sed

Dices: In Angelorum notitia non sunt tenebræ & errores, sed mane & vesperi habent tenebras admixtas, ergo male dicitur Angelos habere cognitionem matutinam, & vespertinam. R. negando consequens, quia mane accipitur hic pro primitate & prima rerum cognitione, in ordine ad primum esse ideale in mente divina.

Dices: Adhuc partes diei sunt quatuor mane, meridies, vesper, & nox, ergo si Angelorum notitiæ diei potest comparari, debent habere quatuor notitias. R. ne hoc esse difficile quatuor tales notitias eis concedere; Prima scilicet in Verbo abstractivè cognita, secunda in Angelis bonis in Verbo clare visis. Tertia vespertina intuitiva rerum in proprio genere & propria existentia. Quarta nocturna per species impressas

QUÆSTIO VII

De voluntate Angelina.

Voluntatem Angelicam per humanam, & hanc per illam congruentissimè explicari posse nemo est, qui ambigat, modo ea quæ ibi dixi hic non repetam, & que omnia, & particularia sunt brevibus adducam. Proinde

Notandum I. Voluntatem multipliciter accipi, primò enim accipitur pro natura cuiuslibet & rei inclinata ad sibi convenientiam, seu pro naturali inclinatione, ad aliquam suam perfectionem, verum hæc acceptio est valde impropria, nam licet connotet potentiam activam & passivam, de se tamen formaliter non dicit nisi solam propensionem, nec ullum actum habet, nec est indifferens ad quodcumque obiectum. Secundo accipitur pro appetitu instinctivo. Tertio pro volitione, in quo sensus dicit D. Augustinus lib. 1. Retract. cap. 6. *Voluntas est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas, id est nihil magis est in potestate voluntatis, quam ejus actus. Quarto pro potentia vitali appetitiva distincta immediatè contra intellectum & diffinitur à Scoto 3. quod sit appetitus cum ratione liber; Dicitur appetitus, quia præter appetitum naturalem communem omnium creaturæ, est in quolibet cognoscente, appetitus*

Actus vitalis, seu potentia specialis, quæ appetitus commoda & fugimus nociva: Cum ratione ad differentiam appetitus naturalis & sensitivi: Liber, eò quod non violentetur, & quod possit omnibus requisitis potest agere & non agere, tam quoad specificationem, quam quoad exercitium, seu tam quoad objecta & actus oppositos, quamdiu causa prima liberè agit, hac enim agente necessariò, voluntas amplius non possit esse indifferens, quia ageret ut mota à prima.

Christo eju, atq; Angelis supercelestibus. Verum libertas à necessitate (Intrinseca & vitaliter operans) eiq; & indifferenter Deo, universaq; tam male, quam bona rationali convenit Creaturæ. Et universim Patres omnes.

Probatur tertio Ratione: Angeli habent intellectum; ergo etiam voluntatem, ille enim hanc rectè inferit saltem de potentia ordinaria: Probatur proinde conseq. Omni rei connaturaliter inest inclinatio ad bonum sibi proportionatum, ut inanimatis appetitus innatus, sensitivus sensitivus & naturalis; ergo etiam voluntas creaturæ rationali. Confirmatur: Quia Angeli defacto possident illud bonum ad quod habent inclinationem, nempe infinitum per beatitudinem, sed beatitudo non est nisi per visionem & fruitionem; ergo habent intellectum & voluntatem.

Dico 2. Objectum voluntatis Angelicæ motivum ac terminativum est ens communissimè sumptum. Colligitur ex Scoto in 1. d. 3. q. 3. & in 2.

Probatur: Voluntas adæquatur intellectui, cum apta sit operari circa quodecunq; præcognitum, ergo idem est objectum utriusq; sub eadem ratione, sed objectum intellectus Angelici est ens comunissimè sumptum, ergo etiam voluntatis: probatur subsumptum, tum, quia ens sub utraq; ratione attingitur, nempe veri & boni: Tum quia intellectus differentiam inter verum & bonum constituit habens perfectam scientiam de ente, secundum omnes affectiones simplices & disjunctas.

Dico 3. De fide est in Angelis reperiri veram libertatem & verum liberum arbitrium.

Probatur primò ex Patribus tum supra: tum Aug. lib. 22. Civit. cap. 1. ubi ait: *Deus intelligentiam dedit spiritibus, & liberum arbitrium eidem nature intellectuali tribuit tale, ut si vellet Deum deserere continuo misera esset secutura.* D. Bernardo supra cap. 4. *Hoc namq; complebitur, quod nunc passim cuncta rationali (us jam dictum est) creaturæ commune videtur, liberum scilicet à necessitate arbitrium: erit etiam in electis hominibus, uti jam in sanctis est Angelis: Et cautum à peccato, & tutum à miseria: Similia habet infra cap. 9.*

Probatur secundò Ratione, seu deductione, de fide est Angelos bonos meritorie in gratia stetitisse & beatitudinem de condigno meruisse, malos culpabiliter cecidisse & justitiam primam amisisse, ac justè ad sempiternos cruciatus destinatos, sed si Angeli non haberent liberum arbitrium, nec mereri, nec peccare, nec justè puniri possent, nam ut dicit Divus Bernardus supra cap. 2. *Quod si ex necessitate & absq; consensu propriae voluntatis, mala bonave fieri possent; rationalis creatura, aut misera profecto nulla ratione deberet, aut beata penitus esse non posset, cui nimirum in utraq; parte id deesset, quod solum in ea miseria, sive beatitudine capax est: id est voluntas, ergo.*

Uuuuu Dico 4.

II.
Libertas quid sit.

Notandum 2. Libertatem aliud non esse quam voluntatem sub negatione determinationis intrinsecae ad unum, vel aptitudinale dominium suorum actuum, quod ab aliis proprietates immediatè voluntatem sequens dicitur. Libertas autem non requirit iudicium compositionis ad omnes suos actus, licet nihil sit volitum quin præcognitum, sufficit enim in multis simplex apprehensio, ut patet in appetitu sensitivo & ex experientia, quæ sentimus nos delectari in objecto impossibili, de quo nullum potest esse verum iudicium, verumtamen ad actus efficaces iudicium requiritur, nemo enim eligit media nisi iudicet affectionem finis sibi esse possibilem. Sunt proinde voluntatis actus (ipsa est causa totalis) alii efficaces, alii inefficaces, hi non sufficient ad electionem, bene tamen illi ut modo dixi, efficaces sunt absoluti, inefficaces significantur per *vellem* & denotat tantum affectum. Alii sunt deliberati, alii subiti, ad primos requiritur consideratio objecti & circumstantiarum, qualis ad electionem necessaria est. Actus subiti qui sine tali consideratione fiunt, suntq; duplices, quidam enim sunt primò primi, ut omnes actus sub reptitil tangentem voluntatem inopinatè & hi nullam involvunt libertatem: alii secundò primi, qui succedunt primis motibus & hi habent aliqualem libertatem, seu imperfectam deliberationem, qualem habent semidormientes & semiebrui, ut notat Cajet. in summa. Verbo delectatio, Navarrus in præludio 5. His prænotatis

III.
In Angelis est voluntas.

Dico I. De fide est in Angelis dari voluntatem, verè productricem & operatricem vitaliter per actum elicivum.

Probatur primò ex Scriptura ex Pl. 102. *Ministri eju qui faciunt voluntatem eju.* Unde pro maximo merito adscribitur Angelis quòd adimpleant ejus voluntatem, nihil autem capax est meriti & demeriti nisi ratione voluntatis, & liberi arbitrii. Deinde 1. Petri 1. *In quem desiderant Angeli prospicere, sed desiderium & complacentia sunt actus voluntatis vel appetentis, vel quiescentis in possessione boni acquisiti.*

Probatur secundò ex Patribus Augustino lib. 12. Civit. cap. 9. dicente: *Bonam voluntatem in Angelis qui fecit, nisi ille, qui eos in bona voluntate, cum amore casto creavit.* D. Bernardi. lib. de grad. & lib. arb. cap. 4. *Hoc autem indubitanter sciendum, utramq; (libertatem à peccatis & à miseria) plenam & perfectam perfectum inesse animabus carne solutis, cum Deo pariter &* *F. Amandi Hermann Metaphysica.*

IV.
Objectum est ens.

V.
Est in ipsis vera libertas.

VI.
Nempe essen-
tialis.

Dico 4. In Angelis reperiri libertatem essen-
tialem, seu cum necessitate. Ita ex Patribus Au-
gustino in Enchiridio cap. 73. ubi ait: *Liberam*
esse voluntatem, quâ ita volumus esse beati, ut non
possimus velle esse miseri. Divo Bernardo cap. 9.
Hujus bipartite similitudinis sapientie & potentie
Dei (probat hominem triplici libertate DEO
assimilari) non quidem in gradu summo, sed qui
ipsi rament esset proximior, homo conditus est in pa-
radiso. Quid enim vicinius ad non posse peccare, vel
turbari (in quo utiq; jam Sanctos & NB. Angelos sta-
re, & Deum semper esse dubium non est) quam posse
& non peccare & non turbari. Addi D. Anselm.
de lib. arb. cap. 1. dicentem: *Eum esse liberio-rem*
qui malum velle nequit.

VII.
Liberâ est
respectu cu-
juscunq; boni

Dico 5. Angelica voluntas libera est quoad
exercitium respectu omnium bonorum creatorum,
& etiam respectu ipsiusmet summi boni Increati.
Colligitur ex Scoto pluribus in locis & signan-
ter quodlib. 16. & 17.

Probatur prima pars: Tum quia
experimur nos cessare ab amore cujuscunq; ob-
jecti creati, non tantum cessante ejus confide-
ratione, sed etiam perseverante: Tum quia
nullum creatum bonum ostenditur pro nunc,
circa cujus amorem intellectus non possit in-
venire aliquam rationem mali, nempe mole-
stie, vel defatigationis, & sic voluntas ab eo
potest abstinere, & est talis non appareret, ad-
huc voluntas pro libitu suo potest actum sus-
pendere.

Probatur secunda pars primò:
Divina voluntas ideò summum bonum necessa-
riò & simpliciter diligit, quia per se recta est,
nequies ullatenus à recta regula discedere, cum
sit ipsa regula recta & rectitudo, sed voluntas
angelica non est sic per se recta, cum solum
participet rectitudinem Divinam habens ne-
cessario regulam superioris, à qua potest liberè
recedere vel volendo, vel saltem actum suspen-
dendo.

Probatur secundò: Quia intelle-
ctus potentia naturalis circa objectum suum
adequatam naturaliter operatur, voluntas ve-
rò e contra est potentia libera tendens liberè
ad bonum in commune; ergò etiam liberè sub
hac ratione ad bonum increatum. Confirma-
tur: Quia hoc est conformius naturæ liberta-

ris, & perfectio dominio suorum actuum. Et
Conclusio hæc est vera quoad hanc partem,
estò quòd admitteretur eam semper debere ha-
bere aliquam actum sub disjunctione, tum quæ
non semper necessariò cogitant de Deo, tum
quia nihil ipsos cogit ad talem dilectionem
cum infinita Dei bonitas Angelis viatoribus
(de his est potior fermo) non fit clarè visa.
Sed

Arguitur in Contrarium: Conveni-
entius est Angelicæ naturæ, quòd in operatione
sua nec laxetur, nec defatigetur; ergò non erit
libera quoad exercitium. Confirmatur: Quia
voluntas non potest suspendere quemcunq;
actum intellectus, saltem confusum, ergò nec
quemcunq; proprium. R. dist. ant. Con-
venientius est Angelicæ naturæ, & c. in ordine ad
potentiam necessariam & respectu entis natu-
ralis concedo antec. respectu potentie libere,
nego antec. & conseq. Huic enim est perfe-
ctius posse agere & non agere, quam opposi-
tum. Ad Confirm. R. quòd quemadmodum
voluntas potest suspendere omnem aliam (pri-
mâ exceptâ) cognitionem subdisjunctione,
quantum ad productionem, continuationem,
intensionem & conversionem ad hoc, vel illud
objectum, ita etiam voluntas potest, nam sicut
dicit D. Augustinus 11. Trinit. cap. 3. & 13.
cap. 27. *Intelligimus cum volumus.*

Instatur: Si esset aliquis actus volendi,
in quo non esset ulla ratio mali, nec in ejus ca-
rentia appareret aliqua ratio boni, voluntas
non posset ab eo cessare, ergò. R. dist. ant. Non
posset ab eo cessare tendendo in eum ratione
aliqua opposita concedo: per puram omis-
sionem nego.

Urgetur: Angelus nunquam cessavit
ab actu secundo; ergò verissimile est non pos-
se. R. ant. non esse adeò per se notum, &
transeat, consequens est absolute falsum. Cessat
enim nunquam cessavit à motu; ergò non
possunt?

Cætera quæ de voluntate Angelica dici
debent inferius expeditam agendo de gratia,
merito, peccato, missionibus &c. pronome sua
faciant ista. Sit igitur pro rectum ad
intellectum.

✠✠✠



DISPUTATIO III. DE SPECIEBUS ET MEDIO COGNITIONIS ANGELICÆ.

Medium cognitionis Angelicæ vocem illam, quâ mediante, seu quâ accedente completur efficacia intellectus Angelici ad cognitionem, potestq; considerari duplex, unum tenens se ex parte potentia, alterum ex parte objecti; prioris generis sunt habitus, posterioris species impressæ, de primo difficultas nulla est, certum enim est, intellectum Angelici indigere huiusmodi medio ad claram Dei visionem, non species, ac anima beatorum, item ad cognitionem fidei infusa, vel saltem indiget auxilio actuali supplete talem habitus defectum; Habitibus autem scientiæ a speciebus impressis distincti, veluti superflui in intellectu Angelico non dantur, utpote qui ex se satis expeditus est & ad objecta cognoscenda satis inclinatus. De altero, quod se tenet ex parte objecti eximia est difficultas, & tale medium vel est ipsa substantia & essentia, vel species impressæ, de utroq; in hac Disputatione.

QUÆSTIO I.

An essentia Angeli sit medium cognoscendi se & alia?

Probatur primò: Quia intellectus humanus potest cum solo concursu phantasmatum, & specierum intelligere omne intelligibile actu & proportionatum; ergo etiam Angelicus suam essentiam actu intelligibilem, ab omnimoda paritate & à fortiori, quia omne quod intellectivo imperfecto convenit, perfectiori magis perfecto modo competere debet, sed &c. ergo.

Probatur secundo: Si Angelus non potest intelligere essentiam suam, nisi ut relucet in habitu, hoc idem est; vel quia objectum non est intelligibile, nisi ut relucens in tali habitu; vel quia non est huic intellectui intelligibile, nisi ut sic relucens; vel quia requiritur præsentia objecti per informationem; Neutro modo obstat, ergo: Non primo, quia tunc Deus non posset illa cognoscere, nisi per, vel in habitu; nihil enim cognoscit, nisi quod est cognoscibile: nec secundo, quia huic intellectui est maxime proportionata; nihil enim magis proportionatum sibi, quam res ipsamet; Nec deniq; tertio, quia non requiritur præsentia per informationem, ut aliquid sit intelligibile, quia alioquin Deus non cognosceret essentiam suam.

Dices pro Henrico, neutrum illorum modorum esse, sed quia intellectus Angelicus non potest intelligere aliquam essentiam ut singularem, sed ut abstractam à conditionibus individualibus, unde, quia essentia Angeli, ut in se existens, est singularis, ut verò relucet in habitu, representatur universalis, idem talis habitus est necessarius, ut Angelus se cognoscat. Sed Contra: Hinc sequeretur, quod Deus non posset seipsum intelligere, quia est singularissimus. Nec impedit limitatio, quia tunc quidditas Angeli non esset per se ab ipso Deo intelligibilis: Nec est ibi materialitas, nec aliqua alia conditio impediens, ergo.

Dico 2. Angelum immediate seipsum cognoscit intuitivè per suam essentiam, tanquam per comprincipium objective motum sui intellectus, ad efficiendam partialiter sui notitiam.

Probatur primò ex D. Augustino 2. Trinit. ubi dicit cap. 2. Ex visibili & vidente gignitur cognitio. Ex quo sic argumentor:
Uuuuu a Omnis

I. Ad visionem indigent habitibus non reor habitibus scientiæ.

II. Angelus cognoscit se.

III. Difficultas est quomodo.

V. Ad cognoscendum se non indiget habitu.

V. Angelus cognoscit se per suam Essentiam.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Omnis causa partialis actu existens activa in suo ordine, si fuerit debite conjuncta alteri causa, absque alio medio producit effectum sibi commensuratum, sed essentia Angeli est in se actu intelligibilis, debite præfens objective proprio intellectui, non minus, imò magis, quam visibile videnti, ergò sicut ex istis, Augustino teste, gignitur visio, ita absque alio medio gignitur intellectio ex essentia Angeli, & ejus intellectu. Imò lib. 9. Trin. 12. expressè docet conclusionem, ait enim: Mens, cum se ipsam cognoscit, sola parens est notitiæ suæ, & cognitum enim, & cognitor ipsa est.

Probatur secundo: Quidquid potest causari ab aliquo secundum quid tale, potest etiam causari ab illo, quod est simpliciter tale, si utrumque est conveniens actioni. sed essentia Angeli, ut in specie existens, est secundum quid tale tantum, & potest causare in intellectu Angelico cognitionem, ergò magis ipsa essentia, major patet, & minor, quoad secundam partem, est adversariorum, probatur proinde quoad primam. Angelus in specie intelligibili habet esse diminutum, non secus, ac quodecunque aliud objectum, quia solummodo in similitudine & representabilitate, quæ causatur in virtute objecti, ergò.

VII.

Dices: Hinc sequeretur, quòd res materiales sine specie sensibili, & intelligibili possint causare cognitionem, quod tamen pro inconvenienti habetur, sequela autem probatur: Quia res sensibilis in se præfens, est simpliciter talis, & in specie tantum secundum quid talis, ergò. R. negando sequelam, cujus probationis ant. distingo, est simpliciter talis, & actu intelligibilis, ut talis, nego ant. ut simpliciter talis, & potentiâ tantum intelligibilis, concedo ant. & nego consequ. quia ad hoc ut aliquid sit intelligibile, non sufficit, quòd sit præfens in entitate simpliciter tali, sed in entitate proportionata, ens autem sensibile & materiale non est proportionatum ad intellectum de se simpliciter, sed solummodo per speciem, ergò.

Instabis: Essentia Angeli etiam non sufficit, licet sit actualiter præfens, ut intelligatur, ergò. Probatur ant. quia nihil est alteri ratio operandi immanenter, nisi informet aliquo modo illud, sed Angeli essentia, licet sit præfens, non informat intellectum Angeli, ergò. R. negando ant. cum majori suæ prob. quia quòd species primò informant aliquo modo potentiam intellectivam, per accidens est, de se enim id nullatenus requiritur, quia aliquo Deus non posset seipsum intelligere per suam essentiam, nec beati possent immediate absque specie videre Deum, quorum utrumque falsum est. Deinde objectum est causa partialis suæ cognitionis cum intellectu, sed nulla causa partialis ex propria ratione est alterius forma, & perfectio, cum qualibet absque alia habeat suam propriam activitatem; quòd autem species informant, est, quia accidentia sunt subiectum desiderantia.

VIII.

Probatur Conclusio tertiò: Species impressa essentia Angeli potest esse ra-

tio intelligendi ipsam intellectui Angelico, ergò etiam ipsa essentia, probatur consequ. quia species est ratio cognoscendi objectum non ex se sola, sed ex virtute objecti, à quo causatur, ergò multò melius poterit objectum per se, si sit proportionatum intellectui, uti est essentia Angeli; nihil enim obstat, ut ex superioribus patet, nam quòd per se existentia non obstat, quia Deus est magis per se existens, quam Angelus, & tamen intelligit seipsum, & cognoscitur à beatis; Tum quia jam ante retulavi, necessariam non esse inhærentiam, cum hoc speciebus tantum accidat. Sed in contrarium.

Opponitur Autoritas Aristotelis 3. de anima. textu 8. ubi dicit: *Animam intelligere se sicut alia à se*, ergò etiam Angelus, à paritate rationis & nature; subsumo, sed anima alia se cognoscit per speciem, ergò etiam se, & consequenter etiam Angelus cognoscet se per speciem. Deinde eodem lib. 3. textu 71. dicit: *Oportere oculum esse extra omnem colorem, alioquin, ut omnem colorem possit percipere*, ergò etiam essentia Angeli debet esse extra intellectum Angelici, ad hoc, ut possit eam cognoscere, sicut etiam extra debet esse ratio cognoscendi, qualiter tamen non est essentia Angeli, ergò. R. 1. per oppositionem alterius autoritatis, nempe D. Augustini, qui frequenter dicit, quòd anima se semper noscat, id est, semper de se habet omnia principia in actu primo, ad se cognoscendum, quamvis quoad actum secundum impediatur. R. 2. negando consequ. vel dist. ant. anima intelligit se, sicut alia, pro hoc statuo, concedo ant. pro statu separationis, nego ant. de consequ. pro illo enim tam bene se cognoscit sine specie, sicut defacto dicimus de Angelis, quare autem pro isto statu non cognoscit se sine specie, est, primò dependentia ejus àphantasmatis, ita, quòd defacto non movetur nisi ab aliquo imaginabili, & sensibili, secundò subordinatio potentiarum exteriorum ad sensitivam, & hujus ad intellectivam. Ad secundam autoritatem R. negando consequentiam, disparitas est, quia intellectus Angelicus est potentia inorganica, Philosophus autem loquitur de potentia organica, hæc autem restringitur ad certum genus objecti, certamque ejus dispositionem, non sic potentia intellectiva, quæ versatur circa totum genus entis: Quare bene Philosophus dixit, oculum debere esse extra omnem colorem, quia si aliquis color in ipso esset, vitaretur oculus, & non posset videre, nisi eo modo, quali colore infectus esset, verbi gratia alba, si albedinem haberet.

Arguitur ex ratione: Si Angelus se cognosceret per suam essentiam, loqueretur talem intellectum identificari debere essentia, & intellectui, sed, &c. ergò. Probatur sequela: Illa intellectio esset media inter essentiam & intellectum, sed si extrema identificatur sibi, magis illud, quòd est medium, ergò. R. negando sequelam, cujus probationis major dist. est media in essendo & entitate, nego ma. in genere intelligibile, & in ratione intentionali, concedo ma. & dist. similiter minor nego consequ. quia secundum suum esse, & entitativa

titativè intellectio non est medium, sed extremum, quia est effectus communis utriusque ab ambobus productus.

Dices. Intellectio non habet distinctionem nisi ab objecto & potentia, ergò cum utraque sit idem realiter, etiam intellectio erit eadem cum ipsis. R. dist. ma. habet distinctionem ab objecto & potentia intrinsecè, & à priori, nego ma. extrinsecè, & à posteriori, concedo ma. itaque intellectio Angeli distinguitur formaliter per seipsam, sicut quicumque effectus à sua causa; extrinsecè verò per ordinem ad alia objecta.

XI. Dico 3. Angelus potest etiam se abstractivè cognoscere per speciem, quæ desatò probabiliter in Angelo reperitur impressa à sua propria substantia.

Probatur prima pars: Angelus est abstractivè cognoscibilis, ergò; probatur ant. quia Angelus unus potest cognoscere abstractivè alterum, ergò est abstractivè cognoscibilis, & si ab alio, ergò etiam à seipso, cum non sit major ratio de uno, ac altero; quòd si dicas, esse rationem, quia videlicet alter cum non cognoscat semper intuitivè, adeoque potest abstractivè, sed hoc nihil est dicere, quia non est necesse, quòd se semper intuitivè cognoscat; &posito, quòd se intuitivè non cognosceret, tunc posset se cognoscere abstractivè.

XII. Dices: Intellectus Angelicus non potest cognoscere essentiam suam, quin cognoscat existentiam, ergò si seipsum cognoscat, hæc cognitio erit intuitiva, & non abstractiva, quia ad rem præsentem, & existentem, nempe ad essentiam Angeli. R. 1. negando ant. quia hoc ex nullo capite probatur, non ex identificatione, nam animalitas est identificata rationalitati, & tamen, quando cognitio terminatur ad animalitatem, non propterea terminatur ad rationalitatem, sic est in proposito. R. 2. negando conseq. licet Angelus cognosceret naturam suam, ut existentem, tamen potest illam cognoscere, ut à se distantem, sicut ego per phantasma Petri absentis video essentiam Petri existentis, sed non mihi præsentis, & est cognitio abstractiva, sic Angelus potest habere speciem sui ipsius, per quam seipsum tanquam absentem intelligat etiam existentem, quia cognitio intuitiva est rei existentis, & præsentis, ut talis.

XIII. Probatur secunda pars primò: Substantia Angeli apta est imprimere propriam speciem intellectui alterius Angeli, cum illi fuerit debitè præsens, ergò etiam in intellectu proprio, cum sit ejusdem rationis; probatur conseq. quia si reperitur propria species in intellectu alterius, non est ratio, cur denegetur proprio. Secundò: Activo & passivo naturali totaliter adequatè approximatis, si nullum adsit impedimentum, necessariò sequitur actio, sed substantia Angeli est principium naturaliter causativum speciei propriæ in intellectu creato cujuscunque alterius, veluti in subiecto idoneo naturaliter receptivo, ergò existens sic conjuncta proprio intellectui etiam imprimet ei sui speciem. Sed

XIV. Arguitur in contrarium: Sicut natura non decet in necessariis, ita non est distributrix

in superfluis, sed hujusmodi species est superflua in Angelis, cum per essentiam suam possit omnia cognoscere, ergò. R. 1. retorquendo argumentum, natura nullibi dat potentiam, quæ sit superflua, quæque non possit habere suum effectum, sed natura dedit potentiam essentia Angeli ad producendam speciem, ergò ubicunque erit, poterit eam producere, sic etenim dicimus, quòd Angeli non debeant habere species omnium rerum infusas, quia possunt naturaliter eas acquirere. R. 2. negando mi. quia talis species deservit ad habendam cognitionem abstractivam, si Angelus non cognosceret se intuitivè.

Instatur Angelus semper se cognoscit intuitivè, ergò nunquam est necesse se cognoscere abstractivè, quia præsentem cognitionem perfectà frustra adest imperfecta. R. negando conseq. ad probat. dico, quamvis intuitiva sit perfectior, quàm abstractiva, hæc tamen non est imperfecta, adeoque non erit gratis, & superflua, imò ad majorem perfectionem Angeli, quòd se pluribus cognitionibus diversis possit cognoscere; deinde per accidens tantum esset, quòd non semper, aut rarò exiret in actum, factis enim est, quòd exire possit.

Dico 4. Angelus per suam essentiam nec intuitivè, nec abstractivè, distinctè, & propriè alia à se cognoscit. Ita Doctor 2. d. 3. q. 10.

XV. Non cognoscit per suam essentiam alia.

Probatur primò: Nulla res creata continet alia à se in esse reali, & cognito, instar naturæ divinæ ob ejus limitationem, ergò nihil potest Angelus distinctè & propriè, abstractivè, vel intuitivè cognoscere per suam essentiam.

Probatur secundò: Propria essentia Angeli non est ratio cognoscendi alia, tanquam species impressa, cum hæc sit imago rei ab ipsa re impressa & producta, vel à Deo causata, nec etiam est ratio cognoscendi, ut medium cognitum, cum nec essentialiter, nec eminenter, nec virtualiter contineat entitatem & intelligibilitatem aliorum, ergò nullo modo Angelus per suam essentiam alia à se cognoscit.

QUÆSTIO II.

An Angelus cognoscat essentiam divinam per suam substantiam, vel an aliter, & quomodo?

In hac quæstione duplex est sententia, prima divi Thomæ 1. p. q. 56. art. 3. docentis, Angelum habere cognitionem distinctam essentia divinæ (de confusa non est difficultas, ut mox videbitur) non quidem per aliquam speciem intelligibilem ipsius essentia, aliam ab essentia Angeli, sed per suam propriam essentiam, tanquam per medium cognitum, & tanquam per rationem formalem cognoscendi, veluti speciem intelligibilem representantem Deum, cujus vicem ipsa essentia Angeli gerit, cum alia talis species sit impossibilis, quòd autem gerere possit hujusmodi vices essentia Angeli, est, quia ipsa est imago representans distinctè. Scotus contra hic q. 9. negat, Angelum posse habere cognitionem distinctam

I. Duplex est sententia.

Uuuuu 3 stinctam

distinctam per essentiam Angeli, tanquam per rationem formalem cognoscendi, sed Angelum habere talem cognitionem naturalem distinctam per speciem intelligibilem possibilem, à Deo ipsis in prima creatione infusam, quam, licet non necessariò sequatur naturam, naturalem vocat, distinguendo contra merè supernaturalia gratiæ & gloriæ, unde cognitionem illam, quæ mediante hac specie, elicitur, ait posse dici naturalem, & ad naturalem cognitionem pertinere; quamvis etiam aliquo modo possit vocari non naturalis, naturalis quidem, in quantum species non est principium alicujus actus gratuiti & gloriofi; Non naturalis autem, quia ad istam non pertingeret ex naturalibus, neque naturali aliqua actione.

II.
*Angelus est
naturalis
imago Dei.*

Notandum ulterius, Doctorem

subtilem concedere, Angelum esse naturalem imaginem Dei, sed negare, esse rationem cognoscendi distinctè divinam essentiam, duplex enim est imago, alia merè naturalis in essendo medium cognoscendi cognitum; alia intentionalis per se primò & præcisè representativa ratio cognoscendi non cognita, estque species ad cognoscendum Deum distinctè, non quidem intuitivè, sed abstractivè. Hinc dupliciter unum per aliud cognoscitur, primò quoad præcognitionem, *an sit?* Secundo quoad præcognitionem, *quid est?* Utroque modo potest iterum dupliciter contingere, *distinctè & confusè*. Confusè cognoscitur unum per aliud quoad *an sit?* si cognoscens existentiam unius ducitur arguitivè ad existentiam alterius, sicut cognoscens fumum cognoscit confusè ignem, quia fumus potest habere aliam causam sui esse. Distinctè cognitio existentie certò ducit in cognitionem alterius, sic per effectum in determinata causa certè ducimur in cognitionem illius. Confusè cognoscitur aliud quoad *quid est?* cum per illud attingitur quoad prædicata communia, sic substantiæ quidditivè per sensibilia cognoscuntur. Distinctè quoad prædicata propria, in præsentia quæstione non est difficultas de cognitione quoad præcognitionem *si est?* Quia hoc nemo negat, sed de quidditivativa seu *quid est?*

III.
Species tripliciter adæquatur suo objecto.

Notandum ex eodem Doctore sub-

tili 3. tripliciter posse aliquam speciem adæquari suo objecto representato, primò in entitate, secundò secundum proportionem representantis, & representati absolute, ita quòd representet objectum, quantum est representabile simpliciter; tertio modo non absolute, sed per comparisonem ad actum talem, sicut materia dicitur adæquari formæ, & forma materiæ, quæ tamen non est adæquata in entitate, utpote cum illa sit imperfectior formà; nec etiam forma est adæquata ipsi secundum capacitatem materiæ, cum aliarum plurium sit capax, dicitur ergò ei adæquata in comparisonem ad talem actum, quòd videlicet tantum perficiat forma materiam, quantum est ipsa perfecta, & ista perfectibilis. Hinc nulla species est adæquata, quia nihil adæquatam alteri in entitate representat illud, nisi sit cognitum, ut una albedo adæquata alteri albedini non representat illam, nisi ut cognita. Secundo

modo datur aliqua species representans adæquate objectum, ut species albi in oculo sano, & talis species est quasi ratio comprehendendi objectum. Tertio modo datur etiam aliqua species representans objectum adæquate, non simpliciter, sed in comparisonem ad talem actum, ut species albi in oculo malè affecto; illa species dicitur adæquata objecto, non simpliciter, quia non representat illud, quantum est representabile, sed est adæquata secundum actum illum, quia representat illud, in quantum est representabile in ordine ad talem potentiam malè affectam, & sic est adæquata, veluti forma appetitui materiæ, ejusque actus. Et sic dicit Scotus quòd nec primo, nec secundo modo detur species representans essentiam divinam, sed bene tertio modo. Quære his prænotatis

DICO I. *Angeli non cognoscunt Deum propria & distincta ratione Deitatis per suam essentiam, tanquam per formalem rationem cognoscendi non cognitam.* Ita Scotus cum suis.

Probatum primò Ex autoritate D. Augustini lib. 15. de Trinit. cap. 14.

Probatum secundò: Angeli non discuntur secundum Thomistas, sed si Angeli per suam essentiam cognoscerent Deum, discurrerent, ergò non cognoscerent. Probatum minor: Essentia Angeli non representat Deum, nisi ut cognita, sed quandoquocumque species representat aliud, ut cognita, representat cum discursu per hoc enim differt ratio cognoscendi non cognita, à cognita, ergò: Probatum minor, quia si antecederet non cognosceretur essentia Angeli, non representaret Deum.

Probatum tertio: Omnis discursus præsupponit notitiam simplicem illius ad quod discussur, ergò si per essentiam Angeli cognitam sit discursus ad cognoscendum essentiam divinam, debet prius habere notitiam aliquam simplicem essentie divinæ, ergò: probatur ant. quia si ego cognoscam animam meam esse imaginem Dei, quia est trina in potentia, prius debeo habere cognitionem aliquam de Deo, quòd sit trinus, &c. alioquin nunquam potero pervenire ad cognitionem, quòd sit imago Trinitatis, ergò.

Dices: Essentiam Angeli non esse per rationem cognoscendi Deum, ut cogitant tantum, sed etiam simul rationem cognoscendi, sicut essentia divina respectu omnium rerum simpliciter, adeoque non cognoscit Deum per discursum; quòd autem Angeli essentia sit utroque modo ratio cognoscendi simul, probatur ex perfectione & excellentia nature Angelicæ. Sed contra I. implicat, quòd essentia Angeli sit simul ratio cognoscendi cognita, & non cognita, quia sunt simul impossibiles, ergò: probatur ant. quia quòd est ratio representans absolute, non cognoscitur à potentia cognoscente, sed tantum objectum representatum per ipsam, ut species coloris non cognoscitur à visu, sed color; species verò ut cognita præcise representat, quia cognita est, ergò implicat, quòd eadem species representet, ut cognita, & ut non cognita. Nec valet dicere, quòd hoc

ei competat propter suam perfectionem, quia hæc representatio non est in essentia Angeli eminenter, sed formaliter, adeoque se invicem compati non possunt. Et exemplum de essentia divina non est ad propositum, quia essentia divina continet res cognitæ eminenter, unde continet omnes creaturas perfectiori modo, quàm in seipsis, at essentia Angeli non continet hoc modo essentiam divinam, sed ab ea continetur. Contrà 2. Angelus debet cognoscere prius rem alienam, ad cuius instar cognoscit Deum, antequàm cognoscat Deum, sed essentia Angeli est, ad cuius instar cognoscit Deum, ergo: Subsumo, sed illud, quod cognoscitur prius, & ratione cuius cognoscitur aliud, est ratio cognoscendi tantum, ut cognitum, ergo essentia Angeli est tantum ratio cognoscendi, ut cognita: probatur ita. illa res est quid distinctum à Deo, & per se cognoscibilis, & consequenter nequit unâ cognitione cognosci, quia non potest plures res simul cognoscere. Sed

Instabis: Species Scotistarum est etiam quid distinctum à Deo, & tamen potest simul cognosci uno actu, ergo. Sed *q.* dist. ant. est quid distinctum, & prius per se cognoscibile, & ordinatum ad se prius cognoscendum, nego ant. ordinatum primò ad cognoscendum aliud, concedo ant. & nego consequ. itaque licet species sit quid aliud est tamen tantum ratio cognoscendi, & licet sit etiam cognoscibilis, quia ens est, attamen, ut representat, non cognoscitur, & idè non intercedunt duo actus, ut patet de specie visibili in oculo.

VI:

Probatur conclusio secundò: Nullum objectum facit distinctam cognitionem alterius objecti, nisi illud includat in se, vel essentialiter, sicut superius suum inferius, vel virtualiter, sed per essentiam Angeli Deus secundum Thomistam dicitur distinctè cognosci, cum sit specularis, & nobilior confusâ, quàm habemus ex aliis creaturis; & essentia Angeli non includit Deum ullo modo ex prædictis, ergo. Ma. patet, patet & minor quoad primam partem, probatur quoad secundam, quia unumquodque, sicut se habet ad esse, ita ad cognosci, ergo.

Dices Angelum includere Deum participativè, quod sufficit. Contrà 1. objectum non potest representare rem, nisi eo modo, quo continet, quia nihil dat, quod non habet, sed continere participativè, est continere diminutè, & modo confuso, ergo essentia Angeli per participativum suum non poterit distinctè representare; nam sic possemus etiam distinctè cognoscere per formicam, & alias res creatas, & per omnes simul, quàm per Angelum solum, cum tamen Thomistæ velint cognitionem Angelorum esse perfectiorem nostrâ pro nunc. Contrà 2. continere participativè, est continere tanquàm effectus ab alio productus, sed nullus effectus æquivocus, qualis est Angelus respectu Dei, representat sub propria, & distincta ratione suam causam, ergo.

VII:

Probatur tertio: Essentia Angeli non est naturalis, & formalis similitudo Dei,

ergo non est ratio cognoscendi Deum non cognita, probatur ant. tum quia non est ad id expressa, & producta, tum quia aliis etiam cæteris creaturis esset tribuendum, cum non sit posterior ratio, sed hoc aliis creaturis non conceditur, licet enim dicatur, quòd in ipsis deprehendatur Dei vestigium, non tamen quòd aliqua formalis similitudo, ergo.

Dices: Et licet hoc etiam aliis creaturis competat, nemo tamen potest Deum per alias five materiales, five spirituales, five etiam Angelicas, cognoscere, non ex defectu representabilitatis, sed quia nulla alia substantia unita est intellectui, ut principium formale intellectus. Sed contrà: Ipsa unio substantiæ ad intellectum nihil facit, quòd possit representare Deum, si alioquin non potest, & si alioquin potest, nihil impedit, licet non sit unita, quia si essentia ipsa Angeli secundum se, & propriam suam naturam non est similitudo, & ratio cognoscendi non cognita, per unionem non poterit acquirere, tum quia unio ipsa rationem similitudinis, & speciei supponit, tum quia non est tantæ virtutis & efficacitæ, ut rei, quæ alioquin non est ratio cognoscendi, tribuere eam possit. Itaque

Dico 2. *possibilis est species impressa essentia divina, quæ ipsam distinctè, licet abstractivè representet, per quam etiam ab initio creationis suæ Deum cognoverunt naturaliter.* Ita Scotus supra. Et

VIII.
Possibilis est species expressa Dei.

Probatur primò Ex D. Augustino lib. 4. Gen. cap. 22. 23. & 25. lib. 11. Civit. cap. 7. & 25. & alibi sæpe, ubi dicit, Angelos habuisse ab initio creationis suæ cognitionem matutinam in Verbo, & vespertinam in proprio genere: Ex quo sic argumentor: Angeli in principio creationis suæ habuerunt cognitionem matutinam in Verbo, prius quàm in seipsis vespertinam, sed illa cognitio non fuit beatifica, ergo fuit naturalis, & consequenter Deum naturaliter cognoverunt in Verbo, id est in specie distinctè essentiam divinam representante; probatur minor: quia illam cognitionem habuerunt, quando per illas morulas suas erant in via, ergo non fuit beatifica, utpote quæ erat communis omnibus.

IX:

Dices: Per cognitionem matutinam divinum Augustinum intelligere visionem beatificam, ut tenet ipse Scotus, & etiam sic supra defensus fuit Augustinus, ergo ex illo nihil probatur. *q.* Scotum & me supra, probabiliter asserere Augustinum intellexisse visionem beatam, attamen conformius esse rationi, ut intelligatur naturalis aliqua; imò non rationi solum conformius est, sed etiam menti Sancti Doctoris, nam lib. 83. qq. q. 26. & alibi docet, cognitionem matutinam omnium rerum, & etiam Dei, fuisse priorem vespertinâ in proprio genere, sed vespertina fuit naturalis, ergo & matutina, quia adhuc prior eâ, & beatifica est utraq; posterior, utpote quæ primò acquisita, & data sunt redeuntibus ex via in præmium, quare licet D. Augustinus aliquam cognitionem matutinam posuerit beatificam, tamen non ponit beatificam eam, quæ contrà distinctus

guitus

guitur à vespertina in proprio genere naturali, quod ex eodem probatur, nam supra lib. 83. qq. q. 24. dicit, quod Angeli videntes res prius in Verbo, deinde in seipsis, iterum redierunt ad cognitionem illarum in Verbo, atque Deum glorificârunt, nam si, est ratio ipsius, in cognitione illa sui ipsius, & creaturarum in seipsis quievisset, & non retulissent in laudem Dei, superbiâ intumuisset, & peccassent, ut Diabolus, si autem fuisset beatifica, jam amplius non potuissent peccare, Verba D. Augustini sunt hæc: *Non remanet Angelica scientia in eo, quod creatum est; quin hoc continuo referat ad eundem laudem, atq; claritatem, in quo id non factum esse, sed faciendum fuisse cognoscitur, nam si vel ad seipsam naturam Angelicam converteretur, & c. intumescens superbiâ caderet, sicut diabolus.*

x.

Probatur Conclusio secundò:

Si species creata distinctè representans essentiam divinam, licet abstractivè, esset impossibilis, maximè esset idè, quia Deus infinitus nequit adæquatè, & distinctè exprimi à creatura, sed non impedit, ergò: major est Advers. probatur min. si hoc impediret, sequeretur, quòd nec beati in patria possent Deum distinctè videre, quia non potest ab aliqua creatura adæquatè exprimi, sed hoc est inconveniens, cum ubiq; concedatur, beatos Deum clarè, & distinctè visuros, maximè cum perfectè & adæquatè satiabitur intellectus, & voluntas eorum, ergò nihil obstabit infinitas, & quæso, quæ implicantia, quòd infinita res finito cognoscatur modo secundùm capacitatem potentie cognoscentis?

Probatur tertio: Major fuit beatitudo naturalis Angelorum, quàm hominis, etiam in statu innocentie, sed homo in statu innocentie potuit habere notitiam aliquam distinctam de Deo, ergò multò magis Angelus: Sed distincta cognitio Dei non potest haberi, nisi per speciem representantem distinctè, ergò: major patet, quia homo etiam in statu nature lapsæ habuit de Deo aliquam cognitionem, licet confusam: ergò.

XI.

Probatur quartò: Potest aliquis, secundùm probabilem sententiam multorum Sanctorum Patrum, videre in hac vita essentiam divinam, ad aliquod instans, ut multi tenent de Moyse, Paulo, & Beatissima Virgine, sed talis, transeunte actu, potest recordari, se vidisse Deum, ergò habebit speciem essentiae divinæ, tum quia alioquin non recordaretur, cum recordatio sit specierum excitatio; tum quia nihil aliàs supplere potest vicem speciei: Dicere autem, quòd talis non recordaretur, est manifestam injuriam facere D. Paulo, qui testatur se vidisse, & audivisse arcana, quæ non licet homini loqui. Nec valet respondere, ipsum vidisse multa arcana rerum naturalium, non tamen divinarum, quia si naturalia vidit, magis divina, cum divina essentia sit, & fuerit speculum omnia naturalia representans, magisque seipsam, cum illa quemcunq; intellectum perfectissimè moveat. Nec valet etiam dicere, quòd viderit in confuso essentiam divinam, quia videre in confuso, est videre sub terminis & conceptibus communibus; Paulus autem non

vidit tantum sub termino, & conceptu communi, sed sub particulari, adeoque per aliquam speciem.

Probatur quinto: Quia in Angelis debemus ponere omnem intellectiōem competentem intellectui creato sine repugnantia, quia de eo non possumus habere determinatam aliquam regulam, sed talis cognitio distincta per speciem non repugnat, ergò: probatur min. quia sola cognitio intuitiva naturaliter repugnat, non verò abstractiva; & licet aliqui Theologi dicant, visionem beatam fieri per speciem, attamen hoc solum non ducunt sufficere, sed etiam requirunt presentiam essentiae divinæ sese manifestantis, hæc autem est abstractiva, & non ut presentis essentiae divinæ, adeoque non implicabit. Sed in contrarium

Arguitur 1. Non est possibilis cognitio Dei intuitiva, connaturaliter loquendo, sed illa cognitio, quæ fieret per speciem, esset intuitiva, ergò implicat, probatur min. quia primò esset quidditativa, secundò esset objecti presentis, & existentis, quia existentia non est separabilis à quidditate, ergò. *¶* negando minorem, quia licet illa cognitio esset distincta, non esset intuitiva, sed abstractiva, quia non esset cognitio Dei perfectissima, & adæquata omni modo, sed solum ad talem adum talis potentie, unde quando dicitur, quòd cognitio quidditativa sit intuitiva, intelligendum est de cognitione perfectissima, & adæquata, ad secundam probationem dico, verum esse, quidditatem non esse distinctam ab existentia, attamen non sequitur, est quidditativa, ergò existentis, ut existentis, & ut presentis, quia Deus omnibus rebus est quidem intime presentis ratione immensitatis, & per respectum ad ubi, non verò est omnibus presentis in ratione objecti moventis, sed solum in eis, quibus, & quando vult. Dicere autem, quòd absentia ut absentia non variat cognitionem, est tollere prima principia de cognitione intuitiva, & abstractiva in Scholis assignari solita.

Instatur: Sequeretur saltem, quòd aliquis naturaliter posset esse beatus, sed, &c. ergò: probatur sequela, quia beatus est, qui habet distinctam divinæ essentiae notitiam & cognitionem, sicuti est, ut patet ex Joanne dicente: *Videbimus eum sicuti est*, sed talis haberet huiusmodi notitiam, ergò. *¶* negando sequelam, cum sua probatione: Quia ad beatitudinem non sufficit quemcunq; notitia distincta abstractiva, sed requiritur intuitiva, clara, facialis & per presentiam objecti, qualis non est, quæ sit per speciem representantem, ut abiens objectum, estque multò imperfectior, quàm sit intuitiva; quod declaro exemplo, qui videt imaginem Cæsaris, distinctè cognoscit quidem eum, sed non tam perfectè, sicuti ille, qui videt ipsum Cæsarem, sic in proposito, qui videt Deum per speciem representantem distinctè, quoad aliquos conceptus proprios, non tamen ita perfectè, & clarè, sicut, qui videt ipsum in se, ergò.

Arguitur 2. Omnis ratio cognoscendi debet adæquatè proportionari objecto presentis.

presentato, sed nulla species est proportionata; ergo non est possibilis; probatur min. Quia finiti ad infinitum nulla est proportio, ergo. R. distinguendo maj. debet proportionari, quoad entitatem, nego maj. quoad representabilitatem, concedo maj. Et hæc representabilitas iterum non debet esse proportionata ad æquatè & in omni ratione, sed quoad talem & talem actum, quem potentia potest elicere, ut dixi supra in notabili ultimo.

Instatur: Omnis species, etiam ad quemcunq; actum proportionata, debet esse immaterialior suo objecto, sed nihil potest esse immaterialius Deo, ut de se patet, ergo: major patet ex omnibus speciebus sensibilibus & intelligibilibus hominis; ergo. R. negando maj. Quia alias etiam Angelus non posset cognoscere alium Angelum, aut animam, quia non posset habere speciem immaterialiorem ipsis, imò nec posset cognosci Deus per essentiam Angeli, quia hæc est magis materialis, quam Deus sit, quod tamen non vellent Adversarii. Quare probatio nihil est ad propositum, licet enim species rerum materialium sint immaterialiores suis objectis, in speciebus tamen rerum spiritualium econtrà possunt esse materialiores ipsis, non quod ex materia consent, sed quod in suo genere spiritualitatis non sint tam perfectæ.

XIV.

Spes speciem Divine Essentia non cognoscunt creaturam.

Quæres, An Angeli per speciem Divine nature possint cognoscere res creatas? R. Impossibile esse per speciem Divine Essentia creaturas cognosci ab Angelis distinctè in particulari, bene tamen confusè, quoad prædicata communia, in quantum dirigunt actum cognoscendi per speciem Divine Essentia ad creaturas existentes in proprio genere. Ita videtur esse mens D. Augustini supra agendo de cognitione matutina, & vespertina Angelorum. Et

Probatur prima pars: Quia nulla species creata distinctè representat plures quidditates, quin omnes contineatur formaliter, vel virtualiter in aliquo objecto adæquato illius, sed creaturæ omnes secundum esse formale non continentur in Divina Essentia: ergo &c. probatur min. per speciem non representantur objectivè præsentés in Deo in esse cognito & volito, alioquin Angeli per illam speciem cognoscerent, quidquid Deus cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ & visionis, quod tamen vix Christo conceditur; ergo. Confirmatur primò: Quia Scotus in q. 10. tenet, quod per illam speciem vix cognoscant distinctè mysterium Trinitatis. Confirmatur secundò: Quia defecit Beati non vident omnes res possibilis, sed tantum aliquas, quas Deus eis voluerit revelare, ergo.

XV.

Probatur secunda pars: Per illam speciem tantum Deum, & fortè tres Personas noverunt distinctè; ergo creaturas tantum confusè: probatur conseq. Effectus in causis proximis determinatis vix distinctè cognoscitur in particulari; ergo in causa prima prorsus indeterminata ad omne possibile, sic cognosci nullatenus possunt, cognito enim igne tantum

F. Amandi Hermann Metaphysica.

cognoscitur ex illo vagè alius ignis possibilis & non hic, vel ille signatè, quia effectus in suis causis tantum habent esse virtuale, formaliter non aliquid sui.

Dices: Species subjecti est ratio cognoscendi distinctè affectionem illius, representans enim hominem, distinctè etiam representat risibilitatem, sed creaturæ per speciem verbi cognoscuntur, ut proprietates Divine Omnipotentia; ergo cognoscuntur in verbo distinctè. R. concedendo maj. secundum esse virtuale, non verò secundum esse actuale proprium & distinctum, nam cognoscitur quidem cognito homine risibilitas, sed non actus ridendi, sic in proposito

XVI.

Probatur tertia pars Resolut. Quia non est talis perfectio intellectus Angelici, ut intelligat sine discursu; ergo si aliter fieri nequit, satis probabile est; quod cognitas creaturas in verbo confusè, cognoscat eas distinctè in particulari in proprio genere, quando dirigit actum cognitionis ad illas existentes in proprio genere; Quod patet, quia nos sic videmus in speculo, dirigendo visionem ad res ipsas à tergo positas in proprio genere, tunc enim visio in speculo efficitur magis certa, ergo.

Dices: Cognitione creaturarum in verbo præcedit cognitionem rerum in proprio genere; ergo malè dicitur, quod cognitio distincta earum habeatur, dirigendo actum cognitionis ad res ipsas in proprio genere. R. Has duas cognitiones esse distinctæ rationis, ideò prius naturaliter ista, quam illa poterit haberi. Sed

Instabis: Cognitione illa directa ad creaturas in proprio genere est judicativa, pertinet ad secundam mentis operationem, sed omnis talis supponit jam extrema simpliciter cognita; ergo non poterit actum dirigere, quin præcognoverit in verbo simpliciter. R. Minorem non esse necessariam, cum experientia sit in oppositum in visu corporeo, experimur enim illas unico intuitu, quali comparative & judicative res illas visas in speculo esse illasmet existentes in proprio genere, per directionem aspectus ad utrumq;

QUÆSTIO III.

An Angeli etiam indigeant speciebus ad res creatas alias à se cognoscendas & unde eas habeant?

Quoad primam partem est
sententia Durandi, & post ipsum Gabrielis, Occami, Gregorii &c. qui omnes negant, in intellectu Angelico dari aliquas species, unde volunt, quod Angeli omne, quod est præsens, cognoscant immediatè per ipsum objectum cognitum, quæ verò sunt absentia, cognoscantur per illa objecta cognita, tanquam per causas, in quibus contineri illa dicunt, & hoc modo distinguunt cognitionem abstractivam ab intuitiva. Contraria tamen sententia est communis in utraq; Schola realium, quamvis multum differant inter se, quoad alteram partem tituli, nam

I.

Sententia et opiniones de speciebus.

Xxxxx

Scotus

Scotus hic q. 10. ait: Quod angeli habeant & species infusas à Deo, & acquiritas à rebus, & per utraq; res intelligere, nempe per infusas rerum quidditates & naturas communes, per acquiritas singularia contenta sub communi, Deus itaq; secundum ipsum concreavit species omnium quidditatum in Angelis, ita tamen, quod, si non essent concreatae ipsis, possent adhuc sibi eas comparare à rebus, alioquin in eis intellectus agens esset otiosus, si non abstraheret species singularium à Deo reverà non infusas, quia sub quolibet specie continentur singularia infinita possibilia, nec est credibile, has species singularium eis concreatas, cum eorum intellectus sit valde limitatus & finitus. D. Thomas e contra i. p. q. 54. a. 4. & q. 55. a. 2. tenet, Angelos nullam à rebus acquirere cognitionem novam, nec singularium, nec universalium & omnem cognitionem, quam habere potest, habere à principio creationis per species concreatas. Notandum autem, quod sermo sit de cognitione abstractiva, & quando objecta non sunt actu, sed tantum potentia intelligibilia. Quibus præmissis

II. *Species sunt in Angelis necessariae.*
Dico I. *Species rerum sunt simpliciter necessariae in Angelis, ut eas cognoscant distincte & abstractivè.* Est communis in utraq; Schola.

Probatur primò: Nulla potentia intellectiva creata potest intelligere rem aliquam, nisi sit præsens, aliquo modo, sed Angeli cognoscunt res absentes in se; ergò per aliquid, ratione cujus sunt præsentis: major patet: Quia objectum potentiae intellectivæ concurret partialiter ad intellectiorem producendam in genere causæ efficientis, ut habetur ex D. Augustino 9. Trinit. cap. 12. ubi ait: *Liquidò tenendum est, quod omnis res, quamcumq; cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui, ab utroq; enim notitia patitur, cognoscente & cognita*, sed certè omnis causa, ut effectum congeneret, debet esse aliquo modo præsens, ergò: probatur min. Quia hoc perfectionis est, & non debet denegari Angelis, cum id concedatur hominibus; consequentia est proinde evidens, quia illud, ratione cujus sunt res præsentis, aliud non est, quam species; ergò tales dari debent in Angelis.

Probatur Conclusio secundò: Contingere potest, ut Angelus A perfectè cognoscat essentiam Angeli B, qui se abscondat, fiatq; absens Angelo A, imò, quem Deus occultet vel annihilat, sed tunc Angelus A poterit recordari Angeli B, sed talis actus recordationis fieri non potest, nisi per speciem impressam, ergò illa datur in Angelis.

Dices: Angelum A recordari actus præteritæ cognitionis per speciem expressam, non verò impressam; ergò hæc superfluit. Sed Contrà, in illo actu recordationis, quam dicitis speciem expressam, includitur objectum, vel species ejus, ergò datur, quia species expressa non est nisi actualis intellectio recordationis, adeoque habere debet suam ordinariam causam.

III. **Arguitur:** Si in intellectu Angelico essent species, vel illas haberent à rebus, vel con-

creatas à Deo, sed neutro modo habere possunt, ergò nullo: probatur min. quoad primam partem quia in ipsis non est intellectus agens, sed hujus est producere species, ergò: non etiam habent à Deo; Quia illa vel essent à Deo infusa, ut perfectiones debite naturæ Angelicæ ab ipsa fluentes; vel indebitæ, non possunt dici indebitæ, quia alias Angelus posset carere illis absq; violentia, sed hoc implicat, quia carendo eis careret intellectu absq; violentia, quia tamen nunquam caret, ergò. R. Angelum habere species rerum utroq; modo, & à rebus acquiritas, & à Deo infusas; acquiritas rerum particularium & singularium per intellectum agentem, quem frustra negant Angelis: Rerum verò universalium à Deo; Ad impugnationem hujus distinguo primam disjunctivam: Essent illi naturæ ex parte sua debite, ita, quod sine illis non possit haberi cognitio abstractiva in ordine naturali, concedo: Essent illi debite ex parte causæ producentis, nego maj. hoc enim modo non sunt debite simpliciter, quia Angeli ipsi possunt eas acquirere, sed solum secundum quid, in quantum excellentia naturæ exigere videtur, ut tot repleatur speciebus, quot eorum naturæ congruit.

Instatur: Intellectus nollet intelligere multas res absentes, ut tales, quarum tamen nullas habet species; ergò etiam intellectus Angelicus à pari; prob. ant. Quia intelligit res spirituales, relationes, entia rationis &c. Sed harum nullas habet species, ergò: probatur min. nullum habet earum phantasma, ergò. R. nego ant. cum probationis min. cujus probationem diff. nullum habet phantasma proprium & particulare, concedo, commune & similitudinarium emendicatum nego ant. Nec aliud requiritur, quia etiam allegatæ res non ita clare & distinctè cognoscuntur; nam res spirituales non cognoscimus, nisi quoad prædicta communia, quorum species dantur in nobis, aut, si quoad particularia, non nisi ex communibus desumpta; Relationes verò cognoscimus per species suorum extremorum, entia rationis ad instar realium.

Dico 2. *Angeli fuerunt in principio creationis concreatae species quidditatum universalium, & etiam multarum rerum singularium.* Est etiam communis. Et

Probatur primò ex Scriptura Eccechielis 28. ubi in persona Regis Tyri, secundum expositionem Patrum & Doctorum, communiter de Lucifero dicitur: *Tu significatum similitudinis, plenus sapientia & perfectus datus in deliciis Paradisi Dei fuisse. Perfectus in virtute à die conditionis suæ, donec inventa est iniquitas in te; sed plenitudo sapientie, significat ad minus, eos habuisse species rerum universalium, ergò.*

Dices: Ad plenitudinem sapientie requiritur, ut habeat species etiam omnium singularium, tum quia sapientia & prudentia versatur circa singularia; tum quia alibi fuisset in pluribus ignorans, ergò. Resp. negando antec. Nam ut dicatur plenus sapientia, sufficit, quod habeat species rerum univer-

universalium, & etiam multarum in particulari, licet non omnium, sicut de justis etiam dicitur, quod Deum repleverit eos spiritu sapientie & intellectus, licet multa non noscant, non propterea tamen Angeli possunt, aut debent dici ignorantibus, sufficit enim, quod in actu primo sint ita perfecti, ut possint rerum particularium species acquirere virtutibus naturae, nam ignorantia non ex qualibet carentia scientiae dicitur, sed ex ea quae deberet inesse, imò nec ex hoc capite solo, sed ex tarditate & hebetudine ingenii, quam maximè ignorantia desumitur.

Probatur Conclusio secundò
ex Patribus, Augustino lib. 4. Gen. ad litt. cap. 22. & 23. &c. dicente, Angelos habuisse cognitionem rerum Vespertinam in genere proprio statim à principio creationis, sed tunc non habuerunt ab ipsis rebus, utpote nondum existentibus; ergo à speciebus à Deo concretis ipsis. D. Bernardo Serm. 74. in Cant. dicente: *Quid enim hæc (anima) vel ille (Angelus) absq[ue] sapientia, nisi rudis deformisq[ue] materia est? Eadem ergo ille non modo formatus, sed etiam formosus fuit, sed perdidit eam, cum fecit suam, id est, cum sibi attribuit ex natura debitam, non ex gratia Creatoris, quapropter etiam dixit Augustinus supra lib. 83. qq. quod si boni non continuò ad gloriam Dei retulissent, superbià intumuisent, sicut Lucifer. Confirmatur ex autoritate Philosophi, dicentis: *Omnis intelligentia plena est formis, id est speciebus.**

Probatur tertio Ratione: Tum, quia Angelus mediat inter Deum & homines, sed Deus nihil intelligit per species, & homo omnia abstractivè per illas; ergo Angelus medians saltem res communes per species intelliget, nam sicut est, medius in essendo, ita etiam in operando. Tum, quia probabile est, quod habuerint speciem Essentiae Divinæ representantem distinctè naturam Divinam; ergo probabilius, habuisse species rerum communium, quia, sicut illa fuit necessaria ad implendum præceptum: *Diligens Dominum Deum tuum*, ita etiam debuit habere species rerum creatarum, ut ex earum cognitione exurgeret in laudem DEI.

V. *Datur in ipsis intellectibus agens.*
Dico 3. *In Angelis datur intellectus agens & patiens.* Ita Schola Scoti contra Thomistas.

Probatur Conclusio quoad
primam partem primò: Potentia activa, quae non involvit imperfectionem, sed potius perfectionem in aliqua creatura inferiori, non est neganda creaturae superiori, sed intellectus agens in homine, est talis perfectio; ergo non est deneganda Angelo; major patet: prob. min. Est perfectio in qualibet natura, habere in se principia ad acquirendam suam perfectionem, sed intellectus agens est principium, quo mediante homo potest acquirere suam perfectionem, nempe rerum cognitionem; ergo erit perfectionis in ipso, ergo etiam in Angelo, cum per eum possit acquirere cognitionem universalium & singularium, si alias non haberet.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Dices: Majorem esse veram, falsam autem minorem, quia intellectus agens non est perfectio simpliciter naturae nostrae, sed perfectio supplens imperfectionem, quae imperfectio cum in Angelis non sit, nec in ipsis admitti debet intellectus agens, quod patet exinde, quod generatio fit in homine aliqua perfectio, non tamen poni debet in Angelis. Contrà, Omnis perfectio, sive sit simpliciter talis, sive supplens imperfectionem, est in creatura superiori ponenda, si sine ea creatura superior esset imperfectior inferiori, sed si angelus non posset accipere species à rebus singularibus, & proportionare sibi objecta materialia, Angelus esset imperfectior animam rationali; ergo debet in ea poni; Unde si Angelus esset perfectior generatione, & imperfectior ex carentia ejus, aequè deberet in ipso poni, verum quia tamen defectò sine ea esset perfectior homine, in incorruptibilitate, ob quam, in specie falsam vitanda, ponitur in homine, ideò generatis in ipso non est: probatur min. impugnationis ponendo Angelum in suo esse naturali, absq[ue] speciebus inditis; Tunc natura humana posset acquirere species, Angelus non posset; ergo esset perfectior homo Angelo, quia illa est perfectior natura, quae habet principia intrinseca ad acquirendas perfectiones sibi convenientes, & altera non habet. Contrà secundò: Quia falsa sunt principia quibus innititur responso, videlicet, Angelum ideò carere imperfectione, quam supplet in nobis intellectus agens, primò, quod intellectus Angelicus sit semper in actu; secundo, quia habet suas perfectiones ex natura sua coevas: Sunt, inquam, hæc principia falsa; Nam si intellectus Angelicus esset semper in actu, esset actus purus sicut Deus, quod est inconvenientissimum asserere, ergo: Sequela tamen probatur: Quia intellectus tunc est in actu puro, quando non habet annexam potentiam, nec respectu objecti, nec respectu intellectiois, sed semper est in actu, sed &c. ergo. Si autem dicas, intellectum Angelicum non esse actum purum, quia intellectio ejus est accidens superadditum, tunc ego arguo sic; ergo est in potentia ad illam intellectioem. Nec secundum: Quia species coevae Angelis non sunt ipsis coevae ex intrinseca natura, nec ex altiori ratione, ob quam à tota natura non possent produci, sed ex libera Dei voluntate, liberaliter ipsis à principio creationis eorum, tales perfectiones concretis, quas tamen si non concretisset, adhuc natura sibi ex propria perfectione acquirere potuisset.

Probatur Conclusio secundò: VI.
Illa natura rationalis, quae habet pro objecto aliquod universale, habet intellectum agentem, sed intellectus Angelicus habet pro objecto aliquod universale, ergo: probatur min. Quia nullum objectum potest esse adaequatum intellectui Angelico, quod in se non continet omnia ab eo intelligibilia virtualiter vel eminenter, sed nulla res singularis creata continet sic omnia, ergo: probatur modò major principalis argumenti; Quia universale per prædicationem extenditur ad omnia cognoscibilia

Xxxxx 2 bilia

bilia tam materialia & immaterialia, sed materialia non sunt intelligibilia, nisi in potentia & quando sunt intelligibilia in actu, sunt talia per abstractionem, abstractio autem fit per intellectum agentem; ergo ab ultimo ad primum, intellectus habens objectum universale, habet intellectum agentem.

Dices: Universalitatem non fieri in Angelis per abstractionem, sed per speciem, quæ ab ejus essentia fluit, ut ordinariè solvunt post Cajetanum Thomista. Sed Contrà primò: Jam species refutata sunt. Contrà secundò: Non obstante, quòd fluant, hoc est ab extrinseco, ab intrinseco Angeli possunt ipsi acquirere. Contrà tertio: Illæ species, quæ fluunt ab Angelo, vel fluunt ab intellectu ejus, vel per aliquid aliud? si primum, ergò intellectus eas efformat, consequenter est agens; si ab alio quo alio, tunc ab essentia, ab hac iterum non? quia secundum Thomistas substantia non est activa.

VII. Probatur Conclusio tertio:

Quandocumque agens superius prævenit actionem inferioris, illa præventio non tollit potentiam activam inferioris, respectu suæ operationis, sed, quòd Deus infundat species rerum Angelis in creatione, solum prævenit actionem ipsius Angeli ergò: probatur maj. Quia si Deus crearet ignem, quem semper præveniret in actione, non propterea diceretur ille ignis non habere activitatem, quæ suam operationem, sibi relicto, producere posset; ergò etiam idem dicendum est in Angelis, quia alioquin nimiam vilificaretur eorum natura, cum tamen sit glorificanda omni eo modo, quo quælibet alia creatura, quantum imperfectionem non involuit.

VIII. Probatur Conclusio quoad

alteram partem: In Angelo est potentia receptiva specierum; ergò est in eis intellectus sensibilis, cum per talem aliud non intelligant Philosophi; probatur ant. Quia Angelus recipit species, quas habet, quasque habere potest à se vel à Deo; ergò est in eo potentia receptiva: patet consequentia, quia in omni recipiente formam, necesse est dari, potentiam receptivam illius formæ, etiamsi recipiens non præcedat duratione, sed solum naturam formæ receptionem; quod patet, quia si Deus concreasset animæ nostræ species omnium rerum intelligibilium, adhuc tamen habuisset potentiam receptivam, sicut defectò contigit in anima Christi, quæ, licet defectò viderit à principio omnia in verbo, nihilominus habuit intellectum passibilem, sicut etiam nos habemus.

Dices: Intellectus agens & sensibilis tantum distinguuntur per phantasmata, sed in intellectu Angelico nullum est phantasma, ergò. R. negando ma. Quia inter se distinguuntur per proprias rationes formales: vel etiam extrinsecè tantum per ordinem ad objecta, vel ad illa in quibus objecta relucent. Nec objectum adequatum intellectus agentis est phantasma, sed res potentiam intelligibilis, quæ ma-

gis latè patet. His ergò positis & propugnatis

Dico 4. Intellectum Angelicum potest acquirere sibi species singularium, tam à rebus materialibus, quam materialibus. Ita Doctor subtilis supra.

Probatur prima pars: Quia res spirituales habent naturalem virtutem productivam speciei sui in potentis cognoscitivæ; ergò possunt eam producere in intellectu Angelico: ant. probatur, quia res sensibilis potest sui speciem producere in potentia sensitiva; ergò etiam objecta spiritualia in potentia sui proportionata: probatur etiam consequenter, prima. Quia talis virtus nequit exerceri circa potentiam sensitivam, utpote in capacem formæ spiritualis, nec etiam circa intellectum humanum, quia hic naturaliter solum potest recipere species à phantasmatis dependentes; ergò circa intellectum Angelicum, alioquin potentia & virtus productiva speciei, in rebus spiritualibus esset frustranea. Confirmatur: Ideo sensibile potest producere sui speciem in potentia sensitiva, quia est sensibile in actu; ergò, quia objectum spirituale est intelligibile, ad id poterit etiam sui speciem producere, ab omnimoda paritate.

Probatur secunda pars primò:

Ideo, secundum Adversarios, non potest intellectus Angelicus acquirere species à rebus materialibus, quia sunt improporzionate ad producendam speciem spirituales, sed hoc non obstat, ergò: probatur minor, quia phantasma, licet sit in materia & in organo extenso, adhuc habet proportionem ad producendam speciem cum intellectu agente; ergò idem dicendum de rebus materialibus in se.

Dices: Res materiales non movere immediate intellectum, sed debere prius media sensibus depurari & spiritualizari, ut postea abstrahantur species à phantasmatis, & sic longa est disparitas. Contrà: Intellectus separatus, utpote liberior & expeditior, majorem habet virtutem abstrahendi species, nec indiget auxilio imaginationis; ergò poterit immediate eas à rebus abstrahere, quia sic major intellectus activitas impedimentum majoris materialitatis compensat. Deinde phantasma quantumcunq; depuratum, adhuc manet ens materiale, & quidquid est in phantasmate ad causandam speciem, est in objecto materiali; ergò, si potest hoc causare speciem, poterit & illud. Denique: Ideo agit phantasma in intellectu, quia est representativum objecti & non ideò, quia est sine materia extrinseca & certè, si esse sic in materia, impedit hujusmodi actionem, æque impedit esse in materia, sive hac sive illa, dummodo sit in materia, sed objectum materiale in se est æque representativum sui, ut phantasma, ergò æque activum.

Probatur secundò: Datur in Angelis intellectus agens, ergò: patet consequenter, ant. est probatum.

Probatur utraque pars in communi primò: Sub qualibet specie continentur

nentur singularia infinita, quia species ex se est indifferens, & determinatur tantum extrinsece à Deo, nunquam tamen ad tot, quin ad plura, sed est incredibile, quòd Angelis omnium singularium species fuerint à Deo in creatione infusa, cum intellectus eorum sit limitatus & finitus, ergò possunt omnium singularium species acquirere, sive sint materiales, sive singulares. Dicere autem, quòd omnia singularia videant per species communes eis concreatas, & refutabitur, & implicat, quia nihil potest in alio distinctè videre, nisi illud alterum in se formaliter contineat, vel virtualiter, species autem communes non sic continent, nisi modo subiectivo, ergò.

go consequentiam; quia si Cœli, in principio creationis, non habuissent omnem perfectionem concreatam, nequissent postmodum acquirere eam, Angeli verò possunt ex virtute naturali acquirere, consequenter non est necessè, ut concreentur, nam Deus sic, res, quas condidit, administrat, ut eas motus proprios habere sinat, ex D. Augustini Doctrina.

Instatur: Operari sequitur esse cuiuscunque naturæ, sed Angeli habent esse independentem à phantasmatibus, & à rebus corporalibus & materialibus, ergò etiam habent operari independentem ab ipsis, & sic species acquirere non poterunt. Patet ma. ex communi axiomate, minor est certa, & proinde consequentia evidens, & insuper à pari, quia idè intellectus noster dependet in operari à phantasmatibus, quia etiam in esse à corpore dependet. R. negando consequentiam: Quia non sequitur, non est actus corporis organici, ergò non dependet à corpore, tanquam ab objecto, bene tamen tanquam à comparte, unde omnis intellectus, qui non habet in se omne intelligibile, dependet ab objecto, tanquam à concausa intellectiois, Angelicus autem intellectus non habet in se omne intelligibile, alioquin esset infinitus, ergò.

Arguitur 2. Res corporales non possunt agere propria virtute in spiritus, nec aliquid spirituale producere, sed species intelligibiles sunt spirituales, sicut & Angeli, ergò. R. 1. dist. ma. res corporeæ non possunt producere aliquid spirituale, ut causa totalis, concedo, ut causa partialis minus principalis, nego ma. Melius R. 2. dist. ma. Res corporeæ non possunt agere in spiritus, & spirituale producere actione verà reali, concedo: actione intentionali, quæ est metaphorica, nego ma. eo ipso enim, quòd omne etiam materiale, sit intelligibile, potest etiam producere sui speciem in potentia intellectiva.

Instatur: Res productæ à corpore, debent esse extensæ, & quantæ, ergò etiam species, ergò non possunt produci in intellectu Angelico, qui est indivisibilis, & inextensus. R. dist. ant. si à solo corpore producantur, transeat, si à potentia spirituali, nego ant. & consequ. quia species abstractæ à rebus corporeis, virtute intellectus agentis, sunt spirituales, eo modo, quo intellectus noster agens, à rebus corporeis abstrahit speciem, quæ tamen est spiritualis.

Urgetur: Angelicus intellectus non potest abstrahere speciem à rebus corporeis, nisi applicando eis suam virtutem, sed hanc applicare non potest, nisi illas præcognoscat, quia applicare eis virtutem, est actus voluntatis, hic autem non fertur in incognitum, ergò non poterit abstrahere, aut si poterit, hæc species abstractæ non erunt rationes cognoscendi materialia, cum illa jam prius cognovisset. R. concedo ma. & dist. mi. Applicatio libera præcognoscit, ut prius præcognoscat, concedo mi. naturalis, nego mi. & consequ. itaque ipsa intellectio est prima actio naturalis, quia objectum præsentatum intellectui Angelico statim ipsum

XI. Probatur secundò utraq; pars:

Si Angelus crearetur à Deo, sine speciebus intelligibilibus, aut posset aliquid aliud à se cum communi influenza cognoscere, vel non? Si primum? ergò Angelus poterit à rebus singularibus cognitionem accipere; si secundum? ergò Angelica natura est vilior, quàm quæcunque alia creata, cum omnes aliæ suas perfectiones acquirere possint ex principiis intrinsicis.

XII. Probatur tertio: Si aliqua esset ratio, quare Angelus non posset accipere cognitionem à rebus singularibus, maxime, quia imaginabile est medium inter sensibile & intelligibile, hæc ratio non obstat, ergò: major est adversus probatur mi. quia licet imaginabile sit medium in homine, non est tamen necessè, quòd sit medium in Angelo, quia quod est medium respectu potentie debilioris, id non statim debet esse respectu altioris, sic calor, ut quatuor, est medium calefaciendi in potentia, debiliusque causa, non tamen statim debet esse medium, respectu causæ potentis, & vehementis, ergò eodem modo dicendum in proposito. Deinde, si imaginabile esset medium per se inter sensibile, & intelligibile, tunc esset tale, vel respectu rei cognitæ & objecti, vel ex parte potentie, neutro modo potest esse, ergò. Probatur minor, non primo, quia aliàs Deus non posset intelligere saltem res materiales, nisi mediante phantasmate, quia nihil intelligi potest, nisi sit prius actu intelligibile, quale fieret per imaginationem & phantasma, sed hoc est falsum, ergò. Non etiam secundo, quia imaginabile est tantum medium, respectu mæe potentie, non verò Angelicæ. Sed in contrarium pro D. Thoma

XIII. Arguitur 1. Sicut se habent corporales substantiæ superiores, respectu inferiorum, ita se habent substantiæ spirituales superiores, respectu inferiorum, sed substantiæ corporeæ, verbi grati Cœli, habent omnes perfectiones suas concreatas & cœvas, nec eas acquirunt successivè, sed simul omnes, cum eorum forma perfectissimè satiet, non autem formæ sublunares, ergò eodem modo Angeli habebunt omnes perfectiones concreatas possibiles, & consequenter à rebus nequeunt acquirere. R. dist. ma. ita se habent, &c. in iis perfectiones, quæ eis connaturales sunt, & ex natura debite, quæque viribus & virtute propria acquiri non possunt, concedo ma. in aliis, quæ virtute propria acquiri possunt, nego ma. & concessa min. ne-

Primum argumentum in contra.

XIV. Secundum.

movet, & intellectus statim intelligit, ut etiam in nobis contingit.

QUÆSTIO IV.

De natura specierum intelligibilium infusarum.

I. De natura acquisitarum egi in Animalicis, de his infusis in præfenti quæstione, examinando an eis sint connaturales? Unde habeant esse? Et an sint plures? An verò secundum perfectionem intellectus Angelici pauciores in uno, quàm in alio? Ac denique, an una, quæ posset representare plures, vel infinitas quidditates? Quæ expediàm singulis conclusionibus, attamen sciendum, quòd, quando quæritur, an una eademque species possit representare plures res, sensum non esse de rebus subordinatis, nam antecedenter jam dixi, quòd res subordinatæ per unam eandemque speciem cognosci possint, estque extra difficultatem, nam omnes gradus Metaphysici superioris commensurantur per unam speciem, sed est sensus de rebus disparatis & specificis infimis, sive postmodum sint ejusdem, sive diversorum prædicamentorum, cujusmodi sunt quidditates hominis, leonis, quantitatis, coloris, &c.

II. Notandum adhuc: Speciem esse imaginem & similitudinem objecti naturalis, ex Aristotele 3. de anima dicente, nos nihil intelligere, nisi per suum simile, id est, per suam similitudinem.

Notandum iterum, hanc similitudinem desumere suam unitatem ab objecto, quo est posterior, nam si naturaliter produci- tur, est posterior ipso, quia effectus ejus est, si verò supernaturaliter, est posterior, quia est mensuratum, & objectum est mensura, mensura autem naturaliter est prior suo mensurato, unde qualis unitas est in objecto, talis etiam in specie deprehendi, & inveniri necessè est, unitas enim posterioris necessariò dependet ab unitate prioris, sicut e contra ad pluralitatem prioris, sequitur pluralitas posterioris, hinc, si species est una, objectum ejus primum & formale debet esse unum, & e contra, si objecta sunt plura, species debent esse plures, & si aliqua species habet, quòd possit distinctè representare aliqua plura, quòd necessariò debeat habere aliquod objectum unum, in quo illa plura contineantur.

His notatis: D. Thomas 1. p. q. 55. a. 3. putat, quòd species dentur secundum perfectionem naturalem Angelorum, ita, quòd, quò est Angelus perfectior, eò paucioribus indigeat speciebus, &c. sic potest per unam eandemque speciem plures quidditates cognoscere. E contra Scotus hic asserit, Angelum quemcunq; ad rerum quidditates disparatas, singulis indigere speciebus, cui subscribunt omnes ejus discipuli, & ego interim

III. DICO I. Species Angelis, à Deo infuse, non sunt illis connaturales, tanquam proprietates à suis essentis fluentes.

Probatur primò: Est impossibile, quòd species omnium possibilium fluant à natura

creata, utpote, quæ est limitata, cum res omnes sint infinitæ, sed omnium talium possunt habere Angeli species, ergò, si fluere activè ab essentis, deberent habere essentiam infinitam. Probatur mi. non est contradictio, res omnes posibles esse determinatè veras, ergò nec est contradictio, dari species omnium.

Probatur secundo: Contradictio est, species infundi à Deo, & fluere ab eorum essentia, quia infusio dicit quid extrinsecum, fluere autem intrinsecum, ergò, sicut si Deus defacto omnes illas poneret, necessariò fluere ab essentia, nec per miraculum impedirent, quia propria passio nullatenus impeditur, & consequenter necessariò haberent omnium rerum species Angeli, quod nemo dicit.

Probatur tertio ad hominem: Ab essentia Angeli secundum ipsos fluunt species, ergò cur non potius ab ea causatur cognitio de ab intellectu, quàm ab ipsa specie, quòd tamen fieri deberet, quia non major virtus requiritur ad continendum species, quàm ad cogoscendum actus, si autem hoc diceretur, tunc sequitur, quòd essentia Angeli esset infinita, sicut divina. Sed in contra

Arguitur: Species non infunduntur à Deo miraculosè Angelis, ergò sunt eorum perfectiones connaturales, ab eis inseparabiles. R. negando consq. quia miraculum plus dicit, quàm liberalem Dei infusionem aliquorum rerum, nam requirit extraordinarium agendi modum, concursum, & insolitum ex communi lege & decreto.

Instatur: Si species non sunt Angeli connaturales, erunt accidentia communa, non propria, hoc dici de iis non potest, quia aliqui non possent appellari illis coaræ, ergò R. negando mi. cum sua probatione, quia, ut sint & dicantur illis coaræ, sufficit, quòd à Deo sint illis in initio infuse, nec tunc illis ita coaræ, ut non possint, vel potuissent eas sibi in tempore acquisivisse, ut supra dictum est, & explicatum.

DICO 2. Species naturarum communiarum, & etiam aliquorum singularium, infunduntur à Deo omnino liberè Angelis, supra omne naturæ debitum strictum, vel per actionem creaturæ ex volente, vel per actionem educitvam ex subjecto præparato.

Probatur prima pars: Deus ad extrà liberè agit, nihil ex naturali necessitate, agit enim ad modum illius, qui regulariter est administrator totius naturæ, tribuens perfectiones rebus, quas virtus suis acquirere non poterant cum generali suo concursu, sed Angeli possunt propria virtute acquirere sibi species, ergò infusio est supra omne debitum naturæ, adeoque tota inimitur liberalitati divinæ, quatenus mox, ubi eos creavit, voluit, quòd omnes res futuras, abstractivè saltem, per eorum predicata generica, & specificas cognoscerent. Quare autem hoc voluerit, congruentia est, quia creavit eos viatores, ut sibi beatitudinem promererentur. Sed

Arguitur: Ut aliquid sit alteri connaturale, non est necesse, ut ab eo fluat activè, sed

Species est imago objecti.

Species Angelis infuse non sunt ipsi debite.

Non secundum maiorem perfectionem naturæ gelic.

sufficit, quod habeat hoc ex principio passivo, sed Angelus habet principium passivum ad species, ergo erunt ipsi connaturales. R. dist. ma. & consequens: Erunt ipsi connaturales, ex parte agentis, & producentis, nego, ex parte recipientis, concedo, unde species dicimus connaturales aliquo modo Angelis, quatenus scilicet propensionem naturalis capacitatis ad illas habent, quia Deus, quando eas infundit, non agit precise, & rigorose, ut Author gratia, cum ipsis aliquomodo debeantur, ex eo, quod possint producere, habent enim ad hoc principium intrinsecum.

Instatur: Si Deus non agit ut Author gratia, ergo ut Author naturae, ergo contra conclusionem species non infunduntur Angelis supra omne naturae debitum. R. negando consequens, primam, quia licet in rigore species non spectent ad ordinem gratia, spectant tamen in laxiori acceptione, prout sunt effectus naturae in modo producendi indebiti.

Urgetur: Sicut materia Caeli exigit sibi formam concreatam, tanquam debitam, ita intellectus Angeli exigit species, sed, &c. ergo. R. negando ma. disparitas est, quia materia Caeli est ens incompletum, precise in potentia ad formam, Angelus autem, licet habeat potentiam passivam, non est tamen etiam sine potentia activa potentiae passivae correspondente, ut possit sibi illas species acquirere.

VII.
Non dantur
secundum
majorem
perfectionem
naturae Au-
gelicae.

Dico 3. Non dantur species secundum perfectionem Angelicam, videlicet, ut quod Angelus superior, eo paucioribus indigeat speciebus. Haec est directè contra D. Thomam & suos. Probatur, si ad commensurationem perfectionis Angelicae darentur species, sequeretur, quod aliquis Angelus posset omnia intelligere per suam essentiam, sed hoc implicat etiam secundum ipsos Thomistas, ergo. Probatur sequela, datur, quod Deus creaverit aliquem Angelum, qui intelligat omnia per unam speciem, hoc Angelo potest Deus creare adhuc perfectiorem, cum non detur status apud ipsos, tunc iste perfectior Angelus non intelligit amplius per speciem, ergo per suam essentiam, quia debet ex perfectione intelligere per pauciores, unà minus non est, quam sola essentia, ergo.

Dices: Dato casu, quod ultra illum Angelum qui intellexit omnia per unam speciem produceretur adhuc perfectior, iste prior acciperet statim novam speciem, per quam intelligeret secundum se perfectiorem, & sic haberet duas species, alter autem unam tantum, ergo. Contrà 1. ille superior Angelus de novo productus continetur in aliquo genere, sed secundum Thomistas species representans naturam genericam potest etiam representare omnes species sub ea contentas, etiam si actu non existant, dummodo actu fiant, ergo Angelus prior non debet acquirere novam speciem, & sic tantum unam habebit. Contrà 2. si ad cognoscendum illum Angelum superiorem est nova species necessaria in priori, ergo in quolibet Angelo inferiori erit etiam necessaria ad cognoscendum superiorem, & sic inferiores Angeli plurimas habebunt species, & quasi innumeratas.

Dico 4. Non potest dari una species cognoscendi infinitas quidditates, nec tot, quin plures. Ita Scotista communiter.

Probatur prima pars: Ubi pluralitas numeralis requirit majorem perfectionem, ibi infinita pluralitas, seu numeralis infinitas requirit infinitam perfectionem, sed esse rationem cognoscendi plures quidditates, requirit majorem perfectionem, ergo esse rationem cognoscendi infinitas quidditates, requirit infinitam perfectionem. Probatur ma. à simili, posse portare unum pondus, ponit in portante perfectionem, posse portare plura, majorem perfectionem, & posse infinita, infinitam, ergo. Probatur etiam minor, quia species hominis, seu nata representare hominem, importat aliquam perfectionem, & species representans leonem, importat etiam aliquam perfectionem, ut est extra controversiam, ergo species, quae representaret hominem, leonem, & bovem majorem unaquaque diceret perfectionem, quia continet in se perfectionem utriusque, & aliquid ultra, ergo.

Dices: cum Vasquez, unam speciem posse determinari ad quatuor, & sex representanda, quae etiam representabit, ex quo tamen non sequitur, quod infinita. Sed contrà, Vasquez admittit, Deum posse creare speciem universaliorem in representando plures naturas indeterminatè, non tot quin plures, consequenter ejus responsio non soluit argumentum.

Dices: Non constare an dentur res infinitae, vel, an sint possibiles versus infinitum, ergo ex eo, quod aliqua species posset determinari ad aliquas, non sequitur ad infinitas. Contrà, concessio gratis antecedente, essentia divina, quia potest representare infinita, idè formaliter dicitur infinita, sic enim representat finitas versus finitum, tamen si essent infinita in illa parte, infinita representaret, ergo etiam hic sic esset discurrendum. Quod adhuc confirmatur ulterius ex Omnipotentia Dei, quae utique est infinita, & tamen infinita non producit, quia vel de se non sunt producibilia, vel, quia se determinavit, non nisi ad ista producenda, ergo etiam species esset aliquo modo infinita, licet actu non representaret infinita, dummodo nata esset representare tot, quia plura, arguit enim hoc quoque aliquam infinitatem. Et ex hoc probata manet quoque secunda pars.

Dico 5. Non dantur de facto in Angelis species universales representativae plurium quidditatum disparatarum, nec etiam representativae alicujus naturae communis, & omnium individuum sub illa contentorum, secundum propriam rationem. Ita Scotista contra Thomistas.

Probatur primò Ex D. Augustino: Tum lib. 33. qq. 9. 46. ubi ait, Deum singula singulis rationibus creasse, ubi per rationes intelligit Ideas divinas, quas Thomizantes dicunt, rationes cognoscendi creaturas, tunc sic Ideas divinae sunt perfectiores, quam Angelicae rationes & species cognoscendi, sed Deus cognoscit omnia singulis rationibus, & producit, ergo.

IX.

X.
Non dantur
species un-
versales.

ergo. Tum 7. de Trinit. memoria & intelligentia capiunt se mutuò, & invicem æquantur, id est intellectus cum specie intelligibili, hæc enim secundum D. Augustinum est memoria, ut videre est in libro 10. confessionum cap. 8. 9. 10. 11. 12. 14. lib. 83. 99. q. 31. lib. 15. de Trinit. 23. intellectus, inquam, cum specie intelligibili, producit intellectionem sibi proportionatam, & actum adæquatam, unde sic argumentor: Quælibet species debet habere actum sibi adæquatam intelligendi, sed species representativa plurium quidditarum non esset sic potens habere actum adæquatam, ergo. Major est D. Augustini; Probatur minor. Quia si posset habere huiusmodi actum adæquatam, ille deberet ipsi adæquari intensivè & extensivè, sed neutro modo potest ei adæquari, ergo. Probatur minor: Non intensivè; quia tunc actus ille contineret perfectiones actuum intelligendi illarum plurium quidditarum, & ipse tam perfectus, sicut omnes alii simul, quod falsum est, quia nullus actus potest habere perfectiones plurium actuum alterius rationis, nisi habeat unum objectum, quod contineat objecta aliorum actuum, quia perfectio actus, & unitas est ab objecto, nullum autem objectum tale datur, ergo. Non etiam extensivè, quia hoc deberet fieri per plures actus, & tunc simul essent in intellectu Angelico tot actus, quot sunt quidditates, quas illa species nata esset representare.

Dices: Majorem primam huius argumenti non subsistere; quia forma Solis, ejusque potentia non habet aliquem unum actum & effectum sibi adæquatam, ergo etiam ratio cognoscendi, seu species non debet habere actum sibi adæquatam. **R.** negando consequentiam, disparitas est, quia forma & potentia Solis est causa æquivoca suorum effectuum, consequenter & iis nobilior, & etiam prior, unde una, eademque manens, potest esse illimitata ad plures effectus, quia pluralitas posterioris non variat pluralitatem prioris, species autem est quid posterius suo objecto, ut annotatum est supra, & hinc, si ipsa est representativa aliquorum plurium, & est una, debet habere aliquod objectum unum, in quo contineantur illa plura. **Primò:** Quia forma Solis, ejusque potentia, sicut & quæcunque alia non habet passum sibi necessariò adæquatam & dispositum, unde non potest effectum adæquatam producere, species verò habet passum adæquatam, intellectum, videlicet, capacem adæquatam intellectionis, quia commensurantur speciei intelligibili, consequenter, si est representativa, deberet habere aliquem adæquatam sibi actum. **Secundò:** Quia species est determinata à natura, ut determinet indifferentiam potentie ad hoc, vel illud objectum cognoscendum, non sic autem est institutus effectus, & sic potentia bene potest esse indifferens ad plures actus, quàmvis non possit esse species.

XI.

Probatur secundò Conclusio:

Quidquid est ratio cognoscendi distinctè aliqua plura, habet unum objectum adæquatam, in quo perfecte contineantur illa plura, sed nulla ratio creata, seu species intelligibilis potest

habere aliquod objectum unum, in quo contineantur plures quidditates, quoad suam cognoscibilitatem, quia illud objectum esset quid creatum, nullum autem creatum perfecte continet quoad entitatem, adeoque nec quoad cognoscibilitatem, si enim aliquid esset, nempe aliquid superius, hoc autem non continet, quia semper in inferiori reperitur aliquid, quod non est in superiori, ergo nulla ratio cognoscendi potest representare plures quidditates disparatas; minor patet, & fati rationibus est firmata: Probatur major. **Primò:** Quia res essentia divina representat infinita objecta, quia ipsa tanquam objectum primum includit omnia objecta, & omnes quidditates æquantur, ergo species representans aliqua plura debet primò habere aliquod objectum, in quo illa plura contineantur. **Secundò:** Quia objectum speciei est ejus mensura, & res, licet idem non potest primò duabus mensuris mensurari, ita nec una species potest plura primò representare: Sed, si est ratio cognoscendi plurium, est, quia primo est unum objectum, quod virtualiter continet illa plura. **Tertio:** Quia unitas speciei pendet essentialiter ab unitate objecti in esse rei, & pluralitate primi objecti & adæquati sequitur necessario pluralitas speciei, quia à pluralitate prioris sequitur necessario pluralitas posterioris.

Dices: Sol potest plura producere, quorum tamen nullum continet alterum perfectè & adæquatè, ut patet de effectibus ejus diversis, ergo etiam species poterit representare plura objecta, licet neutrum contineat perfectè & adæquatè. **R.** negando consequentiam, disparitas, præter superiores, est; quod forma Solis, & quæcunque alia causa, vel potentia activa, est causa æquivoca suorum effectuum, consequenter iis primò nobilior, deinde etiam prior, unde una, eademque manens potest esse illimitata ad plures effectus, quia pluralitas posterioris non variat pluralitatem prioris: Species verò est quid posterius suo objecto, ut annotatum est supra, & hinc, si ipsa est una & representativa aliquorum plurium, debet habere aliquod objectum unum, in quo contineantur illa plura.

Probatur Conclusio tertio:

Si una species intelligibilis representaret plures quidditates, sequeretur, Angelum non posse intelligere unam, quin intelligeret omnes, sequela est absurda, ergo. Probatur sequela, species est causa naturalis determinans intellectum ad cognitionem, sed causa naturalis necessariò agit, ergo & ista, ergo necessariò omnes simul intelligeret, quia equaliter omnes representarentur. **Confirmatur Conclusio:** Quia una, eademque res nequit simul alimulari diversis, & disparatis objectis, sed, &c. hoc patet, quia color albus non representat nigrum, nec Imago Cæsaris Dianam, nec A. potest mihi representare B. ergo. Sed pro contrariâ sententia, quæ species universales propugnat

Opponitur Autoritas D. Dionysii de Angel. Hierarch. 17. ait, Angelos superiores habere scientiam universaliorem inferioribus, sed universaliore scientia gignitur ex universaliore specie, cum scientia speciei, & intel-

Ictui aequetur ex dictis, ergo. R. Divum Dionysium tantum velle, quod Angeli superiores habeant perspicaciorum, & intensiorem scientiam quatenus perfectius penetrant res, etiam in eisdem speciebus, sicut perfectior oculus cum eadem specie elicit, & producit perfectiorem visionem, quam oculus imperfectus & impurus.

Instatur: Aristoteles 2. de anima. text.

31. ait, sensitivam inintellectivam esse, sicut trigonum in tetragono, sed trigonum in tetragone potest videri; ergo etiam in una specie potest videri aliud objectum. R. negando consequentiam; Quia hoc tantum sequitur ex illis praemissis, quod sensitiva possit videri in intellectu, quod non nego, unde dico, quod una species, & etiam una forma specifica possit representare plura objecta quae ipsa in se continet, & sic quod magis est specifica, eo perfectius, & plura representat, & sic homo representat animal, corpus animatum corpus &c. quia ista omnia continentur in homine, suntque objecta subordinata; Conclusio autem hoc negat de subjectis, & objectis non subordinatis & disparatis, ac ultimis speciebus, quae, sicut se invicem non continent, ita etiam nulla species potest ea simul representare, & ob hoc minor argumenti est etiam vera, quia maior figura semper continet minorem.

XIV.

Argumentum ex ratione prima.

Arguitur ex ratione: Quae in entitate sunt superiora, sunt etiam in intellectivitate superiora, sed Angeli supremi sunt superiores inferioribus, quia propinquiores Deo; ergo etiam in intellectivitate sunt propinquiores Deo, Deus autem intelligit omnia per suam Essentiam, tanquam per unicam rationem; ergo etiam Angeli. R. dist. maj. sunt superiora in intellectivitate, quantum ad intensionem, & pluralitatem objectorum, concedo maj. quantum ad paucitatem specierum, nego maj. species enim non dantur proportionatae ad naturam, sed ad intellectionem abstractivam simpliciter produendam, suntque se aequales in omnibus, quamvis non omnes aequaliter iis utantur.

Instatur: Quod potentiae sunt immaterialiores & Deo propinquiores, eo etiam sunt rationes cognoscendi immaterialiores; ergo dantur proportionatae ad potentiam, & naturam perfectiorem, probatur ant. quia in sensu communi pauciores sunt species, quam in exterioribus, & in phantasia pauciores, quam in sensu communi &c. sic deinceps, ergo: ant. patet, quia sensus communis percipit omnia, quae perciperunt sensus exteriores. R. negando ant.

cum sua probatione; Quod autem sensus communis plura percipiat, quam exteriores, non fit per unam speciem, sed per plures, nempe per species omnium exteriorum. Dices, quod causa sunt altiores, eo perfectius continent suos effectus & eo plures, sed species &c. ergo. R. dist. maj. Causae principales, concedo, secundariae, nego.

Arguitur 2. Essentia Divina est simplicissima, & distincte representativa omnium, per modum speciei intelligibilis; ergo nihil implicat, quod etiam species aliqua plures res representent, cum sint participationes Essentiae Divinae. R. negando consequ. cum Ratione sua, quia, licet sint participationes, sunt tamen entia creata, & creaturarum rerum representativa, unde, sicut ipsae res creatae licet sint participatae, non possunt representare plura, ita nec participationes specierum possunt plura representare.

XV.

Secundum.

Instatur: Visio beata est quid creatum, imo etiam species Essentiae Divinae, sed istae possunt representare plura; ergo etiam aliae non implicabunt: major est nostra, minor patet etiam, quia visio beata representat & Deum, & creaturas, ergo. R. dist. min. Ista possunt representare, ideo praecise, quia sunt species, nego min. ideo, quia sunt species talium objectorum, concedo min. Itaque istae species possunt representare plura, non tamen infinita, quia sunt Essentiae Divinae, quae eminenter continent omnes creaturas, nulla autem res creata sic continet: ergo.

Arguitur 3. Datur defectus species expressa creata & naturalis, quae distincte representat plura; ergo etiam impressa: probatur ant. Quia visio exprimit lucem & colorem, & plures colores simul, ergo. R. dist. ant. plura non subordinata, nego, subordinata, concedo & dist. etiam probationem, per modum unius & confusae, ut lucem & colorem, sub ratione colorati, concedo, per modum plurium & distincte, nego ant. ad hanc enim requiritur multiplicatio actuum.

XVI.

Tertium.

Instatur: Color & quantitas sunt objecta disparata, sed eadem visione videntur ista, verbi gratia, in columna alta nigra, ergo. R. negando ant. quia unum est objectum, nempe color & alterum est modificans objectum, quod, sicut sensibile commune est, ita per alteram speciem videri potest, vel ad minus non potest percipi sine altero sensibili.

—o—o—o—



DISPUTATIO IV. DE LOCUTIONE & ILLUMINATIONE ANGELORUM.

Loqui Angelos verè & realiter, non verò metaphorice, res est jam extra controversiam, nam id clarè demonstratur ex Scriptura, tam veteris, quam novi testamenti, nam Isai. 6. dicitur quòd Alter ad alterum clamaverit, Sanctus Sanctus &c. Zacharia. Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur & alius Angelus egrediebatur in occursum ejus, & dixit ad eum &c. Apocal. 7. Unus Angelus clamavit ad alios quatuor: Nolite nocere terræ & mari, quoadusq; signemus. 1. Corinth. 13. Si linguæ hominum loquar & Angelorum, &c. qui textus clarior est, quam, ut retorquantur in sensum metaphorice, aut in præcisam rationem assumptorum corporum, si etenim in his possunt sibi & hominibus communicare conceptus, cur non etiam sine istis corporibus, cum videantur potius esse impedimento. Deinde ad felicitatem & societatem pertinet, posse futurum loqui, quo bono privarentur, si loquela ipsis negaretur. Accedunt Patres, nam D. August. lib. de Divinatione Dæm. cap. 6. ponit in illis auditum, ait enim: Si quid ex illa Dei dispositione prænantiant, audiunt; audire autem non possunt, nisi loquentem; similia habent alii, quos, ad rem properando, omitto, sit igitur

QUÆSTIO I.

*Quomodo Angeli loquantur ad se
in vicem?*

I.
*Diversitas
opinionum.*

In hac Quæstione gravissimè inter se altercantur Authores, diversis diversa opinantibus, nam Durandus putat, eos loqui per signa aliqua sensibilia, in aère, vel cælo ab Angelis efformata; Molina, Arriaga, asserunt, eos loqui per signa aliqua spiritalia, distincta à speciebus, & actibus vitalibus Angelorum. Vasquez, Amicus putat, loquelam Angelorum esse actum reflexum super actum habitum, quem alteri manifestare intendit: D. Thomas p. q. 107. a. 1. Capreolus, Cajetanus, dicunt, locutionem aliud non esse, quam ordinationem conceptus mentis ad alium, ad hoc quòd voluntas ejus alteri innotescat, & auditionem aliud non esse, quam intelligentiam, quæ oritur in intellectu audientis, ex ordinatione Angeli loquentis. Scotus cum suis, Pontio excepto, 2. d. 9. q. docet, locutionem Angelorum fieri per productionem alicujus effectus in intellectu Angeli audientis, quam dicit esse speciem, vel actum intellectus vel utrumq; Pro quâ sententia intelligenda

II.
*Locutio ordi-
natur ad
alium.*

Notandum I. Locutionem in Angelis, sicuti & in nobis, intrinsecè ordinari ad actum intelligendi, nam est actio quædam à loquente, terminata ad similem conceptum in audiente producendum, porrò auditus in Angelis intellectus est, unde, sicut corporalis locutio terminatur ad auditum, ita Angelorum ad intellectum, intellectus autem aliud producere natus non est, quam intellectiorem, hinc difficultas est, quænam intellectio ex iis, quas Angelus habere potest, vocetur auditio, quæq; vocetur locutio? pro quo

III.
*Angelus
quatuor mo-
dis intelligit.*

Notandum 2. Angelus, connaturaliter loquendo, quatuor modis intelligere potest, primò intuendo eas in seipsis; secundò intuendo eandem rem in intellectu alterius Angeli; tertio abstractivè per speciem inditam

vel acquisitam; Et neutra ex istis dici potest auditio, quia istæ non fiunt ab aliqua expressione alicujus Angeli loquentis, sed causantur ab objecto vel specie, sicut quæcumq; alie intellectiones, proinde nihil particulare habent, quare auditiones dici deberent. Quarto autem modo potest aliquid intelligere per hoc, quòd alter Angelus exprimat in ipso alicujus rei conceptum, ad quem ipse non habet & activè, sed merè passivè, & hæc vocatur auditio, quare auditio differt ab aliis cognitionibus per hoc, quòd illa præcisè causatur ab intellectu exprimente loquentis Angeli, unde dato, quòd objectum auditum, vel species, vel aliquid, quòd concurrat ad causationem loquentis, effectus præsens intellectui audientis, & produceret intellectiorem de seipso, illa cognitio non esset auditio, quia non fieret per oppositionem intellectus loquentis, sed esset visio, abstractiva vel intuitiva.

Notandum 3. Illam cognitionem, quæ dicitur auditio, non gigni ab actu intellectiorem, sed à memoria fecunda intellectus Angeli loquentis, quæ primò causant intellectiorem in loquente, secundò cognitionem in intellectu audientis, ita, quòd sint duo actus subordinati ab eadem causa provenientes, nempe productio conceptus in intellectu loquentis, & productio ejusdem conceptus in intellectu audientis & ratio est, quia actualis intellectio non habet rationem parentis, sed memoria, ideo in Divinis Pater gignit Filium, non intellectiorem, sed memoriâ. His prænotatis

DICO I. Locutio Angelorum, nec fit per signa sensibilia & materialia, nec per spiritalia, quæ non essent intellectiones. Hæc est contra Durandum & Molinam &c.

Probatum prima pars ex D. Damasceno lib. 2. de fide cap. 3. dicente: Angelus esse, Non linguâ atq; auribus opus habentes, verum citra sermonis admixtulam cogitationes suas, atq; consilia inter se communicantes &c. Deinde illi loquendi modus est Angelorum perfectior omnium

omnino improporcionatus; denique, si nulla essent corpora, Angeli inter se colloquerentur, quia hoc ad perfectam eorum beatitudinem & societatem pertineret, ergo. Non nego tamen, quod Angeli etiam loqui possint eformatis quibusdam characteribus, & signis materialibus, maxime, quando ad homines mittuntur, sed hic non est eorum connaturalis loquendi modus: hinc

Probatur secunda pars: Illa signa, vel essent naturalia, vel ad placitum, neutrum dici potest, ergo: probatur minor: Non ad placitum, quia ad hoc fuisset necessarium, quod convenissent inter se de institutione horum signorum, & sic antè essent collocuti, antequàm haberent illa signa, etsi semel sine illis poterant loqui, poterunt semper. Nec dicas, Deum infudisse illa signa Angelis in creatione, sicuti Adamo infudit notitiam linguæ Hebraicæ, quia hæc signa, vel essent ejusdem rationis cum omnibus, vel diversa, si secundum; ergo unusquisque Angelus haberet proprium idioma, & ita non intelligeretur ab alio, sicut Turca Germanum non intelligit; si verò primum dicatur, cum hæc entia essent necessaria, non libera, sequeretur, quemlibet audire alium loquentem, nec posset esse inter eos secreta locutio, quod absurdum non sequitur in hominibus, cum possimus alteri submissè loqui pluribus etiam præsentibus, unde non est paritas de Adamo. Nec potest dici esse signa naturalia, quia tunc non posset eodem modo, sicuti ante dixi, unus alteri secretò loqui, quia naturalia omnibus Angelis sunt cognita; tum etiam, quia non potest explicari, in quo fundetur naturalis significatio illorum, respectu rerum, quas naturaliter representant, non enim fundatur in ratione naturalis imaginis rerum, aliàs essent species impressæ vel expressæ; nec in connexionione causæ cum effectu vel econtrà, quia nec sunt causæ rerum, quas significant, ut patet; nec effectus producti ab actibus intellectûs & voluntatis, quos principaliter representant, quia hujusmodi actus non sunt nati producere nisi species vel habitus.

VI.
Nec in cognitione reflexiva.

DICO 2. Locutio Angelorum non consistit in cognitione reflexiva, vel quasi reflexiva super actum, de quo fit locutio, per quam ordinareretur ad alteri manifestandum directum. Hæc est contra tertiam sententiam.

Probatur: Locutio non consistit in actione purè immanente Angeli loquentis, sed hæc cognitio reflexiva esset purè immanens, ergo: patet maj. quia per locutionem debet aliquid causari in audiente, ratione cujus moveatur ad attendendum loquentem, maxime, si audiens esset distractus circa alia objecta: probatur minor: Quia nequit aliquid transire Physicè de contradictorio, in contradictorium, sine aliquo novo in se recepto, sed Angelus transit Physicè, & per intrinsecam mutationem de non audiente, ad esse audientem, non enim fit audiens per solam denominationem extrinsecam, sicut patres dicitur visus, cum auditio sit actus vitalis, ergo. Deinde sequeretur, quod unus Angelus nunquam posset decipere alium, quia loquitur producendo in se cognitionè reflexâ actûs prioris, ut voliti manifestari, sed nequit Angelus vel se decipere, vel cognoscere suum actum actua-

F. Amandi Hermann Metaphysica.

liter, ac est, ut volitum manifestari alteri, ergo.

DICO 3. Neq; locutio consistit in ordinatione conceptûs mentis Angeli loquentis ad alium ad hoc, ut alteri voluntas ejus innoscatur. Hæc est contra Thomistas.

Probatur primò: Res immutata manens in se, eodem modo se habet respectu unius, ac respectu alterius, sed conceptus mentis in Angelo loquente, immutatus manet ante ordinationem illam & post eandem; ergo eodem modo se habet respectu Angeli loquentis & audientis; sed subsumo; ante ordinationem ille unus Angelus non dicebatur loquens & alter audiens, ergo nec post; probatur min. Quia ordinatio illa est respectus extrinsecus, qui nullam dicit mutationem in intellectu, sed tantum in voluntate, ergo.

Probatur secundò: Ut Angelus unus audiat alterum loquentem, audiens debet aliquo modo excitari, sed per ordinationem illam non excitatur, ergo; probatur minor; quia ordinatio est actus voluntatis, actus autem voluntatis excitare non potest, quia est tam secretus Angelo audienti, ac quicunq; alius actus intellectûs vel voluntatis, sed alium intelligere non potest antè, ergo nec istum &c. Confirmatur: Quia locutio est actus intellectûs, non voluntatis, sicut etiam est auditio, ergo.

Dices: Licet actus intellectûs & voluntatis ante ordinationem non possint cognosci ab Angelo, possunt tamen post, quia hæc transfert ad statum naturalis cognitionis. Sed Contrà: Per quid transfertur hæc volitio ad statum naturalis cognitionis? per aliam? si sic, ibis in infinitum. Contrà secundò: Nihil potest aliquid ad alium statum transferre, nisi illud alterum aliquo modo mutet, sed &c. ergo.

Dices 2. Species infusas actuum internum esse talis nature, ut posita extrinsecâ ordinatione loquentis statim excitent audientem. Contrà 1. Auditio est passio audientis; ergo debet ab aliquo prodci, species sola non est productiva talis passionis, ergo. Contrà 2. Voluntas non potest movere, nisi potentias proprii suppositi; ergo ex ejus imperio non possunt species excitare audientem. Contrà 3. Data tali virtute excitativa specierum; Quæro, quomodo Angelus per talem speciem excitatus, scit se potius ab Angelo hoc, quam illo excitari, supposito, quod plures simul cum alloquantur; maxime, cum eadem species nata sit representare plures cogitationes, secundum Thomistas, & tunc Angelus audiens nesciet, an potius hoc, vel aliud velit loquens ipsi dicere, recurrere autem ad novam speciem, est planè voluntarium.

DICO 4. Locutio Angelorum desatò fit per causationem & productionem conceptûs, vel alicujus effectûs alterius in intellectu Angeli audientis. Ita Doctor subtilis contra reliquas sententias.

Probatur cum eodem primò: Quando aliquid est in actu primo sufficienter respectu alicujus effectûs, potest illum causare in quocunq; subjecto etiam sufficienter disposito & proportionato, sed Angelus est sufficienter in actu primo respectu conceptûs, de quo loquitur; ergo potest illum in quocunq; subjecto

VII.
Nec in ordinatione conceptûs ad alterum.

VIII.
Locutio Angelorum fit per productionem alicujus effectûs in altero Angelo.

Yyyy 2 subjecto

subjecto similiter proportionato & disposito producere; subsumo; sed intellectus Angeli audientis est taliter proportionatus, ergo. Major patet, quia hæc est proportio activi & passivi in communi, ut agat, quando est passum approximatum, unde etiam omnibus in particulari convenire debet; minor etiam patet, & probatur subsumptum; quia intellectus Angeli audientis est ejusdem rationis cum intellectu Angeli loquentis, ergo.

IX.

Dices: Intellectum Angeli non esse æqualiter dispositum, sicut est intellectus loquentis, & sic, licet, in se possit producere intellectionem, non poterit tamen in alio; ant. patet, quia intellectus loquentis est informatus specie, vel objecto, audientis non, ergo. R. negando ant. cum sua ratione, nam species, vel objectum non possunt variare ipsius passivi dispositionem, quia illud, quod est de se tantum activum, non potest variare passivum, vel receptivum dispositum & proportionatum, sive ponatur, sive non ponatur, sed species est tantum activa, & non passiva, ergo non potest variare intellectus audientis passivitatem, sive adfit, sive non adfit, consequenter nec impedire, quò minus conceptus ab alio possit in ipso produci.

Dices: Intellectum Angeli non esse passivum connaturaliter ab ullo agente creato, ergo vel ex hoc capite alius Angelus non potest in ipso producere intellectionem. R. dist. ant. non est passivus passione corruptiva, concedo, perfectiva, nego ant. & conseq. quòd autem intellectus Angelicus passivus sit, patet, quia potest recipere propriam suam intellectionem, quæ est accidens de genere qualitatis, deinde est etiam passivus ab alio, nam docet ipse D. Thomas q. 107. a. 1. in resp. ad tertium, quòd, sicut noster auditus excitatur per aliquod sensibile ad audiendum, ita etiam per aliquod intelligibile excitari mentem Angelicam, sed ista excitatio nequit fieri sine passione, ergo. Minor probatur, quia dum excitatur, movetur, & si intelligibile aliquod creatum est, movetur ab aliquo agente naturali & creato.

X.

Probatur Conclusio secundò:

Quia locutio Angelorum melius explicari non potest, ergo. Probatur ant. quia non potest fieri per simplicem expressionem conceptus, quem Angelus habet in se ipso, tanquam in libro aperto, ut volebat Henricus, quia alioquin sequeretur, quòd loquens uni omnibus loqueretur, nam conceptus ille expressus æqualiter omnibus patet, ergo æqualiter omnibus loqueretur: Nec sufficit recurrere ad ordinationem voluntatis, quia illa ordinatio nihil causat in intellectu Angeli audientis, consequenter non magis intelligit hic, quam ille, sed æqualiter omnes. Ex quo confirmatur ratio: Quia, si nihil causatur in intellectu audientis per locutionem, nulla poterit assignari ratio, quare Angelus ille modo audiat, & ante non audiebat.

Probatur Conclusio tertio:

Illuminatio est locutionis species, sed in illuminatione, quando Deus illuminat Angelum,

Deus nihil causat in seipso, sed aliquid in intellectu Angeli illuminati, ergo verisimile est, quòd etiam Angeli superiores illuminando inferiores nihil in se, sed in illuminatis causant, ergo sic quoque dicendum est de aliis locutionibus. Sed in contrà

Arguitur 1. Intellectio est actio vitalis, sed de ejus ratione est, quòd sit actio immanens, ergo non poterit transire extra potentiam Angeli productivam. R. dist. ma. est vitalis vitalitate Physicâ, quæ consistit in Physicâ efficientia actus vitalis a principio vitali, nego ma. vitalitate intentionali, quæ consistit in vitali tendentia potentie in objectum, concedo ma. Ratio est, quia Deus vitaliter intelligit & tamen Physicè non producit, item objectum partialiter producit intellectionem, & tamen non ideo vitaliter agit; & distin. etiam minorem; de ratione formalis actionis vitalis, grammaticaliter sumptæ, est immanenter agere concedo mi. actionis de genere actioni, nego ma. & conseq. Itaque intellectio dicta actio immanens, non præcisè quia subjicitur, in efficiente illam, sed etiam quia est in agente & operante per illam, unde, quia manet in audiente & intelligente Angelo per illam, licet ab alio producatur, dicitur adhuc vitalis, & quia tendit per eam vitaliter in objectum.

Instatur: Implicat, quòd ignis a. possit calefacere per calefactionem ab igne B. productam, ergo etiam implicat, intellectum Angeli audientis intelligere per intellectionem ab Angelo loquente productam. R. negando conseq. quia calefacere, est effectivè ex se producere calorem, & per actionem quidem, quæ est de genere actionis, quæ exigit esse in fundam. toto suo, intelligere verò non consistit in sola efficientia, sed quàm maximè in recipientia, quia secundum Arist. 3. de anima, intelligi est quoddam pati, hinc parum refert, à quo producatur, dummodo postmodum potentia per illam intellectionem vitaliter in objectum tendat, unde disparitas est hæc, quòd calefactio sit de genere causæ efficientis, intellectio verò, licet efficientiam prærequirat in uno, vel altero, est tamen magis de genere causæ formalis.

Urgetur: Si unus Angelus posset in altero producere intellectionem, per quam vitaliter posset intelligere, posset etiam in homine, sed hoc est falsum, ergo: Probatur sequela, quia in operatione intellectiva, anima non utitur corpore, sed solum virtute spiritali, ergo, &c. R. negando seq. cujus probationem dist. in operatione intellectiva, anima non dependet, & utitur corpore formaliter, concedo, antecedenter & præquisitivè, nego ant. & conseq. unde non ideo præcisè nequit deficiò infundi, & imprimi intellectio nobis ab Angelo, quòd intellectio non sit materialis, sed spiritalis, sed ideo, quia pro hoc statu in anima nihil recipitur, nisi quod prius recipiatur in sensibus.

Arguitur 2. Ex sententia nostra sequitur idem absurdum, quòd allegatum est contra Thomistas, nempe, quòd pluribus Angelis præsentibus, Angelus audiens nesciet, quis eorum

rum loqueretur, ergo, probatur sequela, poterit contingere, quod omnes Angeli praesentes de eadem re, de qua sermo fieret, haberent notitiam, quae sit per speciem vel objectum, & per intellectum, tanquam per principia productiva, sed per eadem principia produceretur conceptus, seu cognitio in intellectu Angeli audientis, ergo ille tunc non sciret, quis produxisset, cum quilibet producere potuisset, utpote, cum quilibet esset sufficienter dispositus. R. negando sequelam, cujus probationis ma. distinguo, potest contingere, &c. tanquam per principia productiva, quorum aliqua applicarentur in actu secundo, per actionem & actualem formalem tendentiam, quae in relatione consistit, concedo ma. ita, ut omnia essent formaliter sub relatione actionis & tendentiae, nego ma. itaque, licet Angeli alii praesentes haberent eadem principia, tamen Angelus audiens videret, quis eorum applicuisset ad actionem formalem, quemadmodum enim loquentem uno vident alii, quod loquatur, ita videt ipse audiens, quis loquatur. Sed

Instatur: Potest contingere, quod Angelus ille, ad quem fit loquela, habeat speciem & objectum dispositum, aut plane notitiam, sed tunc nequibit in ipso Angelus loquens producere intellectionem, ergo, &c. probatur minor, major est enim certa, quia alioquin Angelus haberet duas numero intellectiones ad eadem re simul, unam a se productam, alteram ab Angelo loquente, sed hoc implicat, ergo, subsumo, sed non implicat loqui Angelis de re, quam sciunt, ergo loquela non debet fieri per productionem intellectionis in ipso. R. dist. mi. nequibit producere intellectionem, si Angelus audiens fuerit fortior, & noluerit auscultare, concedo mi. si loquens fuerit fortior, nego mi. itaque vel Angelus loquens est fortior, vel audiens, si hic, tunc nollet eum auscultare, & sic non poterit producere intellectionem, vel si voluerit, omnino suam priorem, sicut etiam dimittit Angelus debiliorem, quando ei loquitur fortior, & sic nunquam sunt duae actuales intellectiones simul, sed una in actu, & altera in habitu.

XIII. Tertium. **Arguitur 3.** Si unus Angelus posset imprimere alteri Angelo intellectionem, sequeretur, quod etiam alterius voluntati posset imprimere suam volitionem, sed hoc, &c. ergo. Probatur minor: Quia ex eo sequeretur, quod malus posset bono imprimere peccatum, & bonus amorem beatificum demoni, &c. sed hoc repugnat, ergo. R. quod, quamvis Angelus ista omnia producere posset in voluntate alterius Angeli, in casibus tamen impediretur ejus aetivitas a Deo, propter inconvenientias, quae inde sequerentur, sicut impedit ne cognoscant secreta cordium.

XIV. Potest fieri sine specie impressa. **Dico 5.** Inter Angelos potest interdum fieri locutio sine impressa specie per solam causationem intellectionis inter Angelos. Ita Doctor supra. Probatur: Vera locutio fieri potest de re habitualiter nota audienti, uti etiam nos possumus loqui de rebus notis, estque etiam possibile inter Angelos fieri, sed in tali casu non imprimeret speciem rei, quia jam praehabatur, & dicitur non

possunt esse simul de eadem re, ergo fieri potest locutio sine specie impressa per solam impressionem conceptus actualis.

Dico 6. Interdum locutio Angeli in intellectu audiens ad solam speciem impressam terminatur.

Probatur cum Doctore subtili: Minor virtus non potest majorem suo effectu retrahere, ergo, si superior Angelus sit impeditus, in consideratione alicujus objecti, inferior non poterit immediate in intellectu ipsius actualem cognitionem causare; tum, quia duae intellectiones intensa perfectissima non possunt intellectui audientis inesse simul, tum, quia superior Angelus posset sic occupari, ut nolit inferiorem audire, ergo tunc locutio ad solam speciem objecti terminabitur, sicuti contingit in nobis distractis.

Probatur secundò: Dato, nullum reperiri impedimentum ex parte audientis, quin valeat utrisque loquentibus attendere, & ab eisdem simul speciem, & actualem notitiam accipere, ex quo loquens voluntarie agit, ex imperio voluntatis suae, solam speciem, non actum cognoscendi, imprimere poterit.

Probatur tertio: Sicut homo loquens alteri per studium distracto, in ejus aures speciem soni, non actualem auditum efficit, licet postea species soni aliam in phantasia immitteret, per quam audiens, postea rediens a distractione, praesens objectum per sonum perciperet distincte, ita non implicat, locutionem Angeli per solam speciem impressam terminari.

Dico 7. Locutio Angeli interdum terminatur, & ad speciem, & ad actualem intellectionem. Probatur cum Doctore subtili: Si Angelus non habeat notitiam rei singularis, ejus intellectus erit receptivus utriusque speciei, impressae & expressae, sed intellectus Angeli est sufficienter in actu primo effectivè producendi utramque in passo debite applicato & approximato, ergo: Minor de actu & specie expressa patet ex dictis; probatur etiam de impressa, quia una species nata est, non modo cum intellectu producere expressam, sed etiam aliam impressam sibi similem, sicut species sensibilis causat sibi aliam similem in medio.

Dices: Actualis locutio non potest esse principium locutionis in Angelo secundum Scotum hic, ergo nec una species erit principium productivum alterius speciei. R. negando consequentiam cum Doctore in quodlibet. 14. in fine, disparitas est, quia species impressa est talis naturae, ut per se primò sit virtualiter representativa objecti, proinde potest seipsam multiplicare in quolibet intellectu proportionato, sicut multiplicatur sensibilis species in medio, sed actualis notitia non est sic virtualiter representativa objecti, sed tantum sui, objecti autem est tantum formaliter representativa, & quidem intellectui praecise, cui inest.

Quaeres: An Angeli loquantur Deo? R. Affirmative, patet ex Zachariae 1. Respondit Angelus loquens Dominum.

XV. Et aliquando ad solam speciem terminatur.

XVI. Et aliquando ad speciem & intellectionem.

XVII. Angeli loquuntur Deo.

gelum Domini, & dixit; Domine exercituum, usquequod tu non miseraberis Jerusalem? Item ex libro Job. & alibi. Tum quia etiam homines loquuntur Deo, ergo.

Dices: Angelus loquitur producendo in audiente cognitionem ex dictis, sed talem cognitionem non potest Angelus producere in Deo, ut de se patet, ergo non potest ei loqui. R. dist. ma. producendo cognitionem in subiecto apto nato recipere, & pati ab agente creato, concedo majorem; in ente infinito & immutabili, nego ma. & dist. mi. non potest producere ex eo, quod non haberet principia sufficientia in actu primo nego, ex alio capite, concedo. Itaque Angelus loquendo Deo in actu primo verè realiter, & Physicè agit, quia Angelus in actu primo loquitur per memoriam fecundam, ab imperio voluntatis applicatam, hæc verò sunt Physicè in Angelo, ergo: in actu secundo autem locutio Angelus est solum metaphorica & moralis, quia nihil in ipso producit, unde ad instar loquentis se tantum habet in comparatione Dei.

XVIII.
Quali notitia in Angelo audiente causatur.

Quæres 2. An per locutionem in Angelo audiente causatur notitia intuitiva, vel abstractiva? R. neutram, sed aliam tertiam, quæ fidei æquiparatur.

Probatur prima pars: Quia notitia intuitiva fit immediate à re in se existente, ut præsentem, & ad eam sic terminatur, auditio autem immediate causatur à memoria fecunda loquentis, & ad ipsam rem in memoria loquentis habitualiter præsentem terminatur, ergo.

Probatur secunda pars: Quia hæc causatur ab intellectu intelligentis, & à specie impressa, notitia autem per locutionem accepta totaliter causatur à memoria loquentis, non ab existentia rei in specie, ergo locutio non est notitia rigorosè abstractiva.

Probatur tertia pars: Quia non est major certitudo, quando aliquid auditur ab aliquo, quam sit credibilitas dicentis, sed, &c. ergo.

QUÆSTIO II.

An unus Angelus possit pluribus, & de pluribus simul loqui?

I.
Potest plures loqui.

Est extra controversiam, quod Angelus possit uni Angelo loqui, & non alteri, quia loqui est ad alterum conceptum suum dirigere, quocumque fiat modo, sive alii audiant, sive non, quod in sequenti resolvam quæstione, hoc enim hic parum refert, in facultate enim loquentis est dirigere ad hunc suum conceptum, & non ad illum, sicuti, si Petrus cum Joanne in præsentia multorum loqueretur, cum eo tantum diceretur loqui, quia ad eum sermonem dirigeret, licet loquentem plurimi alii audirent, sic Angelus potest causare conceptum in intellectu unius Angeli, & non alterius, quia activum naturale productivum intellectus est subiectum imperio voluntatis, & ideo pertinet ad voluntatem Angeli determinare, ut agat in hoc passum, & non in illud, nempe in

hunc intellectum istius Angeli, & non in illum. Sed dubium est, quot Angelos aliquis alloqui possit, & de quot rebus? Quorum dubiorum resolutiones ex diversitate prima ratione locutionis Angelorum dependet, Scotus hic reliquit rem insolutam, licet moveat; ego

DICO I. Quomodo Angelus loquitur alteri Angelo per productionem conceptus sui à memoria fecunda in intellectu alterius, non potest simul, nisi am loqui, de re una distinctè, de pluribus in confuso. Hæc est satis conformis principiis Scoti. Et probatur: Nullum agens creatum potest simul & semel producere plures effectus sibi adæquatos, sed una intellectio distincta de una re est effectus adæquatus intellectus Angelici, ergo Angelus non potest producere plures, consequenter nec pluribus loqui, quia loquitur per productionem intellectus, ma. patet, nam licet idem Pater possit successivè producere plures filios, non potest tamen eos simul probatur etiam minor: Quia intellectio una distincta, & clara de aliqua re est effectus adæquatus ipsiusmet Angeli loquentis, ita quod in seipso simul non possit plures producere, ergo etiam erit effectus adæquatus respectu alterius Angeli.

Dices: Homo potest simul & semel loqui pluribus, ergo etiam Angelus, cum sit multo perfectior. R. negando consequ. disparitas est, quia vox (vel species ejus) quæ gignitur ab homine, deserit eadem per aërem ad aures audientium, & sic tot possunt audire, quot sunt illi, ad quorum aures deserit, locutio autem Angelica non est res materialis, quæ eadem possit per medium ad plures deseri, sed gignitur solum per actualem actionem, & impressionem factam ab Angelo loquente in intellectu Angeli audientis, unde, cum ipse unam possit solum producere, uni tantum poterit loqui.

Instatur: Scotus videtur supponere, quod idem Angelus possit pluribus loqui, alioquin non quæreret numerum eorum quot possit? ergo. R. Scotum supponere, quod Angelus possit loqui pluribus, ita, ut uni distinctè, & aliis confusè, quemadmodum docet, quod unam intellectio in se distinctam possit semel & semel producere, & plures confusas, quando ergo quærat, quot loqui possit, supponit de locutione distincta, non confusa, nam de hac est conclusio nostra, quod pluribus loqui possit, tot videlicet, quot potest confusas simul producere.

DICO 2. Si locutio Angelorum fiat per activitatem specierum in Angelo loquentis, sic videtur, ut illa ex imperio voluntatis producat similes speciem in alio Angelo, tunc unus Angelus potest simul & semel pluribus loqui. Probatur: Una eademque albedo præfens pluribus oculis, nata est causare plures species in eis, ergo etiam una eademque species Angelica memoriæ fecundæ poterit producere plures in intellectibus præsentium Angelorum, si illi attendere vellent. Verum, tamen

DICO 3. Non potest pro hoc statu determinari, quot Angelus unum loqui possit, qualesque res ipse dem proponere.

Probatur: Quia pro hoc statu non possumus Angelos cognoscere ex propriis principiis secundum propria praedicata, ergo nec possumus eorum activitatem comprehendere, quot & quas intellectiones possint efficere simul.

Probatur secundò: Angeli distinguuntur specie, eorumque virtus activa secundum diversitatem specificam major & minor est, intensior & remissior, sed diversitatem specificam non possumus eorum cognoscere, quia non cognoscimus eorum differentias, ergo nec eorum activitatem.

V. *Potesit unus loqui potius quam alteri.* DICO 4. Angelus potens loqui pluribus, potest etiam uni loqui potius, quam alteri ex illis, licet sint aequaliter praesentes.

Probatur: Unus Angelus loquitur alteri per imperium voluntatis, applicando eadem memoriam suam secundam ad producendam in intellectu audientis cognitionem, ergo pro libitu potest in uno & non in alio per locutionem causare talem cognitionem.

Probatur secundò: Locutio non est sola manifestatio conceptus objectiva, sed actio realis terminata ad auditum formaliter recipientem notitiam, tanquam terminum illius intrinsicum, sed illa actio non est tota naturalis, sed voluntaria, ergo potest causare in uno, & non in alio: Hinc est, quod si unus Angelus loqueretur pluribus per productionem cognitionis, ut dicebat prima conclusio, tot essent locutiones, quot essent Angeli audientes, distinctae vel confusae, prout ex virtute sua Angelus natus esset eas producere, secundum commensuratum perfectionem.

Dices: Angelus vel loqueretur publicè, vel secretò, neutro modo posset; ergo. Probatur minor: Non secretò, quia supra dixi, in Angelis non esse secreta cordium: Si publicè, ergo Angelus alter audiret, consequenter non posset loqui uni, & non alteri. R. negando mi. quia utroque modo ad invicem loqui possunt, nam, licet non sint in Angelis secreta cordium, & consequenter non possit impedire, quin alter videat, si Deus concurreret, attamen potest alteri loqui, ut unus tantum audiat, & non alter, magna est enim disparitas inter locutionem, & visionem, & auditionem, quod ex superius dictis colligendum relinquo. Sed

VI. Instabis: Si alii Angeli praesentes intelligent ea, quae dicuntur ab alio, vel intelligere possint, si velint, jam illa locutio non erit secreta, sed publica. R. visionem semper futuram publicam, si Deus velit concurrere, non tamen locutionem, quia haec ex voluntate Angeli applicatur uni, & non alteri, unde semper dico, quod alii praesentes viderent, nego autem, quod audirent; disparitatem quare ex superioribus. Verum

Urgebis: Potest unus homo alteri loqui, quin tertius cognoscat & intelligat, ergo etiam debet Angelus aliquid ultra concedi. R. negando consequ. disparitas est, quia homo pro statu isto intelligit dependentem à sensibus,

& ideo nequit locutionem alterius per vocem factam scire, quin prius illius vox ad aures pervenerit suas, unde si loquens modificet vocem suam, quin ad aures alterius perveniat, tunc etiam auditionem & intellectiorem occultabit, non sic autem est in intelligentia Angelorum.

QUAESTIO III.

An Angelus possit alteri in quacunq; distantia loqui?

Sensus quaestionis est primò, an unus Angelus valeat alteri loqui in quacunq; distantia indeterminatè accepta, talem finitè in infinitum? Secundò, an in distantia determinata? Utròque sensu reddit quaestionem solutu difficilem medium intercedens, quatenus in se non est capax alicujus speciei intelligibilis impressae, vel expressae, sicut aer est medium susceptivum specierum sensibilium. Pro quo

Notandum ex Doctore subtili, quòd actio in medium non praecedat naturaliter actionem in terminum, nisi duplici ex causa; aut quia est ejusdem rationis medium & terminus, & tunc prius naturaliter recipitur in medio, sicut passum propinquius naturaliter prius patitur, quam passum remotius: Aut si est alterius rationis, agens habeat duas formas activas, quarum una naturaliter est prior altera, & secundum illam formam, quae est prior activa, natum est agere in medium, & secundum alteram in terminum. Exemplum primi est, quando Sol illuminat partes medii. Exemplum secundi, quando Sol generat mineram in visceribus terrae, vel vermem in terra, & illuminat medium interpositum, his duobus modis exceptis, dicit Scotus, quòd tunc agens non agat prius in medium, quam in terminum, sed statim in terminum, & sic potest Angelus unus alteri loqui etiam distant. Verum

DICO I. Non potest unus Angelus alteri loqui indeterminatè, scilicet, finitè in infinitum. Probatur: Quia Sphaera activitatis cujuslibet agentis creati commensuratur quantitati virtutis illius, sed Angelus habet finitam virtutem, ergo. Confirmatur; quia Soli Deo ratione infinitatis suae competit sic agere, ergo nulli creaturae competere potest. Sed

Arguitur in contrà: Ad actionem spirituales merè accidentalis est praesentia localis, ergo potest fieri in quacunq; distantia, cum passum non obsistat, sed potius perfectionem illam appetat, sed locutio inter Angelos est spiritualis, ergo. Confirmatur: Corpora interjacentia non impediunt illam actionem spirituales, quia non transit per illa corpora, ergo. R. dist. ant. praesentia localis est accidentalis, quando terminus actionis non dependet à passu, concedo: Si dependeat, nego ant. tunc enim passum debet esse determinatè praesens intra Sphaeram activitatis agentis. Ad confirmationem R. dist. etiam ant. corpora interjacentia non impediunt actionem, ex eo capite, quòd non transeat, concedo, ex alio capite, videlicet, quia passum extra Sphaeram activi-

I.

II.

III.

Non potest loqui in quacunq; distantia.

activitatis agentis constituunt, nego ant. & consequentiam.

Dices: Hoc videtur esse contra Scotum, quia in reportatis dicit, quod unus Angelus possit alteri distantiori loqui, & non propinquiori, quia utitur lingua pro non lingua, medio pro non medio, quia memoria est principium locutionis per voluntatem applicata, ergo potest per istam applicationem etiam in infinitum distantiori loqui. **R.** negando consequentiam, quia Scotus loquitur ibi de Angelo distante & propinquo intra sphaeram activitatis loquentis, quae magna est capiens Angelos multos, ex quibus per applicationem poterit distantiori, & non propinquo loqui. Hinc

IV.
Non requiritur contactus localis.

Dico 2. Ut unus Angelus alteri loquatur, non requiritur ullus contactus localis. Hæc est Doctoris sub. 2. d. q. q. 2. §. Ad questionem. Et

Probatur cum eo primò: Quandoque in actione medium non est ejusdem rationis cum termino aequaliter receptivum, & causa agens non habet duplicem formam, per quam agat, quarum una prius naturaliter egrediatur, quam altera, etiam actione diversae rationis, tunc nullo modo præcedit actio in medium, quam in terminum, sed sic est inter Angelos, ergo. **Probatur minor:** Quia medium distans inter Angelos non est natum recipere actionem, quam recipere potest Angelus audiens, cum sit corporale, & intelligere per Arist. est actio incorporea & inorganica; nec etiam habet duplicem formam, per quarum unam prius agat, quam per alteram, ergo.

Probatur secundò: Potest Angelus inferior seipsum intuitivè cognoscere, ergo etiam Angelus superior sic valet eum cognoscere, quia perfectio possibilis inferiori non repugnat superiori, sed Angelus superior potest ab inferiori distare, ergo non requiritur contactus localis.

Probatur tertio: Si Deus non esset, per impossibile, ubique per suam essentiam, & esset tamen omnipotens, tunc essentia non esset præsens visceribus, vel centro terræ, & tamen posset creare aliquid in visceribus, vel centro terræ, sed tunc ageret & produceret aliquid in extremo, absque eo, quod ageret in medium, ergo distantia localis non impedit etiam in Angelis.

Probatur quarto: Sol defæctò caufat vermem, vel aliam substantiam generabilem, & corruptibilem, & tamen actione illius rationis, scilicet generationis, non agit in medium, nec actione alterius rationis, nisi quia Sol habet aliam formam activam, scilicet qualitatem, per quam natus est agere prius aliquo modo, quam per suam formam substantialem, sicut alteratio præcedit generationem.

V.
A Deo est præfinita distantia.

Dico 3. A Solo Deo præfinita est determinata distantia, vel ab eo certò scita, in qua unus Angelus potest alteri loqui. Patet ex dictis supra.

QUÆSTIO IV.

Quid sit illuminatio, & quomodo à locutione differat?

Illuminatio locutionis species, de se in pluribus cum ea convenit, sine convenientia tamen, quemadmodum fieri solet in omnibus generibus & speciebus, unde, quæ particularia erunt in hac, & sequentibus questionibus, exanimabo, & in primis contra Durandum, qui licet in modo, in re negare non audeat, suppono dari illuminationem inter Angelos, quod tam certum esse puto, ac certum est, eos loqui, unde pro prima parte tituli

Dico 1. Illuminatio bene definitur, quod sit locutio de supernaturali vero, in esse secundo perfectiva. Ita ex Doctore sub. in 2. d. q. q. 2. Probatur, quia constat genere & differentia, ergo bene definitur: Probatur ant. *Luxura habet rationem generis; colligiturque illuminationem esse locutionem,* tum ex D. Paulo ad Ephes. 3. dicente: *Mihi omnium sanctorum ministerio data est gratia, illuminare omnes, qui sunt dispersati Sacramenti absconditis, à secundo in Deo, id est, mihi data est gratia, annuntiandi & predicandi vobis Evangelium.* Tum ex D. Gregorio lib. 2. Moral. cap. 4. dicente, *Loquitur Dominus ad Sanctos Angelos eo ipso, quod eorum cordibus occulæ in visibilia ostendat, quod est dicere, illuminat Deus Angelos.* Per vero supernaturali ostenditur differentia præcipua illuminationis, respectu locutionis, quia hæc est semper de alio quo supernaturali, vel saltem dependente à libera Dei voluntate & dispositione. Dicitur in esse secundo perfectiva; Non quod locutio etiam non sit Angelici intellectus magna perfectio, nam si locutione careret, esset utique valde imperfectus, sed comparativè, quia perficitur modo indebito, est enim illuminatio deus, quæ Deus liberaliter creaturis & Angelis de Theauris suis communicat, quæque connaturaliter non cognoscunt, unde magis perficit intellectum, quam illa, quæ connaturaliter cognoscere potest, sed in contraria

Arguitur: Diffinitio assignata non distinguit illuminationem à locutione, ergo non est bona. Probatur ant. locutio enim est perfectiva intellectus Angelici, ergo. **R.** negando ant. cujus probationem distinguo, locutio est etiam perfectiva, secundum quod, & per accidens, concedo ant. simpliciter, & quod per antonomasiam, ex eo, quod faciat modo indebito naturæ, nego ant. & cons.

Instatur: Illud obiectum, quod illuminationem à locutione distinguit, est valde obsecrum & ambiguum, ergo non potest simpliciter dici perficere intellectum. Probatur ant. quia dicitur à Scoto *excellens*, & tamen quanta sit excellentia, non explicat; si dicitur explicari per tò *intellectum perfectiva*, est incontra, quod, cum Angelus secreta sui cordis alteri revelat, illum non illuminet, & tamen eorum intellectum verè perficit: Et si dicatur iterum illuminationem magis perficere; illud non subsistit, quia majus vel minus intra eandem speciem eam non variat, nec facile assignari potest.

est, quisnam sit ille gradus magis varians. Verum R. Totum hoc argumentum pomposum esse, sed nihil urgere, quia tò intellectus perfectiva est vera differentia illuminationis à locutione, & licet revelatio cordis secreti etiam perficiat, illud secretum est tamen naturaliter intelligibile, objectum autem illuminationis non sic, unde non tantum dicitur intellectum perficere, sed etiam purgare intellectum illuminati.

sed illuminatio semper fit, saltem quoad objectum complexum, per conceptum actualem, ergò. Dixi saltem quoad objectum complexum, quia quoad incomplexum, si esset de aliqua re habitualiter ignota, posset etiam speciem simul acquirere.

Probatur denique: Quòd etiam differat ex modo producendi; Quia locutio semper prius producit in Angelo loquente, per illuminationem verò nihil Angelus illuminans in seipso producit, sed tantum in alio, quem illuminat; illuminans verò recipit à Deo immediatè aliquid ab ipso in intellectu suo productum.

VII.

QUÆSTIO V.

Quomodo fiat illuminatio in Angelis?

Circa illuminationem tot, tamq; diversæ sunt sententiæ, ac circa locutionem, tres tamen sunt solemniores; Prima dicit illuminationem fieri per simplicem propositionem externam veritatis, de qua est illuminatio, absq; eo, quòd imprimat aliquid Angelo illuminato, sicut Magister illuminat discipulum, ex eo, quòd ipsi proponat veritatem discendam, absq; eo, quòd aliquid effectivè in ipso producat. Ita Vasquez plures proficitans. Secunda est, illuminationem fieri per productionem alicujus luminis in intellectu illuminati, quod tamen hujus sententiæ Authores variè inter se explicant, aliqui enim putant, esse aliquem radium supernaturalem, alii, esse lumen supraaaturale adjuvans intellectum, alii, esse lumen aliquod naturale intendens, alii, ex eo, quòd alter Angelus cum eo effectivè concurrat: alii aliter. Tertia sententia est Doctoris subtilis, Angelum unum illuminare alterum producendo in ipso intellectionem aliquam, per quam moveatur ad cognoscendam rem clariùs in se illuminante, & clarissimè in verbo. Eum sequuntur sui, Interim

i. Diversitas opinionum.

Dico I. Illuminatio non fit per simplicem propositionem externam veritatis, de qua dicitur fieri illuminatio.

II. Non fit per simplicem externam propositionem.

Probatur primò Ex D. Augustino nostro, pluribus in locis, ubi docet illuminationem fieri per productionem alicujus effectus ab illuminante in illuminato, ut concione 18. in Psal. 118. ubi dicit: Potest quidam aliquid agere Angelus in mentem hominis, ut capiat lucem DEI & per hanc intelligat, sed ita dicitur intellectum dari homini & quasi, ut ita dicamus; intellectuare hominem, quemadmodum quisq; dicitur lucem dare Domui, vel domum illuminare, cui facit fenestram. Et infra: DEUS autem & mentem hominis rationalem atq; intellectualem fecit, quæ possit capere lumen ejus, & Angelum talem fecit, qui operari possit ad aliquid, unde ad capiendum lumen DEI mens adjuvaretur humana. Sed qui facit fenestram; non tantum aperit

Zzzzz viana

IV.

Ex quibus capitibus formalis illuminatio à locutione,

Dico 2. Differentia illuminationis à locutione potest desumi, tam ex parte objecti materialis & formalis, quam ex parte termini & modi producendi. Hanc colligo ex Scoto hic: Et per tò ex parte objecti materialis & formalis excluditur differentia primò à nonnullis assignata, quòd locutio indifferens sit ad verum & falsum, illuminatio autem tantum fiat de vero, hæc enim differentia locum non habet in Angelis beatis, qui semper verum loquuntur, non tamen semper illuminant. Excluditur secundò, quòd locutio fiat de re indifferenter nota vel ignota, illuminatio verò semper de re ignota: Quia homines, Dæmones & Angeli frequenter loquuntur de rebus ignotis. Hoc prænotato

V.

Probatur Conclusio quoad partem eandem, Angelus non illuminatur in naturaliter notis, vel noscibilibus cujuscunq; sint ordinis, quia hæc res non subterfugunt latitudinem objecti naturaliter motivi intellectus Angelici; ergò illuminatio est præcisè de rebus futuris, vel à decretis Divinæ voluntatis, vel à Divina revelatione pendentibus, hinc illuminatio nunquam est de universalibus, sed semper de particularibus.

Probatur secundò: Scientia per illuminationem non est evidens ex parte rei, quia de rebus evidenter notis Angelus non indiget illuminari; ergò illuminatio benè differt à locutione per objectum materiale, ut probat prima ratio; & etiam per formale, quia objectum adequatum illuminationis est verum revelatum, ita videlicet, ut res latens sit objectum materiale, revelatio verò formale, Exempli gratià, supposito, diem judicii esse materiam illuminationis, illuminatio nequit cum certitudine naturali hanc veritatem ostendere illuminato, cum nec ipse cum certitudine tali cognoscat; ergò debet sub revelatione Divina illam accipere.

Dices: Angeli sunt extra statum viæ non capaces assensus fidei, sed verum sub revelatione est objectum fidei omninò obscurum; ergò non est objectum illuminationis in beatis Angelis. R. dist. maj. respectu objecti primarii, concedo: respectu aliorum ab objecto primario, nego: Quia quoad secundaria objecta puto Angelum omninò esse capacem actus fidei.

VI.

Probatur secunda pars Conclusionis: Quia locutio quandoque fit per solum actum & conceptum, quandoque per hunc & speciem; & quandoque per solum speciem; F. Amandi Hermann Metaphysica.

viam luci & tollit impedimenta, sed etiam magnum aliquid efficit in domo, eam fodiendo, mutando &c. ergo etiam Angelus illuminans aliquid in illuminato efficit. Similiter probat intentum altera autoritas, nam si aliquid Angelus operatur, unde ad capiendum lumen Dei mens adjuvatur, quia hæc operatio debet terminari ad aliquod productum in aliquo subiecto, tunc quæro, in quod tendat, certe non in aliud, quàm in intellectum Angeli audientis.

Probatur etiam omnibus rationibus, quibus probatur est locutionem non fieri per simplicem propositionem, nec exemplum de Magistro & discipulo aliquid valet, quia Magister non illuminat discipulum, sed accommodat objectum capacitati eius.

III.
Nec per productionem alicujus luminis.

Dico 2. Illuminatio non fit per productionem alicujus luminis, sive naturalis, sive supernaturalis in intellectu illuminati. Hæc est contra Thomistas.

Probatur primo: Quia illud lumen, vel esset intensius lumen, vel novum, vel per concursum amborum intellectuum ad eandem intellectionem producendam, ratione cujus concursus diceretur illuminatus confortari & roborari; sed neutrum dici potest, ergo: probatur min. Non primum: Quia intellectus angelicus est substantia non susceptivus magis & minus: Nec etiam secundum, quia secundum Thomistas, Angelus non est passivus ab aliquo agente creato, recipiendo aliquam speciem vel objectum; ergo multo minus aliquid lumen: Non deniq; tertium, tum quia una intellectio non est nata produci, nisi ab uno intellectu, & si duo concurrant, duæ erunt intellectiones, quarum una non adjuvatur ab altera; tum quia in agentibus corporalibus unum agens non confortatur ex concursu alterius, nisi ipsam aliquid recipiat a concurrente.

IV:

Probatur secundò Conclusio, quod nullum novum lumen producat in illuminatione. Quia, sicut substantia Angeli non potest suscipere aliquid luminis naturalis, ita nec intensiorem per luminis superioris aggregationem, quia, vel illud lumen, seu virtus esset accidens intellectui & tunc nihil juvaret, quia intellectus est potentia vitalis substantialis, non accidentalis; ergo si prius, quantum ad essentiam substantialem intellectus Angeli erat improporcionatus, etiam post additionem illius luminis accidentalis esset improporcionatus. Vel deniq; substantialiter uniretur, & tunc intellectus Angeli substantialiter mutaretur, & corrumpereur, quod est absurdum; sequi tamen patet, quia, si intellectus meus ab extrinseco agente substantialiter augetur in claritate & efficacia intelligendi, procul dubio substantialiter mutaretur.

Probatur tertio: Nullum agens creatum potest infundere lumen naturale, vel supernaturale alicui potentie, per quod confortaretur ad agendum, vel intelligendum, ergo: probatur ant. Non naturale, quia illius solius est habitum lumen intendere, cujus est causare

ex Aristot. 2. Eth. Sed intellectus Angeli creatur à Deo solo; ergo ille solus potest augetur lumen supernaturale etiam solus Deus producit, ergo.

Dico 3. Illuminatio fit per productionem cognitionis actualis in intellectu illuminati à mensura secunda illuminantis. Ita Doctor subtilis.

Probatur: Quia locutio fit sic, quod confirmatur ex illo Psal. 41. *Erudavit os meum, &c.* Sed illuminatio est quædam locutio, ergo.

Probatur secundò: Non possum dici sanus per actum medici intelligentis morbum & disponentis de infirmitate, sed per sanitatem in me existentem & causatam, ergo nec potest dici Angelus illuminatus per actum alterius intelligentis, sed per aliquem in ipso productum.

Probatur tertio: Lumen dicitur perfectius & presens notitia actualis; ergo veritas per productionem eius diceretur Angelus illuminari. Objectiones in contrarium desumuntur ex dictis de locutione.

QUÆSTIO VI

An Angeli superiores illuminent inferiores & econtra?

In hac materia Doctor subtilis in septuaginta secundo d. 9. q. 2. sub littera L. m. fol. 482. coincidere primò videtur cum sententia Durandi afferentis, Angelos omnes immediate illuminari à Deo, & in tantum dici unum illuminari ab alio, in quantum unus alium præcedit in dignitate & perfectione. Secundo cum sententia dicentium, Angelos illuminare alios tantum dispositivè, ait enim, superiorum posse dispositivè agere, ut videat aliquid in verbis, nam illa auditio (per illuminationem facta) disponit, ut audiens convertat se ad intellectum loquentis & ibi videat illud, de quo loquitur loquens, & postmodum ad verbum. Pro quo

Notandum ex eodem Doctore supra, & in reportatis lib. 2. duplicem dari illuminationem dispositivam unam & inchoatam, alteram verò completam perfectam, per modum termini, quem habet illuminatio dispositiva: quod ab eodem declaratur dicendo; quod Angelus superior à Deo immediate illuminatus, per claram visionem alicujus mysterii, præcedit notitiam actualem in intellectu illuminati, obscuram tamen & imperfectam per actum fidei Angelicæ, proponendo tale mysterium certum, tanquam sibi immediate revelatum, auditio ergo hæc disponit audientem, ut se convertat ad intellectum illuminantis & ibi videat, de quo loquens & illuminans loquatur, que visio auditio est perfectior, secundò eadem visio & auditio disponit, ut videns tale objectum in intellectu Angelæ illuminantis obscure & imperfectè

adhuc, convertat se ad id clarè videndum in verbo, ad quam visionem agit tantum dispositivè, quia efficit, ut Angelus se convertat ad clarè videndum in verbo, quod obscurè vidit in Angelo illuminante, quemadmodum aliquis imperfectè videns rem in speculo imperfecto, desiderat illud videre in speculo perfecto, unde non fit illuminatio in Angelis, eorum oculos sanando, aut removendo aliquod impedimentum, ut aliqui fingunt; sed ad tollendam vel simplicem nescientiam, vel ignorantiam, aut errorem.

III. Notandum secundò: Deum ordinate suas illuminationes perfectas & completas disponere, ordinateq; distribuere immediate, immediate causa, mediatè verò & ordine duorum effectuum ab eadem causa procedentium, cum hoc ordine, quòd uni præsупponitur alter, in casu isto Angeli inferiores non possunt illuminari à Deo, nisi illuminationis superioribus. Si verò sermo sit de illuminationibus imperfectis & dispositivis, ordine causalitatis, inferiores illuminantur immediate à superioribus, quibus acceptis convertuntur ad accipiendas illuminationes perfectas, quamvis non negem, DEUM posse absolute (& forte etiam fecisse;) Angelos inferiores illuminare, non illuminatis superioribus, ut mox infra dicam, interim pro Conclusionem

IV. Dico I. Deus aq; primò & per seipsum complete, & perfecte illuminat omnes Angelos superiores & inferiores, cum ordine præsупpositionis unius effectus ad alium. Hæc deducitur ex Scoto supra.

Deus aq; primò illuminat omnes Angelos complete.

Probatur: Angelus illuminatus per revelationem claram myserit, naturaliter illi occulti, illuminat inferiores, sicut Sol partes remotas per propinquiores illuminat; ergò, sicut idem Sol illuminat priorem & posterio-rem, ordine se tenente tantum ex parte effectuum, quatenus ponit primò illuminationem in parte propinquiori, quam remotiori, ita idem Deus illuminat Angelum superiorem & inferiorem, prius tamen superiorem, quam inferiorem.

Probatur secundò Ex autoritate D. Dionysii de cœlesti Hierarchia cap. 2. & Athanasii lib. de communi Essentia dicentis: Quemadmodum discrimen ordinis in supernis potestibus cognovimus, ita quoq; stationis & scientia discrimina sunt: sunt Throni, sunt Cherub, atq; Seraph, qui sine ullo mediatore, aut interprete à Deo condiscunt, isti enim sunt Angeli assistentes, qui in hoc distinguuntur à ministrantibus, quia primi discunt immediatam habitudinem ad Deum, à quo in suis arcanis illuminantur, ministrantes verò indigent ministerio aliorum Angelorum. Hinc

V: Dispositivè primò perfectiores.

Dico 2. Ordine causalitatis imperfectè & dispositivè illuminantur regulariter Angeli inferiores per superiores. Est communis & colligitur ex Patribus passim, Augustino supra D. Bernardo lib. 5. de Considerat. cap. 4. ubi dicit: Patemus Cherubim ex ipso sapientia fonte, ore Altissimi haurientes, & refundentes fluentia scientia universis civilibus suis, &c.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Probatur Conclusio primò:

Ex ordine & subordinatione essentiali inter Angelos ad invicem spectatos, ut sunt entitative & specificè superiores & inferiores.

Secundò: Ex ordine Divinae providentia, quæ taliter gubernat universum, per superiores regendo & dirigendo inferiores; ergò etiam in ordinatissima Republica Angelorum.

Tertiò: Quia materia illuminationis sunt effectus contingentes dependentes à libera Dei voluntate & dispositione, sed nullus Angelus potest ejusmodi effectus certè & evidenter cognoscere; ergò neque alteri certè & evidenter revelare; ergò illuminabitur tantum imperfectè & obscurè, sicut nos de rebus fidei illuminamur, cui succedit clara visio, quæ videbimus perfectissimè, quod utiq; de Angelis quoq; sentiendum, & expresse tradit D. Bernardus 5. de Considerat. cap. 1. dicens: Creatura Cœli illa est, præstò habens, per quod potius ista intueatur. Videt verbum & in verbo facta per verbum. Neg enim, ut vel ipsa noverit, ad ipsa descendit, quæ ibi illa videt, ubi longe melius sunt, quam in seipsis. Sed in contrarium

VII: Solvitur Aq; sicut.

Opponitur Autoritas D. Dionysii de cœlesti Hierarchia cap. 7. & 8. dicentis: Seraphim perfectissimâ luce, & potentissimâ trahunt ad se agmina Angelorum inferiorum; ergò non tantum dispositivè & cap. 15. Angelus unicam intelligentiam, quam à diviori traditam accipit, in quadam dividit atq; amplificat, ergò. R. negando conseq. Nam Angeli superiores potentissimâ luce trahunt ad se inferiores dispositivè, quantum ipsis possibile est, non verò simpliciter & complete, quod sola visio præstat, ex Scoto dicente supra, sicut enim non omni intellectio est simpliciter perfectio Angelici intellectus, sed visio verbi & non visio quidditatum, sed visionem Angelus superior producere in alio non potest, utpote quæ non substat causalitati creatæ, ergò. Ad secundam autoritatem dico, eam non intelligendam de eodem illuminationis gradu, sed de diverso, quia Angelus superior multiplicat notitiam, eam accommodando captui inferiorum, ita ut excitentur ad convertendum se ad verbum. Reliqua argumenta non sunt magni momenti

Dico 3. Angelum inferiorem absolute illuminari à Deo posse de aliquo mysterio, non illuminato tamen superiori.

VII: Potest illuminari inferior non illuminato superiore.

Probatur primò: Quia nulla apparet repugnantia.

Secundò: A factò, quia Gabriel ad tertiam Hierarchiam pertinet, secundum mellifluum Doctorem Bernardum, qui tamen docet in homilia 1. supra missa est, ipsi revelatum fuisse mysterium incarnationis, latens Angelos primæ & secundæ Hierarchiæ, imò etiam omnibus aliis Angelis occultum, & quamvis in tractatu ad Hugonem de S. Victore dicat, hoc ad minus verum esse de circumstantiis quibusdam Incarnationis, hoc non obest, quia sequitur, quòd DEUS etiam illas revelaverit Gabrieli,

Zzzzz 2 & non

& non aliis, quod sufficit. Fateor tamen, id ordinariè non contingere. Sed pro Thomistis

VIII. Argumentum in oppositum.

Arguitur: Ordinariè Lex Divinæ Providentiæ exigit, ut non illuminentur Angeli inferiores, non illuminatis prius superioribus; ergò nequit aliter fieri: probatur conseq. Illa lex est omninò naturalis, & secundum rei exigentiam; ergò est omninò indispensabilis. R. negando conseq. cum sua probatione, quia leges secundum quas Deus operatur ad extrà, sunt omninò præfixæ à Divina voluntate, & fiunt secundum rei exigentiam secundum quid tantum non absolute.

Instatur: Ordo conveniens substantiis spiritualibus nunquam prætermittitur à Deo, quia nequit illum naturaliter mutare cum sit omninò naturalis secundum naturalem differentiam Angelorum; ergò contra illum nequit Deus illuminare inferiorem, non illuminato superiore. R. quòd hæc sicut & prior ratio concludit defædò, non verò de possibili, regulariter, non interdum; Deinde ad probationem concedo, Deum non posse illum ordinem mutare in actu primo, nego tamen, quòd non possit eum immutare in actu secundo.

Urgetur: Si immutaret in actu secundo, Deus faceret injuriam angelo, & etiam injustè operaretur. R. negando sequentiam; Illud enim justum secundum Scotum in 4. d. 46. q. 1. quod à Deo est volitum, è contra quod à Deo

non est volitum injustum, juxta illud D. Anselmi in Prologo cap. 12. Illud est justum, quod tu vis, injustum, quod non vis Dominæ. Generaliter Dei ad creaturam non est justitia.

Dico 4. Angelum inferiorem, quantum est de se, potest dispositive illuminare superiorem, ut defædò illuminatio perfecta de ipsa sequeretur, si angelus superior vellet eam recipere.

Probatur: Illuminatio est species locationis, differens objective tantum & formaliter, sed angelus inferior potest loqui superiori; ergò etiam eum illuminare.

Dices: Inferiores nequeunt docere superiores, cum altiori modo, ac universalioriter intelligant superiores, quam inferiores: ergò. R. negando ant. cum assumpto, est enim contra illud Divi Pauli ad Ephesios 3. Ut innotescat Principatibus, & Potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis gratia Dei; Ex quibus verbis Sanctus Hieronymus & Anselmus colligunt, ex sapientia Evangelica etiam Angelos proficere, quidum etiam Christus, vel per se, vel per Apolos instrueret Ecclesiam, plurima secreta didicerunt Angeli, quæ ignorabant antea, ergò ab homine angeli discunt, quare nequibunt ab inferioribus superiores discere? Hoc semper intelligendum extraordinariè, & de potentia Dei absoluta, regulariter enim & ordinariè oppositum contingit.



DISPUTATIO V. DE LOCO ET MOTU ANGELORUM

Disputatio hac purè ad Philosophiam pertinet, quam proinde aliqui sua tractant, ut omniarepetant, ego omnia, qua de natura loci & motus, de multiplici divisione, de spatio & aliis similibus dici possent, ex dictis supponam & ea, qua particularia erunt, explicabo; Sit igitur

QUÆSTIO I.

An Angelus sit in Loco & an per operationem?

I. Opiniones diversæ.

Non defuerunt olim aliqui, qui negarent Angelos esse unquam præsentés loco corporeo, verè & propriè, secundum suam substantiam, sed tantum abusive, quos sequitur Hervæus & videtur etiam esse Thomistarum, dum asserunt, Angelos esse tantum in loco per solam operationem, quæ est difficultas & secunda pars tituli; Sensus tamen ejus esse potest duplex: Primò, an Angelus secundum propriam suam substantiam sit in loco corporeo, vel potius substantia Angeli non sit præsens loco corporeo, sed tantum ejus operatio, & ratione operationis Angelus dicatur esse in loco, licet substantia distet à loco. Secundò, supposito, quòd Angelus sit in loco corporeo secundum substantiam, ita, quòd substantia ipsa sit præsens loco, ratio tamen, fundamentalis quare sit in lo-

co, non sit substantia, sed operatio, ita, quòd, si circumscriberetur ab Angelo operatio, substantia Angeli non posset esse in loco? Circa quam materiam diversimodè variant Auctores, quomodocumq; tamen explicetur ab eis, difficultatem sentiunt, ego utrumq; modum improbo cum Scoto &

Dico I. Angelus est verè, propriè & realitè præsens loco corporeo, per suam propriam essentiam & substantiam. Ita Scotus 2. d. 2. q. 5. & 6. Scotistæ, Nominales & Neoterici.

Probatur primò ex Scriptura: Quæ frequenter docet, Angelos aliquos esse in Cælo, alios in inferno & alios in aère, quos etiam Rectores Tenebrarum harum vocat: Sic Christus Dominus aliquos Demones misit in desertum. Sic Tobie 8. dicitur: Tunc Raphaël Angelus apprehendit Demonium, & relegavit illum in desertum superioris Ægypti: sic Apoc. 20. dicit Joannes, se vidisse Angelum descendentem de Cælo, habentem clavem abyssi, & custodiam magnam in manu sua & appre-

Et apprehendit Draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus & Sathanas, & ligavit eum per annos mille. Et alibi sæpe plurima alia.

Probatur secundò, ex Patribus:

D. Augustino lib. de cognit. veræ viæ cap. 8. ubi ait: Loco circumscribuntur, sicut & anima humana. Et de spiritu & anima cap. 18. Inest singulis (Angelis) naturalis terminus. D. Bernardo lib. 5. de Confid. cap. 5. Adsumt Angeli & Archangeli, sed ille germanior nobis, qui non modo adest, sed inest, videlicet anima. Et subdit: Possesse nobis & Angelum, non inficior; memini scriptum, & Angelus, qui loquebatur in me. Ille ut contubernali animæ inest. Et serm. 7. in Cant. dicit: Credimus Angelos Sanctos adfave orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, ubi tamen sine ira & disceptatione levavi peras manus perspexerint; probat hoc Angelus ita loquens ad Tobiam, quando orabas, &c. puto id vobis satius & aliis Scripturæ testimoniis persuasum. Nam, quod psallentibus quod dignanter admiseri sancti Angeli soleant, quid eo manifestius, quod Psalmista ait, prævenere Principes conjuncti psallentibus. Et alibi sæpe ut in Psal. 90. præsentiam Angelorum Custodum commendat, addo pro majori confirmatione unicum textum: Angelus suus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam, asserre devotionem, conferre fiduciam? Reverentiam pro præsentia; devotionem pro benevolentia; fiduciam pro custodia. Caute ambula, ut videlicet cui adsumt Angeli (sicut eis mandatum est) in omnibus viis tuis, in quovis diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe. Tu ne audeas illo præsentem, quod videme me non audeas. An præsentem dubitas, quem non vides? Si fidem consulas, ea tibi Angelicam probat præsentiam non desse. Adsumt igitur & adsumt tibi, non modo tecum, sed & pro te. Adsumt ut protegant, adsumt ut prosint. Dic amabò? Quid clarius pro Angelorum præsentia dici posset, & certè, si fides probat, ut melleus Doctor ait, irreverenter ipsius, & aliorum Patrum ac Sacræ Scripturæ Verba in sensum metaphoricum retorquentur.*

Probatur tertio Conclusio:

Ex Magistro sententiarum, Deus est omnibus rebus præfens per essentiam, præsentiam & potentiam, tanquam per tres modos distinctos, ergò etiam Angelus sic potest per essentiam esse præfens. Ant. patet quoad utramque partem, tum, quia si esset idem dicere, esse præsentem per essentiam, ac esse præsentem per operationem, modus per essentiam & potentiam non essent distincti, quia per potentiam operatur: Tum, quia Scriptura & Patres clamant, Deum esse ubique præfentialiter per suam essentiam, nam Jeremiæ 23. dicitur: Cælum & terram ego impleo. Et D. Augustinus lib. 7. de Civit. cap. 30. *Hæc autem facit & agit unus & verus Deus, sed, sicut idem Deus, ubiq; totis, nullis inclusus locis, nulli vinculo alligatus, in nullas partes scissus, ex nulla parte mutabilis, implens Cælum & terram præsentem potentia, non absente natura, &c.* Jam probatur consequentia prima argumenti: Tum, quia, si aliquid impediret, quò minus essent Angeli rebus corporeis præfentes, esset immaterialitas, sed Deus est magis immaterialis, ergò.

Tum, quia minus videtur de Deo dicendum, quòd operetur, ut sit præfens, quàm de Angelo, utpote, cum Deus infinitæ virtutis & perfectionis, Angelus verò limitatæ, sed Deus secundum S. Thomam (est ad hominem) est præfens, quia operatur tanquam à posteriori, nam mobile & movens debent esse simul, ergò, si Angelus alicubi operatur, prius debet supponi esse præfens, ergò.

Dices: Deum esse ubique præsentem

per potentiam, esse, Deum esse in omnibus rebus immediate immediatione virtutis, esse verò in rebus omnibus per essentiam, esse, Deum esse in omnibus rebus immediatione suppositi, id est, quia Deus agit aliquid per seipsum in omnibus rebus, nullo alio mediante supposito, quod concurreret ad productionem illius rei. Ita respondet Cajetanus. Sed reverà ex hac instantia patet, Cajetanum negare præsentiam substantialem essentia divina rebus corporeis, quia immediata operatio immediatione suppositi, non conjungit essentiam efficientis causæ suo effectui, aut, si conjungit, jam erit alius modus, primum tamen est contra omnes Scholasticos, si secundum, dat nobis manum.

Dices: Adhuc posito, quòd ille modus

sit distinctus, attamen operatio est fundamentum, quare Deus sit rebus præfens. Sed contra: Deus potest operari, ubi non est, imò defectò ante mundi constitutionem non erat in rebus per essentiam, & tamen operatus fuit creationem rerum, & modò extra mundum posset aliquid producere. Imò defectò dicitur esse extra mundum in probabili sententia, & tamen nihil operatur, ergò operatio non est fundamentum.

Probatur Conclusio quartò:

Eodem modo Scriptura asserit, Angelos esse in loco, quo animam Christi asserit fuisse in inferno, sed anima Christi verè fuit secundum substantiam in inferno, juxta articulum: *Descendit ad inferos*, ergò quoque Angeli, quando in Scriptura dicuntur esse in aliquo loco, verè ibi sunt per præsentiam approximationis. Major patet, quia, sicut Scriptura dicit: *Descendit ad inferos*, eadem phrasi etiam dicit Joan. 5. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua*, ergò. Confirmatur de anima rationali, quæ verè descendit ad inferos, vel ad purgatorium, ergò eodem modo dicendum de Angelis.

Probatur Conclusio quintò:

Virtus finita differt à virtute infinita, quia virtus infinita potest agere in quantumcunque distans, virtus verò finita requirit determinatam distantiam ad hoc, ut possit operari, sed determinata distantia est determinata approximatatio & propinquitas substantia operantis ad corpus, in quod operatur, ergò in omni virtute creata & finita requiritur prius præsentia debita approximationis substantialis, & deinde sequitur operatio, & consequenter substantia Angeli prius est præfens corpori, in quod operatur, quàm ipsa operetur in illud. Sed in contrarium

IV.

V. *Alia probationes.*

VI.

III. *Ratio Magistri.*

VII.
Obicitur &
explicatur
D. Augu-
stinus.

Opponitur *Authoritas S. Augustini* lib. 83. qq. q. 20. ubi ait: *Deus non alicubi est, quod enim alicubi est, continetur loco. Quod continetur loco, corpus est: Deus autem non est corpus, non igitur alicubi est.* Sed etiam Angelus non est corpus. Et lib. 8. de Genesi ad litteram cap. 26. dicit, *solam naturam corporalem moveri per locum & tempus, spiritualem verò per tempus tantum.* Unde ipse & etiam alii Patres dicunt, Angelos non esse nisi abusive in loco. S. Sanctum Augustinum aliud non velle, quam, quòd Deus non sit in loco circumscriptivè, ita, quòd commensurarentur ei partes rei locantis, sic fateor, nec Deum, nec Angelum esse in loco, nec conclusio hoc præterdit, sed solum eos esse definitivè in loco.

Instatur: Omne locatum habet situm, sed situs non convenit, nisi rei quantæ, quia positio uno modo est proprietas quantitatis, ergò non convenit situs Angelo, consequenter nec locus. R. negando ma. & dist. mi. situs per coextensionem partium non convenit, nisi rei quantæ, concedo mi. situs per simplicem situationem, nego mi. positio autem, quæ est proprietas quantitatis, coextensionem & commensurationem partium exigit, non alius.

VIII.
Aliud est
esse formaliter,
aliud
fundamentali-
ter in loco.

Prosequenti conclusione nota, quòd, explicando sensum questionis quoad alteram partem, dixerim, queri; an operatio sit ratio, quare substantia Angeli sit in loco, ut modò probatum est, Ratio autem illa potest sumi & intelligi dupliciter, primò formaliter ut sit proximè formalis; secundò fundamentaliter, & utroque modo potest dici ratio formalis, primo proximè & propriè; secundo modo in largiori acceptione; exempli gratià: Similitudo est ratio formalis proxima, quare duæ rosæ, vel lilia sint similia: Albedo verò dicitur etiam ratio formalis, quare rosæ sint sibi similes, in tantum, quia albedo est fundamentum similitudinis; sic eodem modo ratio, quare aliquid sit in loco, potest quoque sumi dupliciter, primò pro ratione formalis propria, & sic est ratio formalis aliquis respectus rei locatæ ad rem locantem: Secundo pro ratione fundamentali, in qua videlicet respectus ille fundetur, & de hac ratione potissimum controversatur, ergò tamen quætionem in utroque sensu resolvam, unde

IX.
Ratio forma-
lis est ubi de-
finitivum.

Dico 2. *Ratio formalis, propriè dicta, existendi Angeli in loco, est ubi incircumscriptivum seu definitivum.* Probatur: Quia præter rem locatam & locum debet admitti aliquid, per quod res formaliter dicatur in loco, sed illud est ubi, quum verò Angelus sit spiritualis, non potest habere circumscriptivum, ergò definitivum. Major patet tum ex Physica, tum à simili, quia ut corpus sit in loco formaliter, debet præter locum & rem locatam aliquid admitti; tum, quia, ut duæ rosæ sint sibi similes propriè & proximè formaliter, præter fundamentum, quod ponamus albedinem, debet aliquid admitti, nempe relatio, ergò.

X.
Ratio effecti-
va est ipse
vel alia cau-
sa ponens
eum ad illud.

Dico 3. *Ratio effectiva, quare Angelus sit in loco, est vel propria ejus virtus motiva, quæ se libere transfudit ad illum locum, vel virtus extrinseca,*

quæ in eo productum est, vel ad eum translata, & in ea detentum. Probatur; quia determinans efficienter Angelum ad existendum in aliquo loco, est id, à quo, tanquam à causa efficiente habet, quòd sit in eo; sed illa sunt cause efficientes hujus effectus, in conclusione relatæ; ergò. Confirmatur, quia illæ eadem sunt cause, quare corpora sint in aliquo loco, ergò etiam quare Angelus, unde sicut Angelus potest se ponere ad hunc locum, ita etiam ad illum, & sicut se ponit ad locum parvum, ita etiam libere potest se ponere ad majorem, &c.

Dico 4. *Angeli non sunt in loco per operationem, tanquam per rationem fundamentalem.* Ita Scotistæ contra Thomistas & signant Ferrar.

Probatur primò: Si Angeli essent in loco per aliquam operationem, vel essent per immanentem, vel transcendentem, per naturam possunt esse in loco, ergò. Major patet. Probatur minor: Non per immanentem, tum, quia ipsi sic plurimi saltem concedunt; tum, quia operationes immanentes æquè præscindunt à loco, sicut substantiæ ipsæ, & consequenter, sicut substantia non est ratio existendi in loco, ita nec operatio immanens. Tum, quia non possunt esse visio & fructio, in quibus consistit beatitudo, quia Angeli fuerunt creati in Cælo Empyreo, & non in beatitudine, & mali ceciderunt de ipso Cælo Empyreo, & non de beatitudine, ergò. Nec de hoc ulterior est difficultas. Quare

Probatur minor illa, & consequenter conclusio, quòd nec per transcendentem, corpora non sunt in loco per operationem, ergò nec Angeli; Probatur consequentia; quia secundum ipsos Thomistas, idem corpus non est in loco per operationem, quia præsupponitur corpus ipsi operationi, sed Angelus etiam præsupponitur esse in loco, quum operetur, ergò Angelus non potest esse in loco per operationem. Nec dicas, operari, & esse in loco esse idem, quia aliquoquin falsa esset propositio Aristotelis universaliter: *Agens & passum delem esse simul*, quia conveniret tantum corporibus; vel si vera universaliter ut esset nugax, quia significaret; in spiritualibus agens oportet agere, & passum pati, ergò etiam in ipsis aliud est, esse simul, & aliud, agere & pati, quia sunt simul, consequenter esse præsupponitur ad operari. Et continuando pariter de existentia corporis in loco, & Angeli.

Probatur secundò Conclusio: Sicut se habet quantitas ad corpus, ut illud existat in loco circumscriptivè, ita se habet operatio in Angelo, ut sit in loco definitivè, sed nulla quantitas, quæ non est in subjecto, potest esse ratio formalis, ut aliquod corpus existat in loco circumscriptivè, ergò etiam nulla operatio potest esse ratio Angeli, ut sit in loco definitivè, quæ non est in ipso; subsumo: Sed operatio transiens non est in subjecto & Angelo operante, sed in passio, circa quod operatur, et ergò. Major autem principalis patet, quia modus existendi Angeli in loco definitivè desumitur à modo existendi corporis in loco circumscriptivè.

scriptivè, ergò, sicut ratio existendi in loco circumscriptivè debet esse in ipso subjectivè, ita debet etiam esse in illo, quod existit definitivè.

Dices: Angelum per unam operationem constitui in loco, & per alteram operari deinceps. Sed contrà; ergò cessante operatione, per quam constituitur esse Angelus in loco, cessat etiam esse in loco, quia cessat & definit ratio formalis constituendi eum in loco, ergò. Deinde redit argumentum, ergò ratio formalis constituendi in loco debet inesse subjectivè.

XII. Probatur Conclusio tertio.

Si operatio transiens Angeli est ipsi ratio essendi in loco, sequeretur, quòd Angelus frequenter nullibi erit, & nunquam in Cælo Empyreo, sed hoc est, &c. ergò. Probatur sequela, quia Angelus potest cessare ab omni actione transeunte ad extrà, & sese occupare in mèrè internis: Deinde in Cælo Empyreo nullam potest habere actionem, quia si aliquam, motum, hæc enim eorum est actio transiens, hunc autem habere nequit, quia Cælum illud est immobile & incommutabile. Dicere autem, esse ibi ad ornatum, est concedere, quod volumus, quia quero, quid sit? Si est simplex præsentia & existentia ubi, ergò sine operatione, si verò præsentia & unio, eodem modo habetur intentum. Confirmatur hæc ratio, quia alioquin sequeretur, quòd nec demones, nec animæ damnatæ essent in inferno, quia nullam ibi habent operationem transeuntem, cum ipsi violenter detineantur, ergò.

Dices: Satis esse, ut dicantur in inferno, quòd ignis in ipsos agat, ipsosque cruciet. Sed contrà primò, ignis ipsos non cruciat Physicè, sed intentionaliter. Contrà secundo, si demones per hoc sunt in inferno, quòd ignis agat in ipsos, ergò etiam ignis ibi erit per hoc, quòd demones in ipsum agant, quòd tamen nemo dicet. Recurrit autem ad qualitates occultas occultam arguit scientiam, & publicam voluntarieratem.

Probatur quartò: Quia Angeli non motores orbium possunt descendere, & frequenter descendunt ad terram, sed tunc in mediis orbibus nihil operantur, quia eos non movent, & tamen tunc non sunt nulli, ergò sunt in loco sine aliqua operatione. Confirmatur, ipsimet Angeli motores moventes Cælum operantur in totam Sphæram, utpote, cum illam totam moveant, & tamen non sunt præsentés toti Sphæra, sed uni tantum parti, ergò. Sed in contrarium.

XIII. Opponitur I. Authoritates, Plures Sanctorum Patrum, qui adstruere videntur, Angelos esse in loco per operationes intellectus & voluntates. Verùm ista non multum probant, quia aliud non volunt, quàm quod à posteriori bene colligi possit Angelorum præsentia, quòd alicubi operentur. Unde

XIV.
Argumentum extraneum præsumptum.

Arguitur: Ex ratione, ut aliquid sit in loco, debet locum aliquo modo attingere, sed Angelus non potest locum aliter attingere,

nisi mediante operatione transeunte, ergò. Ma. patet, quia substantia quanta, non est in loco, nisi quantitas locum attingat, nec aliquis dicitur vestitus, nisi vestem aliquo modo attingat; probatur minor, quia præter contractum quantitativam & molis, alius non est, quàm virtutis, id est, operationis. *W. dist. ma. debet aliquo modo attingere, id est, fieri præsentis per unionem ad locum, concedo ma. per contractum commensurativam; nego. ma. & minorem, quia ipsa substantia Angeli potest sufficienter attingere illum locum, unde ad probationem majoris dico, quòd falsum sit alumptum, substantiam etiam materialem non attingere locum, nisi per quantitatem, quia non attingit locum commensurativè, nisi per quantitatem, bene tam definitivè.*

Arguitur 2. Si substantia Angeli esset in loco per se, sequeretur, quòd Angelus esset in solo loco indivisibili, sed hoc est absurdum, quia Angelus non potest esse in aliquo loco quanto & divisibili, ergò. Probatur sequela, quia substantia, circumscripta quantitate, est indivisibilis. *W. negando sequelam, quia etiam anima est indivisibilis, & tamen existit in corpore quanto, quia in substantia fundatur potentia neutra ad existendum in loco, quantitas autem & latitudo loci pendunt ex virtute substantiæ, & hinc Deus, utpote infinitus, est ubique, Angelus verò, utpote limitatus, est in determinato loco indeterminate, ad quem proinde pro libitu suæ voluntatis movere & ponere potest.*

Dico 3. Angelus non est in loco per applicationem suæ virtutis. Est communior contra Cajetanum. Et probatur: Quia illa applicatio virtutis ad locum, vel est actus primus Angeli, vel secundus? Neutrum dici potest, ergò. Probatur *ma.* non actus primus, quia tunc erit Angelus in loco per suam substantiam, quod tamen etiam Cajetanus negat: Non etiam actus secundus, quia ille vel est actus transiens, vel immanens, utrumque tamen improbatum est supra.

Dices cum Cajetano, applicationem illam nec esse actum primum, nec secundum nudum, sed ordinem actus primi ad actum secundum transeuntem. Sed contrà: Ille ordo novus in activa potentia agendi ad locum, oportet, quòd sit aliquid novi à parte rei, ergò si non est substantialis præsentia ejus in loco, necessariò erit solus effectus extra Angelum: Quia nihil esse non potest, cum per nihil verè Angelus à parte rei in loco, in quo ante non erat, existere nequeat; ergò per applicationem necessariò intelligere debet actus secundus, vel actus primus, & est substantialis præsentia, vel aliquis effectus extrà, cum alius modus concipi nequeat.

Dices: Illam applicationem virtutis ad locum in actu primo fieri, non per solam substantialem præsentiam, nec per solam effectum transeuntem, sed per actum voluntatis, quo Angelus circa corpus vult aliquid efficere. Contrà: Illa applicatio voluntatis non sufficit; primò, quia Angelum esse in loco, est ali-

XV.
Secundum.

XVI.
Nec est in loco per applicationem suæ virtutis.

quid reale extra Angelum, velle operari nihil ponit extra Angelum, ergo verè Angelum non constituit esse in loco. Secundo, sequeretur, quòd in infinita loca distantia posset sese simul ponere, & omnia loca replere, quia virtus Angeli realiter indentificatur substantiæ Angeli, & posset velle, ergo. Contra 2. si per voluntatem Angelus est in loco, sequeretur, quòd Angelus existens in rebus corporeis nullibi existeret, quia sic existens posset nullibi velle operari. Contra 3. sequeretur, quòd, si diabolus veller esse in Cœlo, statim ibi esset, &c.

XVII.

Probatur Conclusio secundò:

Virtus ipsa Angeli non potest esse ratio existendi in loco, ergo nec applicatio, probatur consequentia; tum, quia si quantitas non potest esse ratio existendi in loco, ergo nec applicatio, ut patet: Tum, quia nuda conditio non habet majorem rationem fundandi talem præsentiam, quàm ipsa virtus, at applicatio est conditio, ergo.

XVIII.

Ratio fundamentalis est substantia Angeli.

Dico 6. Ratio fundamentalis, quare Angelus sit in loco, est ejus substantia, in quantum est limitata, habens potentiam passivam neutram. Ita Doctor subtilis 2. d. 2. q. 6.

Probatur prima pars primò

à sufficiente refutatione aliarum sententiarum. Secundo, quia per id Angelus est in loco, per quòd fundat immediatè respectum ad locum, sed per suam substantiam illum fundat, ergo. Tertiò, potest Angelus se ponere, vel saltem poni à Deo in vacuo, sed tunc nullam habebit operationem circa aliquod corpus, & tamen erit præfens alicui loco, quia in illo vacuo potest se movere de una parte ad aliam, per quem motum fiet uni lateri proximior, & alteri distantiior.

Probatur secunda pars: Quia Angelus non est in loco per substantiam, ut substantia est, ergo est substantia limitata; ant, patet; quia alioquin deberet etiam convenire Deo, quòd tamen nemo dicet, itaque, sicut Deo convenit, quòd sit ubique, quia est substantia illimitata & infinita, ita Angelo convenit, ut non sit ubique, nec in pluribus locis naturaliter, quia est substantia finita. Unde in substantia fundatur potentia neutra essendi in loco, modi verò essendi in loco sequuntur conditionem substantiæ; si ergo est infinita, est ubique, quia immensa; si finita, sed sine quantitate, est in loco definitivè, non circumscriptivè, ut Angelus: Si verò sit finita habens quantitatem, est in loco non solum definitivè, sed etiam circumscriptivè, ut corpus.

XIX.

Ut habens potentiam neutram passivam.

Dixi: Habens potentiam neutram passivam, quia Angelus non est in loco necessariò, quia Deus potuisset creare Angelum solum absque eo, quòd creasset corporalia, sed tunc non fuisset in aliquo loco, cum non habuisset ultimum continens: Imò posset Deus creatà corporali creaturà facere Angelum extra omnem creaturam corporalem, ergo potentiam habet passivam neutram, ut sit in hoc, vel illo loco, vel in nullo. Sed in contrarium pro Vasquez

Dices: Substantia nuda requirit esse

fundamentum præsentia localis Angeli, quia præsentia localis est relatio, in substantia autem nequeunt fundari relationes, ergo. Respondendo aut. quia, sicut substantia ipsa fundat relationes identitatis & diversitatis, ita etiam potest fundare relationes præsentia localis, unde, si substantia est spiritalis, causabit respectum præsentia localis definitivè, si verò fuerit corpora, duplicem præsentiam fundabit, definitivam præcisè, respectu substantiæ nudè sumptæ, & circumscriptivam, propter quantitatem, quia ut dixi in Phisica, una eademque res pluribus præsentia præfens esse potest. Sed pro eodem

Instabis: Si posset substantia nuda fundare hunc respectum, sequeretur, Angelum, & substantiam ejus semper esse in loco eodem modo quàm diu manerent illa corpora, quibus est præfens, nec posset se movere ab illo, & sine eo esse, quæ sunt absurda: Sequela tamen probatur, quia manente fundamento eodem, & termino manet eadem relatio, sed præsentia localis est relatio, fundamentum est substantia Angeli, terminus est corpus, ergo. Respondendo sequelam, cujus probationis ant. dixi. si est aliquid necessariò in loco, transcat, si tantum non repugnant per potentiam neutram, nego ant. distinguo 2. manente fundamento & termino, manet relatio, intrinsicè adveniens, concedo, extrinsecus adveniens, nego ant. itaque præsentia localis est respectus extrinsecus adveniens, quæ non manet semper, nisi etiam maneat actio applicata, quia ergo actio applicans Angelum ad locum, virtus utriusque ejus motiva, subest imperio voluntatis, quòd eandem applicat nunc ad hoc corpus, nunc ad illud, ideò non manet semper eadem relatio, & eadem præsentia.

QUÆSTIO II.

An Angelus determinatum locum requirat secundum maximum & minimum?

Pro resolutione hujus questionis

Notandum 1. aliud esse, Angelum habere locum determinatum, & aliud, habere locum determinatè, quia primum significat, quòd Angelus sic repleat locum, ut naturaliter non potest replere majorem, vel minorem; secundum verò significat, Angelum naturaliter exigere locum A. verbi gratià, ut violenter sit in loco B. & sic corpora naturalia exigunt sic locum determinatè, tam secundum extensionem determinatam, quàm secundum situm, sicut simpliciter, vel deorsum, Angeli autem non sic in loco existunt. Hinc dicit Scotus supra c. 6. §. de quinto dico, quòd, quando aliquid est in potentia passiva ad aliquod genus, & non est determinatè in potentia passiva ad aliquam speciem illius generis, tunc ad eodem agentem potest reduci ad hanc, vel illam speciem, vel ut est superficies respectu albedinis & nigredinis sic Angelus est indeterminatus ex se, ut sita hoc, vel illo ubi, unde à Deo, vel à seipso potest

poni nunc ad hoc, nunc ad illud.

II. *Discrimen inter corpus & Angelum in ordine ad occupandum locum.*

Notandum 2. Discrimen esse inter corpus & Angelum, in ordine ad explendum locum suum adaequatum, corpus enim ita poscit extendi, ut naturaliter non possit in minori constringi, ut partes se invicem penetrant, Angelus vero indivisibilis non extenditur secundum partes, quia non habet partes, ad partes loci extensibiles, ita ut per nullam potentiam possit aliter poni, quam definitivè, ut sit totus in toto, & totus in qualibet parte. Discrimen secundum est, quod corpus exigit locum determinatum ad maximum & ad minimum, ut naturaliter citra miraculum non possit esse in majori vel minori, suo loco adaequato, secundum maximum & minimum, Angelus autem poscit determinatum quidem locum ad maximum, sed non ad minimum in omni rigore, quia infra locum adaequatum passivè est indifferens, tam ad omnes partes loci, quam ad unam etiam minimam. His notatis

III. *Angelus habet locum determinatum, non de terminatè.*

Dico I. Angelus ex virtute sua naturali nequit esse utiq; , neq; ex plere locum, quantumcunq; magnum, sed habet determinatum, quoad maximum, non tamen determinatè. Colligitur ex Scoto supra & in quarto.

Probatur prima pars: Quia proprium Dei est, ratione immensitatis suae, esse ubique, sed Angelus non est, sed neque esse potest immensus, quia haec statim infert illimitationem essentiae, exoritur enim inde, ergo.

Probatur secunda pars primò:

Esse simul in pluribus locis adaequatis, naturaliter infert, necessariò posse esse ubique, sed datur locus ita magnus, qui tria, quatuor, vel etiam plura adaequata contineat, sed non est major ratio, ut existat in pluribus adaequatis numero indeterminate, quam in infinitis, ergo. Secundò: Quantitas essentialis virtutis Angelicae aequivaleret quodammodo quantitati molis corporae, sed corpus per quantitatem molis non constituitur in loco quocunq; maximo, ergo nec Angelus. Tertio: Anima intellectiva non est apta nata informare corpus, quantumcunq; magnum, tum, quia corpus humanum determinatum est, quoad maximum, tum, quia ordinatur ad animandum corpus mediocris magnitudinis; ergo nec Angelus potest esse in loco, quantumvis magno: paritas haec currit, quia anima ita adaequatur corpori, sicut locatum loco, & perfectivum suo perfectibili.

Probatur tertia pars: Corpus naturale exigit locum secundum extensionem & situm, quia naturaliter eget conservari à loco, sed nullus locus naturaliter conservativus est Angeli; ergo est naturaliter indifferens ad omnia loca. Lege primum notabile & deprehendens modum.

IV.

Dices: Angelus potest in quolibet corpore operari; ergo debet esse localiter praesens omni corpori naturaliter, cum omne finitum sit praesens passio, circa quod operatur. & diff. ant. Potest in quolibet corpore operari simul, nego, successivè & sub disjunctione, transeat, *F. Amandi Hermann Metaphysica.*

imò nec in quolibet potest, quia, si non sit Angelus motor, quid produceret & operabitur in Coelo? Distinguo etiam probationem ejus, finitum debet esse praesens passio, in entitate sua praesens, nego, in sphaera activitatis & virtutis, concedo, itaq; Angelus, sicut nec in omnia corpora agere simul potest, ita nec potest simul esse omnibus praesens.

Dico 2. Angelus non potest existere in loco quovis minimo in infinitum divisibili pro libitu sua voluntatis. Est Doctoris 2. d. 2. q. 6.

V. *Non potest tamen esse in loco quovis minimo in infinitum.*

Probatur primò: Angelus nequit esse in loco quantumcunq; magno, quia est proprium Dei; ergo nec poterit esse in loco quovis minimo in infinitum: probatur consequenter. Locus, quatenus quantus, praesens secundum partes proportionales communicantes, est divisibilis in infinitum, sed non potest sic dividi quantus locus, quia ratio loci est realis, vel Physica, non Mathematica, respiciens solum considerationem, ideo nequit Angelus in minori minimo in infinitum existere, quamvis possit in minori adaequato. Eadem consequenter. Prima

Probatur secundo à Scoto:

Quia si Angelus posset esse in loco quantumcunq; parvo, posset etiam esse in loco quantumcunq; magno, hoc non admittitur, ergo; sequenter probat ex 35. Propositione Euclidis, quae est talis: *Quidquid potest esse in uno aequalium, potest esse & in reliquo, si sibi figuratio non repugnet;* hoc fante, ponatur, quod Angelus sit in quadrato quantumcunq; parvo, tunc necessariò quoque erit in quadrangulo illi aequali, est enim quadrangulus dabilis aequalis cuicunq; quadrato (quadrangulus differt à quadrato, quod quadratus habet latera aequalia, quadrangulus vero habeat unam partem longiorè alterà) sed omnis quadrangulus potest in infinitum constringi, & tunc fiet longior in infinitum, si ergo illi quadrato, in quo, ex supposito, est Angelus, quantumcunq; parvo, est dabilis quadrangulus aequalis, poterit quoque esse in hoc quadrangulo, sed hic quadrangulus potest constringi in infinitum, & ex hac constringitione fiet longus in infinitum; ergo erit Angelus in loco longo in infinitum.

Dices cum Cajetano, Propositionem Euclidis non esse ad propositum, quia loquitur expressè de modo essendi in loco commensurativè. Contra, haec propositio in spiritualibus fortior est, quam in corporibus, spiritus quippe non coextenditur loco, sicut corpus; ergo, si corpus replens quadratum, poterit quoq; replere quadrangulum aequalem, quantumvis habentem latera arcta, cur id similiter non possit spiritus? Sed contra Conclusionem

VI. *Variè responsiones ad propositionem Euclidis.*

Dicunt alii Adversarii, diminutionem loci usque in infinitum non provenire ex augmento virtutis, sed ex sola libertate Angeli, idcirco non sequitur esse majoris virtutis. Sed Contra: Licet arctare praesentiam ad locum determinatè quantitatis, ex sola libertate pendeat, nihilominus illam in infinitum minori minimum restringere, arguit infinitatem virtutis, non enim ex imperfectione provenit, sed potius

potius ex perfectione; ergo uti illa virtute in infinitum, ad constituendam illam in minori minimo, inferet necessariò perfectionem infinitam.

VII.

Dicunt 2. Versus minimum non datur locus minimus indivisibilis, sed quocunq; minimo dato adhuc ille est divisibilis in infinitum; ergo Angelus potest se semper facere presentem minori & minori in infinitum. Confirmatur, quia potest operari in loco quantumcunq; minimo. *R.* negando maj. Quia locus non est divisibilis in infinitum, ut locus, sed ut quantus, ut locus autem debet habere minimum, quo minor esse non possit quia actu est, & reale quid, non per puram mathematicam considerationem, quod est in potentia; si enim actu esset in infinitum divisibilis, actu daretur infinitum. Et dato, quòd etiam esset divisibilis in infinitum, ut locus, hoc tamen repugnat Angelo ex limitatione virtutis suæ, ut ponat se in minori minimo. Ad Confirmationem dico, quòd, si in quantumcunq; parvo loco esse posset, utique posset in eo operari.

Instant: Angeli, secundum Scotum, possunt esse in puncto, ergo à fortiori in minori minimo loco in infinitum, quia plus est esse in solo puncto, quam in qualibet parte quantitatis. *R.* Scotum nihil assertivè tenere, an possit esse in puncto, sed circa hoc manet problematicus, ait enim: *Si tamen posset esse in puncto, vel non: non videtur ratio necessaria nec ad unam, nec ad aliam partem: Licet enim Angelus sit indivisibilis, non est tamen indivisibilitas limitata, sicut puncti, si etiam ponatur in puncto, nullum videtur sequi inconveniens, quia, si aliquid sequeretur, maxime, quòd non posset se movere super spatium continuum, hoc tamen non sequitur, quia posset immediatè ex puncto movere ad continuum, cujus est terminus punctum, quòd patet in corpore perfectè spherico, quòd planum tangit tantum in puncto & movendo non nisi in puncto tangit, cur non sic posset moveri Angelus? Ex quibus omnibus concludo, quòd Angelus possit esse quidem in puncto, sed non ut in loco, nisi improprie, quia punctum non suscipit rationem loci, quia debet esse continuus, unde Doctor subtilis dicit: *Quòd non possit habere minorem, loquendo de loco continuo, licet forte possit esse in puncto.**

QUÆSTIO III.

An plures Angeli possint esse simul in eodem loco?

I. Negativè respondet D. Thomas, affirmativè Scotus. Potest autem quæstio intelligi, vel connaturaliter loquendo, vel de potentia absoluta; Et in posteriori sensu ambigendum nullatenus est, quia, si virtute Divinà possunt simul esse in eodem loco duo corpora, à fortiori sequitur, posse esse duos spiritus: pro priori autem sensu solvendo quæstionem

II. **Dico:** *Possunt connaturaliter duo Angeli esse simul in eodem loco adequato, & etiam plures, pro eodem tempore.* Ita Doctor subtilis.

Probatur primò: Possunt Angeli esse cum rebus materialibus simul; ergo etiam

ipsimet possunt esse simul, patet ant. quia etiam anima sic est cum corpore. Probatur consequentia: Potest esse in eodem corpore, eodemq; modo idem Angelus cum anima; ergo etiam plures Angeli inter se; consequentia tenet à pari: ant. probatur ex obfessis, ubi non modo unus Angelus, sed etiam plures in eodem corpore sunt, & Marci 5, Luca 8, legitur integratio fuisse in eodem homine, ergo. Si dicas, hoc factum esse Deo permittente, nihil improbas, nam postquam Deus id permisit, Angeli naturalibus viribus, sine extraordinario Dei auxilio, cum concursu generali, id exequi poterunt, quia permissio nihil aliud operatur, quam quòd generalem suum concursum ad hunc effectum, sicut alioquin in pluribus solet, non velit suspendere.

Probatur secundò: Potest unus Angelus in certa parte cæli esse, quòd movet, cuiq; assistit, & potest etiam Deus mandare alteri Angelo, ut infra illam partem aliquid operetur, tunc posset iste directè transire ad illam partem inferiorem; ergo tunc pro aliquo instanti essent simul, si non posset tunc directè, non posset transire, nisi alter ipsi cederet, & essentem suam relinqueret. Si dicas, angelos bonos quidem posse in locis naturalibus, non tamen malos & in voluntariis; si, inquam, hoc dicas, difficultatem non effugies, quia bonitas & malitia non tollunt ipsis naturalem activitatem, ut ex D. Dionysio supra ostensum est. Nec etiam Angelus habet aliquem locum naturalem, quia indifferens est ad quemcunq; & ad nullum; & insuper, si haberet aliquem naturalem, quomodo non esset in illo, esset in loco violento.

Probatur tertio: Totà ratio, quare duo corpora non possint esse naturaliter simul est, quia habent quantitatem, cujus effectus est, facere latera distantia corporis ambientis, ita, quòd, quando Deus illum effectum in uno suspendit, possint esse simul, sed Angeli non sunt quantitativi, ergo. Sed in contrà

Arguitur pro D. Thoma: Angelus est in loco per operationem, quam facit in loco, sed una eademq; operatio & effectus non potest dependere à duabus causis totalibus; ergo non possunt duo, vel plures esse simul in eodem loco. *R.* 1. Negando maj. ex dictis. *R.* 2. Quòd quamvis una eademq; operatio non possit esse à duobus, tamen duo Angeli possunt habere duas operationes circa corpus & sic dato, quòd essent in loco per operationem, adhuc possunt esse simul.

Itatur: Angelus alter non potest producere aliam operationem in loco, quia locus ipse est incapax habere & suscipere simul duas, vel plures operationes, ergo: probatur antea. Quia Angelus non potest operari, nisi movendo, sed non potest suscipere duplicem motum. *R.* dist. ant. Locus non est capax habere duas operationes simul, & motus adequatos, concedo: inadæquatos & parciales, nego. Itaq; Angeli non necessariò movent illud corpus, sed libere, ideò potest unus movere tantum, & alter etiam tantum, & sic neuter movebit totaliter, sed uterq; aliquantulum, & sic uterq; esset in eo.

in eodem loco, etiam in sententia ponentium, Angelum esse in loco per operationem. Ceteroquin arguunt adhuc Thomistae, quod nulla sit necessitas, ut ponantur plures Angeli esse in eodem loco, verum, id non probant, quia potest esse necessitas, ut unus alterum adjuvet, si non sit sufficientis activitatis; vel, ut non totaliter producat; aut, licet non esset tanta necessitas, potest tamen esse magna utilitas, quod jam non est superfluum, maxime in rebus liberè operantibus. Quòd autem aliqui dicunt, illa, quae habent eundem essendi modum in, non possunt esse simul, verum est, si habeant etiam dependentiam ab, quam si non habent, omnino simul esse possunt.

QUAESTIO IV.

An unus Angelus possit esse simul in pluribus locis?

I. Sensus quaestionis.

Sicut in superiori, ita etiam in hac quaestione, sensus tituli procedit tam de potentia naturali ipsius Angeli, quam de potentia absoluta, & quidem nec hic difficultas esse potest, Deum absolute posse Angelum replicare, & in duobus locis ponere simul & semel, cum idem de corporibus docuerim cum communi Scotistarum in Physica, nam nulla in hoc ostendi potest contradictio & implicantia, cum fide teneamus, Corpus Christi circumscriptivè esse in Caelo, & in terra definitivè, & sacramentaliter per totum orbem; Quid quoque mirum, quòd plures praesentiae per Deum possent poni in eodem Angelo, cum sint relationes, & plures in eodem subiecto fundari possint? nam, licet locum à locato imaginatio non separet, ratio, id tamen fieri posse, demonstrat. Nec in hoc elucidando immorandum puto.

II. Difficultas ergo est, An Angelus naturaliter possit se ponere in pluribus locis, & hoc iterum dupliciter intelligi potest, Primò, an possit naturaliter esse in pluribus locis adaequatis; & hoc non posse esse, probavi in quaestione secunda, quia habet determinatum locum, quoad maximum & etiam quoad minimum: Secundò, an possit esse in pluribus locis inadaequatis, discontinuis tamen, ita videlicet, ut extrema illa per intervallum aliquod sint disjuncta, verbi gratià, an Angelus possit esse in omnibus quatuor angulis Ecclesiae Wartenensis, absq; eo, quòd sit in medio? si enim res plures discontinuae inter se, ita per contiguitatem conjungantur, ut faciant unum cumulum, ut multae arenulae, vel aliae etiam speciei distinctae, non est difficultas, quin Angelus possit esse omnibus praesens. In hac materia Cajetanus, Ferrara & alii Thomistae affirmant, & loquuntur conformiter ad sua principia, si enim per operationes sunt in loco, & possunt operari in extremis, & non in medio, poterunt esse in extremis & non in medio. Doctor subtilis 2. d. 2. q. 8. ait, rem esse dubiam, & non posse necessariam rationem, vel pro parte affirmante, vel pro negante, afferri. Ideò cuilibet opinandi reliquit libertatem. Ego ad quaestionis resolutionem

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Dico: Angelus nequit naturaliter se ponere in pluribus locis, discontinuis inter se, etiam intra latitudinem loci adaequati, quoad maximum. Ita Suarez, Vasquez, &c.

III. Angelus non potest se ponere in pluribus locis discontinuis.

Probatur primò ex Autoritate Sancti Damasceni lib. 2. de fide cap. 3. dicentis: Angeli, ubi imperatum fuerit, illic spiritualiter adsunt & operantur; neq; eodem tempore hic, atq; illic esse & operari possunt.

Probatur secundo: Nequit Angelus naturaliter existere in pluribus partibus locorum adaequatorum discontinuis; ergò nequit etiam existere in pluribus partibus loci adaequati discontinuis: probatur consequentia, quia ant. patet, quia alioquin posset esse simul in Caelo & in Terra, in Oriente & Occidente: Ideò nequit pluribus in partibus locorum adaequatorum existere, quia praesentia ejus adaequatè eum circumscribit, eumque, veluti adaequatum locum, respicit, sed etiam hic adaequatè circumscribit eum, ergò: probatur minor: Tum, quia etiam esse in uno inadaequato loco definit sic Angelum, ut sit hic & non alibi; Tum, quia Angelus, sicut respicit locum adaequatum, ita etiam respicit unitatem praesentiae, sed locus unus inadaequatus partialis eum totaliter circumscribit; ergò etiam una praesentia.

Probatur tertio: Anima indivisibilis nequit caput, manus & pedes informare, nisi informet etiam partes intermedias, ergò. Necessitas, Animam esse formam corporis, consequenter nequit unam informare, quin informet alteram partem. Non dicas, inquam, tum, quia, sicut ab anima ad alia argumentamur ad Angelos, cur non etiam in hoc? Tum, si Angelus assumeret aliquod corpus, quæro, an possit esse praesens capiti & pedibus, & non reliquis partibus, si sic; ergò reliquae partes non moverentur; si non; ergò informatio non facit disparitatem, quantum ad unitatem praesentiae. Et Confirmatur ratio; Eadem anima modò informat infantem palmarem, & postmodum gigantem, quem pono esse terminum adaequatum, & tamen non potest informare plures, vel duos infantes, qui multò minores, simul sumpti, sunt, quam gigas, non ob aliam rationem, quam, quòd sint discontinui, sicut etiam non informat partes discontinuas ipsius gigantis.

IV. Plures praebationes ad id ipsum.

Probatur quarto: Lumen nequit derivari ad partes extremas, nisi ipsum prius transeat per medium, in quo lumen etiam manet; ergò neque poterit Angelus transire substantiam suam ab uno extremo, in quo sit, ad aliud, nisi per medium, in quo ipse quoq; maneat. Confirmatur: Quia, sicut non aliae res, ita nec Angelus potest transire de extremo ad extremum, nisi per medium.

Probatur quinto: Ex imperfectio-
ne cujuslibet rei creatae, quae, sicut ob suam limitationem determinat sibi locum, quoad quantitatem, ita etiam quoad unitatem, & sicut
A a a a a a natura

V.

naturaliter nequit esse, nisi in loco tanto, ita nec, nisi in loco uno.

Probatur sextò: Sequeretur, quòd etiam alii Angeli possent tertium, vel animam rationalem in locis discontinuis ponere, sed hoc videtur violentare Angelicam & animæ naturam, ergò: probatur sequela. Quia possunt duo Angeli accedere & unum movere, ut sit in oriente & alter versùs occidentem. Nec dicas, non esse repugnantiam ex parte Angeli, vel animæ motæ, sed ex parte moventium, ex eo, quòd unus fortius ageret altero, quia, licet unus citius poneret eum ad orientem versùs, quam alter versùs occidentem, tamen posset eum ponere, sicut materia, vel lignum esset capax duorum ignium, licet causa efficiens una citius unum produceret, posset tamen altera etiam producere suum. Deinde, quid fiet, si Angeli essent æqualis virtutis & perfectionis activæ?

QUÆSTIO V.

Utrum Angelus possit moveri de loco ad locum?

I.
Motus Angelorum genericè conuenit cum motu corporum.

Hic omnia, quæ de Motu in communi in Physica dixi, supposita velim, motus enim Angelorum genericè conuenit cum motu corporum; Nam uterq; pro formali importat acquisitionem ubi, quæ etiam, siue spiritualia sint, siue corporalia, in ratione communi conueniunt, consequenter ipsi motus, cum per se ad huiusmodi terminos ordinentur, hinc, si in sano accipiatur sensu illa definitio Aristotelis, quam lib. 3. Phys. habet de motu, conuenit etiam motui Angelorum, nempe, si accipiatur (non pro actu & potentia Physica, ut accipit Philosophus) magis abstractè, prout ratio entis actus & potentia conuenit etiam entibus à materia separatis, tunc verè definitio illa conuenit motui Angelorum, quia verè huiusmodi motus est actus entis in potentia, prout in potentia respectu ubi. Neque repugnat Angelo, quòd sit in actu quodam imperfecto, respectu loci, sicut non repugnat ei, quòd mediâ successione motus perueniat ad locum, nam de ratione successione est, quòd sit actus imperfectus & incompletus, respectu termini. Hoc præsupposito sciendum, quòd Authores conformiter ad sua principia, quæ de loco habuerunt, progrediantur in materia de motu Angelorum, unde illi, qui dixerunt, eos non esse in loco, nisi improprie, negant etiam eos proprie & verè moveri. Progredior & ego conformiter ad principia nostra, &

II.
Angeli verè & proprie moventur.

Dico I. Angeli verè & proprie, & non secundum apparentiam tantum, moventur. Ita Doctor subtilis in 2. d. 2. q. 9. Contra Durandum, Cajet. Ferrar. &c.

Probatur primò ex Scriptura, Isaie 6. Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus. Tobie 3. Et missus est Angelus Domini Sanctus Raphaël, ut curaret eos ambos. Job. 1. Circuivi & perambulavi. Joan. 5. Angelum autem Domini descendebat secundum tempus

in piscinam, Lucae 10. Vidi Satanam, quasi fulgur, de Cælo cadentem. 1. Petri 5. Absorbetis vester, tanquam Leo, circuit, quærens. Apocal. 12. Neg, locum eorum amplius inuentus est in Cælo. Profectus est Draco. Væ terra, quia descendit Diaboli ad vos.

Probatur secundò ex Patribus

Augustini Serm. 102. Diversi. cap. 9. Appaerunt (supple Angeli) ut voluerunt, quando voluerunt, quibus voluerunt. Nihil omnino tarditatis sentiant. Sed non eos videmus currentes, non eos videmus de loco in locum migrantes, ut nossemus ab oculis hominum discedentes, quando voluerunt, pervenerunt: ubi clare docet, Angelos de loco ad locum moveri & pervenire; hinc, licet Gen. ad litt. lib. 8. cap. 20. dicat: Spiritualem creaturam per tempora mutari, non per loca, intelligendus est, quòd non mutetur per loca, sicut nos corporeæ, commensurativè, moveatur tamen per tempora, quia non mens decurrit tempora, quam res corporeæ. Similiter D. Bernardus Serm. 5. in Cantica intelligendus est, dum ait: Non est discurre, nec de loco ad locum transire, nisi corporum, quòd frequenter Angeli faciunt, tam indubitata, quam nota probat Aristoteles, quia loquitur de apparitionibus factis hominum, quas vult probare, debere fieri in assumptis corporibus, nisi per corpora, non, quòd ipsi aliter non possint, sed, quòd nos eos aliter percipere non valeremus, unde ait: Quoniam ergò modo implent ministerium suum absq; corpore, præsertim apud viventes incorporati. Sed

Dices: Omnes illas Authoritates, tam Scripturæ, quam Patrum, loqui de Angelis, ut assumunt corpora, & aliquam operationem circa ea exercent, ratione quarum dicuntur moveri, unde D. Bernardus Serm. 10. in Pl. 90. Vias Angelorum mysticè exponit, ut ascensus significet contemplationem, descensus compositionem. Sed Contra primò: Quamvis aliquæ authoritates agant de Angelis, ut assumunt corpora, aliquæ tamen etiam præsciunt ab assumptis corporibus; quòd clare probant illæ vel maxime, quæ dicunt, Angelos apparuisse in somno, ut Matth. 1. Ecce Angelus Domini apparuit in somno Joseph. Contra secundò: Licet Sanctus Bernardus ibi dicat, Angelos apparere in corporibus, & alibi vias eorum mysticè exponat, attamen alibi sæpissimè docet, eos esse nobis verè præsentem, verè deserere nos, & recedere à nobis; Et lib. 5. de Considerat. cap. 5. dicit planè in nobis esse, non utiq; ratione & medio aliquo corpore, sed vera præsentia: Inest aut Angelus, suggerens bona, non inservens, inest hortans ad bonum, non creans; Hinc ex D. Bernardo potius probatur nostra Conclusio, sic quoque Divus Augustinus in Enchirid. Laurent. cap. 59. ait: Angelus spirituali potentia quasdam visiones, non oculis corporeis, sed spiritualibus, vel mentibus ingerit. Sicut scriptum est in Prophetarum libro, & dicit Angelus, qui loquebatur in me, non enim ait, qui loquebatur ad me, sed in me. Contra 3. dato, quòd etiam

Etiam omnes auctoritates Patrum & Scripturæ intelligendæ sint de Angelis in assumptis corporibus, ex hoc ipso clarè deducitur, quòd ipsi etiam verè & propriè moveantur, quia, si movebantur cum corpore, debebat in ipsis fieri motio aliqua passiva, alia à motione passiva ipsius corporis, quia non est aliquid formaliter ipsius corporis.

IV. Probatur Conclusio tertio :

Probatur ad hoc scriptis.

Anima separata à corpore veraciter movetur secundum locum, ergò etiam Angelus. Probatur consequenter, tum, quia Angeli, & anima habent eundem modum existendi, ergò etiam eundem modum movendi. Probatur etiam antea, quia animæ plures justorum, de corporibus egressæ deducuntur, vel propriè virtute feruntur ad locum purgantium pœnarum, per soluto reatu, deducuntur ad beatitudinem, & Cœlum Empyreum, sed certum est, quòd maxima sit distantia inter purgatorium, & Empyreum, ergò verè de loco in locum moventur.

Probatur quartò Per rationem

Scoti : Omne receptivum plurium formarum alicujus generis, quod non est infinitum & illimitatum ex se, ita, ut eas possit simul habere, quòdque non est determinatum ad aliquam unam in specie, potest mutari & moveri ab una ad aliam, sed Angelus est receptivus plurium ubi, quæ non potest simul habere, cum non sit immensus, sicuti Deus, nec est determinatus ad unum ubi, ut non possit esse in alio, ergò potest moveri ab uno ad aliud, verè & propriè, quia tunc verè & propriè movetur, quando unum ubi deserit, & alterum accipit, quod antea non habebat. Major patet de superficie, quæ est indifferens ad albedinem, & negritinem, & potest transire ab una ad aliam. Sed in contrarium

V.

Opponitur & solvitur Auctoritas Aristotelis.

Opponitur 3. Phyl. ubi dicit, quòd motus sit actus entis in potentia, prout in potentia, id est, motus est perfectio entis, prout est in potentia ad aliam perfectionem, sed neque motus, neque terminus motus est, vel esse potest, perfectio Angeli, ergò. Probatur minor, quia omnis perfectio est aliquo modo nobilior, quàm sit per se possibile, sed motus & terminus non sunt per se nobiliores, quàm substantia Angeli, ergò. R. negando mi. cum sua probatione, quia omne, quod actu in aliquo non continetur, cujus est capax, & quod acquirere potest, est aliquo modo perfectio ipsius, licet in se non sit tam perfectum, ac est illud, quod perfici dicitur, sic intellectio dicitur perficere hominem, & Angelum, & tamen intellectio est multò imperfectior homine & Angelo. Sed

Instabis : Intellectio est ens spirituale,

motus autem corporalis est, & sic bene intellectio poterit perficere Angelum, non tamen motus. R. negando antea, pro secunda parte, quia quàmvis motus rerum corporearum sit corporalis, spiritualium tamen non est, quia motus sequitur naturam mobilis, unde, si hoc corporale est, erit & motus, & contra si spirituale, motus est quoque spiritualis.

Urgetur : Omne, quod movetur, debet esse partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, sed spirituale non potest sic esse, ergò nec motum spirituale habere poterit, probatur ma. quia dum mobile est totaliter in termino à quo, non movetur, sed quiescit, quando verò est totaliter in termino ad quem, jam motum est, ergò mobile debet esse partim, &c. R. dist. ma. debet esse partim in termino à quo, & partim in termino ad quem, ita, quòd partibilitas & successio ab uno termino ad alium oriatur, vel ex divisibilitate medii, vel ex divisibilitate subjecti, concedo ma. ita, quòd oriatur successio tantum ex divisibilitate subjecti, nego ma. & dist. minorem : Sed spirituale non potest sic esse, divisibilitate, quæ oriatur ex subjecto, concedo, quæ oriatur ex medio, nego. Itaque, quando in medio terminus à quo est distans à termino ad quem, Angelus potest partim esse in termino à quo, & partim in termino ad quem, respectu medii, quia potest ad unum magis accedere & ab alio abscedere.

VI.

Dico 2. Angelus habet intrinsecam potentiam, ut passivè moveatur ab alio, & ut activè seipsum moveat. Ita Doctor supra.

VII.

Potest activè movere & passivè moveri.

Probatur prima pars: Quia non repugnat, nec ex parte Angeli, nec ex parte termini, neque ex parte agentis, quia potest unus Angelus altero esse fortior, cui nequeat resistere & transeat, quòd posset, certè Deo non resisteret. Tum, quia cuiuscunque potentia activæ correspondet potentia passiva, sed Angeli habent potentiam activam ad motum, ergò etiam habent potentiam passivam, ma. patet ex Physica, minor verò, quæ est altera pars conclusionis

Probatur primò: Quia perfectio,

quæ conceditur rebus corporeis, non est deneganda spiritualibus, si aliunde eis non implicet, sed res corporeæ habent potentiam activam ad movendum se, ergò.

Probatur secundò: Quia Deus, ut

Author naturæ, nullam produxit creaturam imperfectam, quantum ad ea, quæ ipsi ad multa erant, & sunt necessaria, sed motus Angelorum est eis ad plura necessarius, ergò. Probatur: ma. quia idè omnibus animantibus, & quæ vim appetitivam habent, concessa est potentia loco motiva, ut possint ea querere, quæ naturæ eorum sunt proficua, & fugere, quæ nociva: Probatur minor: Quia Angeli non possent exequi sua ministeria, cum non sint ubique, habentque magnum desiderium exequenti, ergò eis est motus ad multa necessarius. Confirmatur conclusio, quia Angeli habent virtutem movendi alia, ergò etiam habent potentiam activam ad movendos seiplos.

VIII.

Dices : Potentia quælibet naturalis debet ordinari ad aliquem finem naturalem universi, sed Angeli non habent aliquem finem naturalem, nec propter sui indigentiam, nec propter indigentiam universi, cum hæc sublimitaria, per Cœlorum motum, sufficienter adju-

A a a a a 3 ventur,

ventur, ergò. *R.* negando mi. quia Angelo primò competit ex perfectione suæ naturæ: Secundò, ut possit ministerium suum debitè exercere: Tertiò, ut possit rerum species acquirere.

IX.
*Motus An-
geli est ipsa
formalis ac-
quisitio ubi.*

Dico 3. *Motus localis Angeli est ipsa forma-
lis acquisitio ipsius ubi.* Patet ex Physica, &

Probatur adhuc primò: Motus quicunq; est via ad suum terminum, ergò est ipsa formalis acquisitio ipsius ubi, quia terminus motus localis est ubi.

Probatur secundò: Mobile dicitur moveri, & aliter ac aliter se habere, per ordinem ad terminum, sed terminus motus localis est ubi, ergò ipse motus est formalis acquisitio ipsius ubi.

Probatur tertio: Motus localis est formaliter transitus de uno ubi ad aliud, ergò est formaliter acquisitio ipsius ubi, ad quod Angelus movetur, quâ successivè acquirit aliam & aliam existentiam in alia & alia parte spatii.

Probatur quarto: Quia motus localis Angeli genericè convenit cum motu locali corporum, univocè in una ratione generica motus localis, sed motus localis corporum est ipsa formalis delatio & acquisitio loci, ergò etiam Angeli erit talis acquisitio, unde motus Angeli est delatio ipsius substantiæ & personæ Angeli ab uno loco in alium, sicut motus rerum corporearum est delatio corporis ab uno loco ad alium, cum hac differentia, quòd corporum sit ad ubi circumscriptivum, Angeli ad ubi definitivum.

QUÆSTIO VI.

Quomodo Angeli moveantur?

I.
*Motus alius
instantaneus
alius succes-
sivus.*

Penes alias plures motus divisiones celebrior est illa, quâ dividitur in *successivum* & *instantaneum*, primus est, quando mobile transit ab uno loco ad alium successivè transeundo partem & partem spatii interjecti inter terminum à quo, & terminum ad quem. Secundus, quando mobile immediatè ab uno ubi transit ad aliud ubi, absq; eo, quòd in interpositis ubi actualiter sit. Hinc modò in quæstione quæsitur, an Angelus moveatur successivè & continuè tantum, vel etiam, instantaneè? Pro quo ulterius

II.
*Successio mo-
tu proveniat.*

Notandum: Successionem ad motum continuum requisitam provenire ex duplici causa, nempe ex divisibilitate mobilis, & ex divisibilitate spatii, ita, ut utraq; per se sit sufficiens ratio præcisè etiam alterâ, quòd motus fiat successivè, ut cuilibet examinanti patebit. Verum

*Motus du-
pliciter ad-
huc sumitur.*

Notandum 2. Motum dupliciter sumi posse, *proprie* & *improprie*. *Proprie* sumitur, prout contradistinguitur à mutatione, quæ fit in instanti, ut aëris illuminatio, generatio, corruptio, in quâ acceptione motus intrinsecè dicitur successionem secundum prius & posterius, *est enim quid successivum, non permanens,*

quod ex definitione temporis constat, quod est mensura motus secundum prius & posterius. *Improprie* sumitur, prout coincidit motus cum mutatione, & moveri cum mutari, & sic nomine motus comprehenduntur etiam subitaneæ mutationes, ut illuminatio, generatio, corruptio, &c. quando ergò Scotus dicit, quòd Angelus possit moveri in instanti, non accipitur motum proprie, sed improprie, quod enim mutatur de loco ad locum subito, dicitur moveri, quia acquirit novum ubi. His itaque pronatis

Dico 1. *Angelus potest se movere motu continuo & successivo de uno loco ad alium.* Est communis Scoti & D. Thomæ.

Probatur: Angelus potest successivè, & per partes deserere aliquem locum, & eodem modo acquirere alium sine interruptione, ergò potest moveri de loco ad locum continuè. Patet consequentè, ant probatur, quia, cum Angelus est in loco minori eo, qui sibi est adæquatus, potest paulatim & successivè, ita ut remaneat in priori, acquirere majorem locum intra latitudinem adæquati; ergò potest successivè, & per partes deserere totum locum, in quo est, transferendo se eodem modo ad alium locum totalem. Probatur hæc consequentia, quia nulla est ratio, cur non possit Angelus acquirere sic locum totalem, sicut potest partalem; ant. etiam probatur, quia Angelus libere se applicat ad majorem & minorem intra latitudinem adæquati, cum alias hujusmodi libera applicatio intelligi non possit.

Probatur secundò: Potest Angelus esse in loco extenso & divisibili, ergò potest etiam acquirere locum extensum divisibiliter & successivè, quia non minus unum, quam aliterum repugnat indivisibilitati Angelicæ.

Probatur tertio: Potest Angelus transire ab uno ubi ad aliud, transeundo omnia media ubi, ergò potest moveri continuè, quia suppono, tunc cum nullam habiturum quietem in ubi medijs. Probatur aut. quia corpus potest omnia illa media transire, ergò & Angelus, probatur consequentè, quia non est potior ratio; tum, quia ad motum continuum & successivum non requiritur divisibilitas mobilis, sed sufficit se solâ divisibilitas spatii, ergò. Confirmatur universaliter, ex anima rationis, quæ sic successivè moveri potest.

Dices: Nihil, quod se habet in toto spatio indivisibiliter, movetur motu continuo, sed Angelus se habet in toto spatio indivisibiliter, ergò non potest moveri motu continuo, probatur ma. quod movetur motu continuo, semper transit aliam & aliam partem spatii, secundum quas est vera successio motus continuus, sed hoc fieri nequit, nisi mobile respectu spatii habeat se divisibiliter. *R.* dist. ma. nihil, quod se habet in toto spatio indivisibiliter, id est, quod in toto spatio est indivisibile, movetur motu continuo, transeundo spatium divisibile divisibiliter, nego ma. nihil, quod est indivisibile indivisibiliter in quolibet spatio indivisibili existendo, movetur motu continuo, concedo ma. & dist. etiam min. Angelus habet se indivi-

Indivisibiliter entitative, concedo, existendo & transeundo spatium divisibile, nego mi. & conseq. itaque, licet Angelus ubique & semper sit indivisibilis, attamen indivisibiliter non transit, & existit, & posito, quod existeret etiam in puncto indivisibili, posset tamen adhuc transire motu continuo spatium divisibile, non enim haberet necessè, ut in puncto tantum tangat, sufficeret etiam sic tangere.

V. *Plotus continuo non potest moveri in instanti,*
Dico 2. *angelum non potest moveri motu continuo proprie dicto in instanti, bene tamen motu improprie accepto, prout cum mutatione coincidit.*

Probatur prima pars: Quia illud, quod per se ex sua essentia dicit successione, nec per Deum potest esse in instanti, sed motus, proprie dictus, ex sua ratione formali, dicit successione, ergò non potest fieri in instanti. Probatur ma. quia omne tale habet partem post partem sibi invicem succedentem, incompossibiles simul in actu, ergò nequeunt fieri in instanti, alioquin essent simul, & res non esset continua & successiva.

Probatur secunda pars: Tum, quia in hoc nulla apparet repugnantia, quòd enim defectò terminus motus localis non habeatur statim, provenit ex imperfectione virtutis moventis, quæ non est ponenda in Angelo. Tum, quia si non posset, maximè idèò, quia quod quiescit toto aliquo tempore, non potest se aliter habere in ultimo instanti illius temporis, sed hæc ratio nihil probat, ergò. Ma. est adversariorum; probatur mi. quia illa propositio non est vera, ergò. Probatur ant. quia alioquin sequeretur, quòd substantia panis, quæ toto tempore quievit sub accidentibus, non posset mutari in ultimo instanti consecrationis prolata; & sic vel non esset ibi corpus Christi, vel esset simul cum substantia panis, quorum neutrum est dicendum. Deinde, aer toto tempore præcedente illuminationem quiescit sub tenebris, sed si in ultimo instanti non posset mutari, sequeretur, quòd illuminatio non fieret in instanti, vel lumen & tenebræ essent simul, quòd æqualiter absurdum est, ergò.

VI. **Dices:** Propositionem illam veram esse, connaturaliter loquendo, non verò supernaturaliter, transubstantiatio autem est actio supernaturalis; sed contra 1. illuminatio est naturalis, ergò nec in naturalibus est vera. Contra 2. quia materia, quæ quiescit sub forma priori, in instanti mutatur ad aliam. Cajetanus putat, quòd exemplum de illuminatione non improbet dictam propositionem, quia illuminatio est terminus motus localis Solis. Verùm hæc responsio penitus est nulla, nam imprimis terminus motus localis Solis non est alius, quam ubi, quo fit præsens aëri nostro, illuminatio proinde nec per se primò, nec per se secundò dici potest terminus motus localis. Deinde potest Deus producere corpus luminosum, quod sine motu in instanti illuminabit aërem, quæ illuminatio non fiet per motum localem. Nec refert, quòd illa productio corporis luminosi est & miraculosa, res tamen, quæ producitur, naturalis esset, & naturalis ejus effectus posterior.

Quæres: Quodnam sit subjectum motus localis in Angelo? R. esse ipsum Angelum secundum suam substantiam, ratio est primò, quia motus Angeli est ipsa acquisitio ubi, seu existentia Angeli in alia atque alia parte spatii, sed hujusmodi existentia est in Angelo, ut in subjecto, ergò. Secundò, idem est subjectum termini motus in facto esse, & in fieri, sed subjectum termini motus localis, ut puta, existentia in facto esse in loco, est ipsa substantia Angeli, ergò eadem substantia est subjectum illius termini in fieri. Tertiò, si Angelus moveretur in vacuo, subjectum motus esset ipsa substantia Angeli, ergò & aliàs, patet ant. quia ibi nihil aliud posset assignari.

VII:
*Motus sub-
 jectum est
 ipse Ange-
 lus.*

Quæres 2. An motus Angeli sit semper acquisitivus & deperditivus? Vel, an quandoq; deperditivus tantum, vel acquisitivus tantum? Ante resolutionem nota, Aristotelem illum triplicem modum movendi respectu termini assignasse per hoc, quòd alius sit à subjecto in subjectum, à loco ad locum; à non subjecto in subjectum, à non loco ad locum; à subjecto in non subjectum, à loco ad non locum: R. Angelum omnibus illis modis se movere posse, nam potest imprimis moveri à Cælo in terram, & tunc deperditivè & acquisitivè movebitur localiter; Deinde potest in una parte sui spatii adæquati existere, & retinendo hanc existentiam, potest moveri ad totum spatium, ergò poterit moveri à non loco ad locum: Et e contra potest existens in loco suo adæquato, ad unam partem se restringere, & tunc tantum deperditivè movebitur, sicut antecederet movebatur tantum acquisitivè.

VIII:
*Motus An-
 geli & ac-
 quisitivus &
 deperditivus
 est.*

Quæres 3. An Angelus existens in aliquo corpore, moveatur per accidens ad motum ipsius corporis? R. negativè. Probatur, quia Angelus nullam habet connexionem & conjunctionem cum illo corpore, ergò non poterit moveri per accidens ad motum ejus, quia nihil movetur per accidens ad motum alterius, nisi inhereat alteri, ut accidentia substantiæ, vel contineatur ab altero, ut aqua in vase, homo in navi, vel aliqua naturali necessitate illi coniungatur, sed Angelus nihil simile habet, respectu corporis, ergò. Confirmatur; quia, si moveretur ad motum corporum, posset, quicumque moveret corpus, movere Angelum, quod tamen constat nunquam fieri, ergò.

IX:
*Angelus
 existens in
 corpore non
 movetur per
 accidens contra
 illo.*

QUESTIO VII.

An Angelus possit movere se de extremo ad extremum, non transeundo per medium?

Affirmat D. Thomas 2. p. 1. q. 53. a. 2. negat Scotus 2. d. 2. q. 12. D. Bonaventura, Gregorius, & plurimi alii. Pro qua sententia, Notandum, medium, per quod Angelus transire debet, esse duplex, unum est aliquid extremorum, & aliud nihil est extremorum, medium primo modo est illud, quod conjungit extrema ad se invicem, verbi gratia punctum, quod continuat duas lineas, unde illa extrema, quæ habent medium quod est aliquid ipsorum, sunt
 imme-

immediata, ut patet in exemplo allegato. Medium altero modo illud est, quod non est continuativum extremorum. Hoc notato, quaestio procedit de motu successivo & instantaneo quoque, licet sit improprie dictus. Unde cum Scoto pono sequentes conclusiones &

II.
Non potest transire extremum non transeundo medium.

DICO I. Non potest Angelus se movere continuo motu de extremo in extremum, non transeundo medium aliquid ipsorum. Probat: Medium aliquid extremorum est ratio continuitatis extremorum, sed continuitas motus essentialiter dependet ex continuitate extremorum, ergo impossibile est moveri sic, non transeundo per medium. Confirmatur: Si moveatur continue ad locum proximum, necessario pertransit omnes spatii continui partes indivisibiles, & divisibiles, communicantes, & non communicantes, ergo impossibile est, Angelum sic continue motum non transire partes intermedias, quae sunt ratio continuitatis,

III.
Etiam medio nihil extremorum.

DICO 2. Nec potest Angelus ex se moveri continue de extremo ad extremum, non pertransito etiam medio nihil extremorum.

Probatur primò Ex Aristotele 7. Phys. dicente, *medium est in quod prius venit, quod mutatur.*

Probatur secundò: Si motus continuus est, ejusque continuitas essentialiter pendet ex continuitate spatii, ergo necesse est, extremum continuari extremo, sed continuatur per medium praedictum, ergo, &c. tertio, quia, quod movetur continue, aliquando debet esse in termino à quo, aliquando in medio, & tandem in termino ad quem, quia in motu continuo non est simul in termino à quo, & ad quem, ergo.

IV.
Bene tamen quod est quid extremorum.

DICO 3. Potest Angelus ex se instantaneè moveri de extremo ad extremum immediatum, non pertransito medio, quod est quid extremorum. Probat, tum, quia hoc non excedit virtutem & limitationem Angelicæ potentiae: Tum, quia, si transiret per medium, continue transiret, & non instantaneè, ergo. Hinc, si Angelus sit in loco pedali, potest se in instanti ponere in alio loco pedali immediato, non dimittendo primò partem primi loci successive quâdam, sed simul, & instantaneè dimittendo primum locum totum, & acquirendo totum locum secundum in instanti.

V.
Sive instantaneè, sive successive moveatur medium tangere debet.

DICO 4. Non potest naturaliter Angelus moveri de extremo ad extremum distans, pratermissis mediis, sive moveatur instantaneè, sive successive. Probat: Non potest Angelus naturaliter de Caelo in terram moveri, nisi omnes Sphaeras transeat, ergo. Probat ant. à Doctore subtili, Ordo praefixus superiore agente, servandus est necessario cuicumque agenti inferiori, quando ejus actio versatur circa illum ordinem, sed ordo praefixus à Deo est, ut creatura omnes, transeunt ab uno extremo ad aliud, transeant per omnia media ubi, ergo Angelus nequit transire de Caelo ad terram, nisi transeat per medias Sphaeras ignis aëris, &c. probatur minor primò; quia idè Aristoteles docet 8. Metaph. quòd nullum agens creatum potest im-

mediate facere ex vino acetum, quia necessariò mediat alia forma, & necessario praerquiritur alteratio praevia, ergo. Secundo, quia omnibus creaturis est praefixus ordo in tempore, ita, ut nullo sit in uno extremo, & in alio, nisi per medium, ergo etiam habebit talem praefixum ordinem Angelus respectu loci, cum inter corpora sit aequè subordinatio & continuatio. Confirmatur conclusio: Si Angelus hoc posset, nulla distantia impediret ejus actionem, & sic existens in Caelo posset agere in centro terre, nullâ praemisâ actione circa media, quòd nemo dicit. Sed

DICES I. Hæc conclusio contradicit priori, ergo probatur ant. quia illa affirmat, hæc negat, & licet prior loquatur de medio aliquid extremorum, & hæc de medio nihilo extremorum, attamen, ordo praefixus est aequè necessarius inter media aliquid extremorum, ac inter medium nihilum extremorum. Si negando ant. cum probat. ad rationem dico, quòd mobile transiens ab uno loco immediato ad alium in instanti, pertransit omnia ubi intermedia, secundum ordinem nature, cum inter illa sit ordo potentialis tantum, unde non est necesse, quòd omnia media pertransiret secundum ordinem durationis. Itaque medium, quod est aliquid extremorum, seu communicans, habet tantum ordinem potentialitatis ex parte rei, quia illa ubi intermedia sunt in potentia solum infinita, sicut de continuo quantitativo pariter dicitur. Ordo verò inter extrema non communicantia, seu, quae habent media nihila extremorum, est actualis, quia illa ubi in actu sunt, quae causant distantiam localem, hinc etiam actualiter debent pertransiri & duratione, priora verò tantum potentialiter secundum ordinem nature.

DICES 2. Illum ordinem non esse praefixum rebus immaterialibus, sed à materia dependentibus, hinc Angeli soluti sunt à legibus distantiae situalis, & dependentia in agendo à distantia loci. Sed revera hoc inaniter allimitur, sicut enim Angeli non absolventur à loco, ita nec à loci distantia propter suam limitationem, ex eo enim, quòd sint immateriales, absolventur tantum à loco circumscriptivo, non verò definitivo, itaque ordo ille praefixus omne creatum respicit. Verum directè contra conclusionem pro D. Thoma.

Arguitur I. Transitus de extremo ad extremum est simpliciter possibilis, ergo non est Angelo denegandus. Probat ant. intellectus intelligit extrema non intellecto medio, & anima informat partes extremas, non informatis mediis indispositis, & Christus transit de Caelo ad altare in Eucharistia, sine medio, & fortè de utero Beatissimæ Virginis, sine transitu per medium, ut Virginitas ejus salvetur, ergo. Si dist. ant. est possibilis naturaliter, nego, supernaturaliter, concedo ant. & nego conseq. ad probationes antecedentis Respondeo, eas nihil concludere de naturali potentia vel non esse paritatem, nam, quòd intellectus intelligat extrema, non intellectis mediis, nec est transitus Physicus, sed intentionalis, intelligibile enim, ut tale, non dependet à loco, nec intel-

intellectus suam intellectionem de uno loco ad alium transfert. Et Anima, sicut potest informare partes extremas non informatis mediis, cum extremae sunt continuæ, ob indispositionem mediorum, ita etiam Angelus potest intra locum suum adæquatam transire de extremo in extremum, non pertransito medio; Et e contra, sicut anima non potest informare partes extremas, non sui corporis, ita nec Angelus potest transire de uno extremo ad aliud, nisi prius pertransit medium. Primum, quod dicitur de translatione Corporis Christi, est supernaturale, & fit per potentiam Dei absolutam, adeoque nil probat; Et alterum est planè fictitium, & contra communem consensum Patrum, qui docent beneficio penetrabilitatis

per medium uterum Virginis pertransiisse, sine læsione claustrum virginalis.

Arguitur 2. Sol illuminat partem distantem & extremam in instanti; ergo etiam Angelus poterit se facere præsentem extremitati alicujus loci, absq; eo, quòd sit præsens intermedio, cum habeat majorem virtutem. Et cum Rhada, quòd non sit inconueniens, aliquam alterationem esse totam simul & subito, quando agens respicit totum passum, tanquam terminum proprium, & sibi ultimè dispositum ad illam formam introducendam, unde disparitas est; quia illud extremum, quod Sol in instanti illuminat, est intra sphaeram adæquatæ actiuitatis, non sic distantia loci respectu Angli.

IX. Secundum.

DISPUTATIO VI.

DE MISSIONE & CUSTODIA ANGELORUM.

Hæc Disputatio partim Philosophica est, & partim Theologica, hæc ex Scriptura, & Patribus probabo, illa, ut sunt in se, examinabo. Sit igitur

QUÆSTIO I.

Quinam Angeli mittantur & à quo?

L. Omnes Angeli aliquando mittantur.

Supponendum cum Alensi, & communi Theologorum, Angelos inter se seruire ordinem & præcedentiam, non solum in esse naturæ, sed etiam, quia perfectioribus ornantur donis gratiæ. Quo supposito

Dico I. Angeli tam superioris, quam inferioris ordinis, aliquando mittuntur à Deo. Ita Doctor subtilis contra D. Thomam.

Probatur ex D. Paulo ad Hebræos 1.

Omnes sunt administratores spiritus, Isaia 6. Seraphim missus fuit ad purganda labia Isaiae Prophetæ. Item Luca 1. Dicitur Gabriel missus ad Virginem desponsatam viro, qui tamen, secundum mellissimum Doctorem lib. 5. de Considerat. est unus ex præcipuis Angelis. Similiter ad Tobiam missus est Raphael, qui unus est ex septem spiritibus, qui adstant ante faciem Dei. Deniq; ipse Michaël, qui est Princeps militiae cælestis, legitur missus: ergò.

II. Dices. Ista omnia & similia loca intelligenda, de illuminatione superiorum, facta inferioribus, qui proinde officium injunctum explent in assumptis corporibus, vel alio modo, unde, sicut Papa dicitur aliquem absolvere, quia alteri facultatem absolventi imperitur, ita Angeli superiores dicuntur mitti, vel aliquid facere, quia alios illuminant, qui exequuntur. Sed Contra: Non derogat dignitati Angelorum superiorum, quòd aliquando mittantur; ergò, cum Scriptura id expressè asserat, gratis hoc retorquetur in sensum alium, patet antequam. Quia non est contra perfectionem, quòd mittantur ad perfectiores se, in gradibus gratiæ & donorum supernaturalium, ut fuerunt beata Virgo & Christus Dominus.

F. Amandi Hermann Metaphysica.

Probatur Conclusio secundò

III.

ex D. Bernardo Serm. 1. in Festo S. Michaëlis: ubi postquam adduxisset textum D. Pauli ad Hebr. 1. supra, hæc habet: *Neg, id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse quoq; Creator, & Rex Angelorum venit non ministrari, sed ministrare, & animam suam dare pro multis. Ut quid ergo ministerium illud Angelorum quisquam dedigneret, in quo præcedit eos, cui in excelsis, tota cum aviditate & felicitate ministrant.* Et idem clarissimè asserit lib. 5. de Confid. cap. 4. ubi ait: *Ad Dominationes referri tanquam ad Dominos regimina Principatum, tutamina Potestatum, operationes virtutum, revelationes Archangelorum, curam & providentiam Angelorum, & has omnibus præesse ac alibi frequenter supponit.* Unde ex Autoritate D. Bernardi sic argumentor ex ratione: Non est contra dignitatem verbi, ejusq; perfectionem, ut mittatur; ergò nec contra perfectionem Angelorum, patet consequentia; Quia si non est contra perfectionem Dignioris in natura absolutissimè perfecta, minus erit contra dignitatem naturæ respectivè multò imperfectioris.

Dices: Providentia Divina non sinit perverti ordinem sine necessitate, sed nulla est necessitas, quòd mittantur Angeli superiores, ergò. Et Providentiam Divinam non inverti ordinem, sine necessitate, vel utilitate, aut decencia, unde, licet necesse non sit, ut mittantur Angeli superiores, est tamen congruum, secundum illud D. Bernardi hom. 1. super missus est. *Dei quippe virtutem Christum, quem melius nuntiare decebat, quam hunc, quem simile nomen honorat.* Et D. Gregorii homil. 34. in Evangelia: *Ad hoc quippe ministerium, summum Angelum venire, dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat.*

Dico 2. Angeli mali mittuntur etiam à Deo. Ita Alensis.

IV. Etiam Angeli mali mittuntur à Deo.

Bbbbbb

Proba-

Probatur ex Sacra Scriptura

3. Regum: ubi habetur, Angelum malum missum fuisse ad decipiendum Achab, ut constat ex illo verbo: *Egredere*. Item Pl. 77. *Immisiones per Angelos malos*, quod explicando, Glossa dicit: *Malos Angelos etiam mitti*. Et Matth. 7. *Mitte nos in porcos*, qui sunt luxuriosi, ut mali, secundum Glossam,

V.
Etiam unus
Angelus
mittitur ab
alio.

Dico 3. Unum Angelum etiam mittitur ab alio.

Probatur primò ex illo Zachariæ 2.

Alius Angelus egrediebatur in occursum ejus & dixit ad eum, loquere ad puerum istum. Item Daniel. 8. *Et audivit vocem viri* (Michi dicitur fuisse, mittens Gabrielem, teste Hieronymo) *inter Ulai, & clamavit & ait, Gabriel fac intelligere istam visionem*.

Probatur secundò homil. 1. super

Missus est, ubi dicit: Non arbitror, hunc Angelum (Gabrielem) de minoribus esse, qui qualibet ex causa, crebra soleant ad terras fungi legatione, quod ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum, fortitudo Dei dicitur, & quia non ab alio aliquo forte excellentiore se (ut assolent) spiritus, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Item tract. de Ordine Vitæ cap. 5. hæc habet: *Si enim Angelus Angelo imperat, & inter jubentem & obedientem summa maneat concordia, videat ille, quam graviter peccet &c.* Et ratio etiam est, quia si unus alterum illuminat, cur unus alterum etiam non mitteret. Sed

Dices: Scriptura insinuat frequenter, soli Deo competere, mittere Angelos, nam Pl. 103. dicitur: *Qui facit Angelos tuos spiritus, & Pl. 102. Benedicite Domino ministris ejus, qui faciunt voluntatem ejus*. &c. Prefatos textus intelligendos, Deum solum ex autoritate suprema & directa mittere, non verò quòd alii ex autoritate delegata non possint etiam mittere, sicut patet de Regibus terrenis, & eorum Principibus, qui suos quoque nuntios mittunt, alià tamen, & alià ratione.

VI.
Ministeria
eorum respiciunt mundum
corporalem.

Dico 4. Ministeria Angelorum, ad quæ mittuntur, respiciunt hunc mundum corporalem, non solum propter motum orbium celestium, sed etiam, quatenus peculiaribus rebus peculiare Angelis sunt deputati, ut hæc inferiora, in ordine debito, à Divina Providentia intento, conserventur. Ita D. Augustinus, Bernardus, D. Thomas & ante ipsos Origenes.

Probatur primò ex Scriptura

Daniel 10. ubi alius Angelus præpositus Regno Persarum dicitur, & alius Judææ, Apocal. 14. dicitur unus Angelus habere potestatem super ignem, 17. super aquas, & alibi alia super alia.

Probatur secundò ex nostris Sanctis

Doctoribus Augustino lib. 83. qq. 9. 79. ubi dicit: *Unaquæque res visibilis, in hoc mundo, habet Angelicam potestatem sibi præpositam*. D. Bernardo lib. 5. de Confid. cap. 4. ubi ait: *Virtutes esse, quarum nutu vel opere, signa & prodigia in elementis, sive ex elementis facta, apparent. Potestates, quarum virtute coercetur malignitas aëris hujus. Principatus, quorum moderamine & Sapientia omnis in terra principatus constituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur & mutatur*. Addo his D. Damascenum lib. 2. de fide cap. 3. ubi ait, An-

gelos destinatos, *Ut certis quibusque partibus custodiant, Gentesque & Regiones tueantur*. Quod etiam de Principibus & Regibus dicendum, ubi ex D. Bernardo deduci potest, sed de hoc infra in custodia Angelorum, ex proposito, redibit sermo.

QUÆSTIO II.

An Angeli verè assumant corpora & quomodo?

Quia Angelorum ministeria,

ad quæ mittuntur, mundum hunc & homines in terra degentes, respiciunt, quorum operationes à phantasmatis dependent, ut per se directè spiritus nullatenus percipere possint, idè frequenter debent corpora assumere & in illis apparere, nam, ut ait D. Bernardus Serm. 5. in Cantica: *Quoniam ergò modo implent ministerium suum absque corpore, præsertim apud viventes in corpore? Verumtamen nonnulli olim dixerunt, terra Angelos in corporibus assumptis non apparere, sed in sola nostra imaginatione, sicut de Lamiis Concilium Ancyranum in Decreto Generali factum dicit, & præcipit prædicare Sacerdotes his verbis ex Miranda: Quòd scilicet quædam mulieres Demonum illusiones seculi, nominè horum cum Diana Paganorum Dea, & innumera multitudo mulierum, credunt se equitare super quadam bestias, & multa terrarum spatia pertransire, quæ falsà opinione deceptæ, hæc verè esse credunt, & credendo à recta via deviant. Idè Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo prædicare debent, hæc omnia esse falsa, & a maligno spiritu mentium fidelium irrogari. Et, cum solus spiritus hoc patitur, in sublimi mens hæc non in animo, sed in corpore opinatur evenire. Quod, licet verum sit quandoque malignum spiritum, Lamias & sagas sic deludere, nihilominus historica veritas, & procellus forentes probant, reverà etiam corporaliter sagas transferri & Demones in veris corporibus apparere. Unde*

Notandum, tò verè in titulo questionis, excludere tantum apparentiam phantasticam, significatq; tam veritatem assumptionis, quam realitatem corporis assumpti, citra informationem & unionem hypostaticam, ut mox dicam, ut sit in se realis Physicus effectus potentie motricis Angelorum, tam formaliter, quoad suam relativam essentiam, quam terminativè, respectu corporis in se visibilis, tangibilis. Hinc

Dico I. Angeli verè & realiter corpora Physica assumunt. Ita communis consensus Catholicorum & Patrum.

Probatur primò ex Scriptura

Gen. 18. ubi tres Angeli apparuisse Abramæ, eorum pedes lavisse, comedisse, referuntur, & cap. 19. in Sodomam, veluti peregrini visse; Et in libro Tobie per totum legitur Raphael per multos dies, & per varia itinera cum Juniore peregrinatus, eum deducendo & reducendo. Lucae 1. Gabriel apparuit sacratissimæ Virgini, eam salutavit & longum discursum cum ea habuit. Sed

Dices:

IV.

Dices: Hæc omnia contigisse Patribus in visione phantastica & imaginaria, non verò in reali corporum assumptione. Verum Contra I. Genes 32. Jacob iter facienti, obviam facti sunt Angeli, quos, cum vidit, ait: *Castra Dei sunt hæc*, exinde unus illorum in forma viri luctatus est cum eo, usque mane, vidensq; illum superare non posse, percussit nervum femoris ejus, sed quomodo potuisset luctari, illumq; percutere, si verum corpus, densum, durum & sensibile non habuit? Contra 2. In statu Innocentia non poterat homo per illusionem decipi, si per apparentem visionem, si per solam internam imaginationem, & tamen in illo statu in forma sensibili serpentis apparuit Evæ & Adæ Gen. 3. Quod à fortiori urget de Christo Domino, ad quem Dæmon visibiliter accessit Matth. 4. cujus tamen sensus sic illudere non potuit; ergò dicendum, quòd in similibus apparitionibus vera corpora assumpserint, maximè, cum modus loquendi Scripturæ clarè insinuet.

Probatur secundò ex Patribus nostris Augustino Serm. 16. Divers. cap. 9. dicente: *Quosdam Angelos humanis oculis apparuisse, Scriptura commemorat. Sed utiq; potestati eorum corpoream creaturam ita Dominus illis subdidit, ut illis eam pro voluntate coaptaret. Unde & illi, quamvis non nati ex semina, verum tamen corpus (assumptum) habuerunt quod ex qualibet specie in quamlibet speciem, pro sui ministerii, atq; officii ratione, convertere, ex vera tamen in veram.* Et lib. 1. Civit. cap. 23. ait: *Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, ut non solum videri, sed etiam tangi possent, eadem verissima Scriptura testatur.* D. Bernardo Serm. 5. in Cant. dicente: *Quod frequenter Angelos facere (assumere corpora & se in eis movere) tam indubitata, quam nota probat auctoritas; Hinc est, quòd & visi sunt Patribus, & ad eos intraverunt, & manducaverunt, & pedes laverunt.*

Probatur tertio Ratione: Quia non implicat, nec repugnat, ergò: probatur ant. Nam ex parte Angeli est vera virtus motiva, ut assumat corpus, illud moveat, & ex parte corporis est vera subiectio ad voluntatem angelicam ex D. Augustino supra & ex eo, quia est ordinis inferioris, ut proinde ad nutum Angelis obediat, unde etiam velocissimè in fine mundi omnia corpora congregabunt, & comportabunt pulveres & materiam primam.

V. Dico 2. Angeli non assumunt corpus, illud informando Physicè, vel hypostaticè uniendo. Hæc est etiam communis.

Probatur prima pars: Quia Angelus est substantia completa; ergò non potest informare subiectum, id enim est contra naturam substantiæ completæ.

Probatur secunda pars: Quia ex supra dictis substantia creata consistit in duplici negatione, & consequenter non potest terminare dependentiam alterius naturæ creatæ, quia non potest tollere substantiam alterius, cum per negationem nunquam tollatur ne-

F. Amandi Hermann Metaphysica.

gatio. Et dato, quòd etiam substantia effice quid positivum, attamen hypostaticè uniri alteri, opus solius DEI est, ad quod gratis recurritur, cum possimus modum connaturalem intra spheram virtutis Angelicæ habere; ergò.

Dices contra primam partem: Non est contra naturam substantiæ completæ, informare subiectum, cum quo non faceret unum per se, albedo enim est ens completum, & tamen informat subiectum, cum quo non facit unum per se, sed per accidentis; ergò idem dici poterit de Angelo. R. negando ant. cum consequ. prob. Quia, licet non sit contra naturam entis completi accidentalis, est tamen contra naturam entis completi substantialis; per quod patet disparitas magna.

Dico 3. Angelus assumit corpus per hoc, quod in illo interne existat præsens, sicut motor ad mobile, totus in toto corpore assumpto, & totus in qualibet parte.

VI. Per hoc assumit quod interne existat.

Probatur primò: Quia assumptio corporum ab Angelis non potest melius explicari, ergò.

Probatur secundò: Quia per hoc distinguitur sufficienter assumptio corporum, tam à præsentia locali simplici, quam ab informatione & unione hypostatica, ergò: probatur ant. Quia per præsentiam localem Angelus est tantum præsens ultimæ superficiæ, rationem loci positivi naturaliter, ex Aristotele, constituentis, per assumptionem verò Angelus est secundum substantiam suam realiter intrinsicè præsens omnibus partibus corporis assumpti, penes quamdam Metaphysicam penetrationem totius in toto, ac in qualibet parte, ad causandum quemlibet particularem motum in singulis partibus corporis assumpti. Distinguitur etiam à motore externo, sicut nauta movet navim & Angelus orbem, quia in tali motu extrinsecè tantum adest, per assumptionem verò intrinsicè. Differt etiam ab informatione, quia non est inter ea, quæ se habent per modum per se potentia & per se actus. Tandem differt ab unione hypostatica, quia hic non terminat aliquam naturam, suppleto ejus hypostasim, quod dixi tantummodo per Dei potentiam fieri posse, ridiculum autem est, recurrere in assumptione corporum ad miracula Omnipotentia Divina. Sed in contrarium

Opponitur Auctoritas Tertulliani, VII. lib. de Carne Christi, opinantis, Angelos Abrahamæ & Loth apparentes, & cum Jacob luctantem corpora assumpisse humana per hypostaticam unionem, quod etiam alii dixerunt de Joanne Baptista, Malachia, Aggæo Prophetis, Angelos fuisse in Carne assumpta, cum id non repugnet ex parte Angeli. R. Fabulosa hæc effe, contra mentem Patrum omnium, & ipsius Sacrae Scripturæ, quæ clarè asserit & docet, eos homines fuisse, ut patet de Joannis Baptistæ conceptione, nativitate & vita; Nec fundamentum eorum

Opponitur & solvitur Auctoritas.

Bbbbbb a de

de possibilitate, aliquid probat, quia hæc possibilitas, est tantum potentia obedientialis passiva, respectu Omnipotentiae Divinae, ad quam, in assumptione corporum, non est recurrendum.

VIII.
Argumentum ex ratione in oppositum.

Arguitur ex ratione: Verbum assumptum naturam humanam, & tamen in illa definitivè non est; ergò etiam, quando Angelus assumit corpus, non debet in illo esse definitivè, ut sit totus in toto, & totus in qualibet parte; probatur consequenter, quia videtur nimis limitari natura Angelica, ergò: probatur antea videtur enim inconveniens, quòd Angelus Raphaël comitatus Tobiam, per totum illud tempus non operatus fuisset aliquid extra illud corpus, maxime, cum illi, qui diverterant ad Loth, in corporibus existentes, etiam extra fuerint populum cæcitate percutientes. R. 1. negando consequenter. Quia verbum Divinum, cum sit illimitatum, nequit intra spatium cuiuscunq; corporis etiam maximi contineri. R. 2. concedendo totum: Quia, licet Angelus sit in corpore assumpto, per hoc tamen non debet limitari ad præcisam hanc præsentiam, cum sit illi inadæquata, quando ergò dicitur Angelus præsens totus in toto corpore, & totus in qualibet parte, solum excluditur præsentia per operationem, vel per circumscriptionem.

IX.
Instantia ad idem.

Instantur: Si assumptio corporum consistit in eo, quòd Angelus sit intrinsicè præsens, ut motor mobili, sequetur, dæmones energumorum corpora assumere, quòd nullus dicet, ergò: probatur sequela, quia sunt intrinsicè præsentès ipsis, eosq; movent & torquent. R. 1. Negando sequelam, cum sua probatione, quia assumptio, ultra motionem corporis, requirit, ut corpus sit formatum, vel assumptum ab Angelo, ad representandum eo modo, quo potest, similitudinem corporis veri, ad exercendas operationes ei convenientes, tanquam suas & sui corporis, quòd non contingit in energumenis. R. 2. negando seq. cuius prob. distinguo, sunt præsentès toti in toto, & in qualibet parte, etiam animata, nego in aliqua tantum, vel in solis humoribus, concedo & patet, quia de una parte frequenter vagantur ad aliam.

X.
Describitur assumptio ipsa.

Ex dictis colligo, Assumptionem esse unionem intrinsicam motoris ad mobile; unionem hanc non esse substantialem, nisi abusive, sed accidentalem, relativam, extrinsicè advenientem, non simplicem & unicam, sed divisibilem in tot, in quot est divisibile corpus assumptum. Patet primum, quia non est informatio, nec hypostatica unio. Patet secundum, quia assumptio non est quid fictitium, sed reale, non tamen absolutum, cum præter extrema nil absoluti ibi concipiatur, & tota assumptio consideretur per modum habitudinis unius ad aliud. Patet tertium, quia non est ex natura extremorum, sine nova actione Angelicæ virtutis motivæ assumptis corpus. Patet deniq; quartum ex aliis unionibus, & ex divisibilitate corporis.



QUÆSTIO III.

Cujus naturæ sint corpora per Angelos assumptibilia?

Pro resolutione hujus questionis

Notandum 1. Angelum absolute loquendo, quodlibet posse assumere corpus, dummodo non improporcionabiliter excedat motricem ejus virtutem, sicut enim omne tale corpus ad nutum ejus obedit, in ordine ad motum localem, ita etiam est illi subditum, in ordine ad assumptionem, quales solum assumptiones tam bonis, quam malis Angelis à Deo permittuntur, finendo eos uti virtute naturali, cum sine concursu generali, ut hominibus appareat, eos vel erudiendo in Divinis mysteriis & faciunt boni; vel ad illudendum, terrendum, decipiendum & præstant hoc mali; unde ordinariè assumunt, vel desiderant assumere talia corpora, in quibus possint humanas operationes exteriore exercere, quales sunt videre, audire, loqui, quavis nonnunquam etiam alia assumere corpora &c.

Notandum 2. Corpora, quæ assumuntur Angeli, vel esse perfectæ, vel imperfectæ. Perfectum tunc dicitur assumere, quando est tale, quòd antecedenter jam prius fuit generatum, non ab ipso Angelo, qui generationis incapax est, ut quando assumit cadaver hominis, vel equi &c. Imperfectum assumere dicitur, quando tale est, quòd completè apparitione dissiparet & resolvitur, ut contingit in Raphaële; Hoc corpus imperfectum ideo dicitur, quia est imperfectè mixtum, quia mixtum perfectum ex generatione naturali non potest tam cito formari, quia non est natum naturaliter generari, nisi secundum determinatum naturæ processum, Angelus autem non potest statim inducere formam perfectè mixti, cum tantum possit elementa activa passivis, convenienter simul uniendo, applicare, & in convenienti situ, corporibus cælestibus approximare, ut educatur talis forma particularis mixti, qualis nata est à talibus agentibus educi, unde illa corpora imperfectè mixta assimilantur impressionibus, ex eo, quòd, sicut impressione resoluta nihil ejus maneat, ita etiam nihil manet corporis assumpti, quando resolvitur, e contra quando resolvitur corpus perfectè mixtum, semper aliquid manet, quia in viventibus non fit resolutio usque ad materiam primam, in viventibus semper manet materia, eaq; nunquam sine forma.

Notandum 3. Corpora imperfectè mixta, adhuc tamen vera esse corpora, habentia veram figuram & veros colores, ac alias qualitates, vera corpora consequentes, contra Vasquem, asserentem, etiam in nostra sententia, id admitti debere, si enim se habent veluti impressiones, & Angeli sunt, qui in assumptis corporibus resistunt agenti, non verò aliqua durities ipsius corporis, sequitur illa corpora non habere qualitates vera corpora subsequentes. Sed gratis laborat, quia etiam grandis.

grandini, fulguri, nubi, veram tribuimus, in nostra sententia, duritiem, & alias qualitates secundas, quæ ex compositione vaporum & ex halatione resultant, & de se patet, sunt ergo corpora assumpta, vera corpora, sed non tam perfecta, sicut ea, quæ per generationem fiunt; unde homines aliqui, qui sese in veneris cum dæmonibus commiserunt, falsi sunt, illos non percepisse eam delectationem, quam senserunt cum mulieribus veris accumbentes, quia talia corpora solent apparere, ut plurimum, nimis frigida, & ad modum lanæ mollis, tactui & sensui non grata, & Cajet. 2. 2. q. 95. Alphonsus lib. de justa Hæret. punit. ac alii dicunt, à fide dignis percepisse, ipsum dæmonem, cum redargutus fuisset, quod ejus caro esset, quasi glaciæ, & tactui ingrata, falsum fuisse, se melius corpus facere non potuisse.

perare dæmoni, præfocatus, ejus corpus assumptum est, quod notabili portavit tempore, usque dum duello ficto occisus à Parentibus fuit creditus. Dixi autem in conclusione, nondum corruptum, quia tale per virtutem Angelicam restaurari non potest, neque idem numero redire, ut prius. Et si objiciatur de Samuele 1, Reg. 28. ubi virtute dæmonis rediit ad incantationem Phitonissæ; Respondeo, tunc non apparuisse corpus Samuelis jam putrefactum, sed assumptum fuisse à dæmone corpus illi simile ab eodem subito efformatum, ita expressè docet D. August. lib. 2. ad Simpl. q. 3. ubi ait: *Quamquam in hoc factio potest esse alius facilior intellectus, & expeditior exitus, ut non vere Spiritum Samuelis excitatum à reque sua credamus, sed aliquod phantasma in similitudine Samuelis.* Verum

Dices: Corpus, etiam non corruptum, naturaliter tendit ad corruptionem, ergo nequibit Angelus, illud assumendo, per notabile tempus à corruptione præservare. R. virtute Angelica quidem non posse corpus à totali corruptione præservari, sed divinâ fieri debere, attamen ad aliquod tempus omnino Angelicæ virtuti non repugnat, sicut etiam ante, & aromatis condita conservantur.

Dico 3. Potest Angelus corpus verum, imperfectè tamen mixtum, propria virtute formare, & in illo seipsum representare. Probatur: Angelus habet perfectam scientiam rerum naturalium, ut queat pro suo libitu elementa, secundum partem saltem, localiter movere, eaque sic unire, & applicare corporibus Cælestibus, ut formetur mixtum, saltem imperfectum, ergo. Patet ant. quia illud non excedit ejus perfectionem. Quod autem illud sit imperfectè mixtum, inde liquet, quia tota natura creata nequit facere, ut mixtum perfectum, statim, & imperceptibiliter desinat esse, sicut desinit esse illud corpus, quod quandoque ab Angelo assumitur, cum necesse sit processum naturæ, tanquam informatione, quam resolutione, servari.

Dices: Corpora assumpta ab Angelis, qui apparuerunt Abraham, erant prorsus similia, cum iisdem accidentibus, & trina dimensione, quod expertus est ipse Abraham, lavando eorum pedes, ergo non tantum corpora imperfectè mixta possunt assumere. R. negando consequ. nam illa corpora erant quidem similitudinario modo, & metaphoricè talia, qualia nostra sunt, non tamen perfecta similitudine propria, quia sic tantum apparebant, & quia apparitione parata statim iterum in elementa fuerunt resoluta, ut nihil ipsorum manserit.

QUÆSTIO IV.

An Angeli in assumptis corporibus operationes vitæ exercent?

Non est difficultas de operationibus potentie intellectivæ, & volitivæ, nam, sicut anima nostra illas in corpore exercere potest, ita etiam Angeli, cum minus à corpore

VI.

VII.

I.

Volitiones & intellectiones veras exercent.

Bbbbbb 3 depca.

IV. Quæ corpora Angeli boni non possunt assumere. Report. d. 8. art. 2.

Probatur prima pars: Quia neque corpus Cælestis, neque purus aer, absque admixtione alterius elementi, suscipere possunt accidentia, ad assumptionem spectantia, sicut nequeunt colorari variis coloribus, albus enim color fit ex condensatione corporis perspicui, niger ex condensatione corporis opaci, hinc stellæ albæ, terra est nigra, & dum admiscetur corpus opacum perspicuo, fiunt colores medii, juxta majorem, vel minorem eorundem corporum admixtionem.

Probatur secunda pars: Quia insensibilia, & etiam aliqua sensibilia, non sunt apta, ut possint in eis exercere operationes humanas, &c. Sed

Dices 1. Matth. 4. & 17. legitur, Angelus assumpsisse aerem, in quo locutus fuit: Hic est filius meus dilectus: Quod Scotus etiam affirmat de cadavere, ergo malè dicitur, quod non possit assumere corpus inanimatum. R. Angelum quidem posse absolutè assumere quodlibet corpus, sive mixtum, sive simplex, sed ad manifestandum se hominibus, non posse defaciliò assumere corpora, nisi in quibus potest exercere, quasi actiones humanas, unde, quando in aère locutus fuit, non assumpsit eum, sed in eo sua agilitate & dexteritate formavit vocem. Quod Scotus autem dicit, posse assumere cadaver, libenter concedo, quia illud est corpus alicujus animati. Hinc

V. Etiam malus Angelus potest assumere corpus defuncti. Dico 2. Supposita providentiâ divinâ, potest quilibet Angelus, etiam malus, assumere verum corpus humanum alicujus mortui, à natura formatum, nondum in cadaver, vel cineres versum. Probatur ex non repugnantia, & ex suppositione permissionis divinæ: Unde Scotus dicit, à dæmone fuisse assumptum aliquod corpus cujusdam Regis, quod per integrum annum portavit, & fuit semper Rex creditus. Similiter legitur de Doctore Fausto, cujus Scholaris, ex occasione librorum suorum lectorum, dum nescivisset im-

dependant, quam anima: Nec etiam est difficultas de potentia loco motiva, sed de operationibus potentia vegetativa, & sensitiva, unde notandum, differentiam, præter alias, magis communes, inter potentias vegetativam, sensitivam, & intellectivam, ac inter locomotivam, quod illæ sint operativæ per actus verè vitales, de genere qualitatis, motiva verò tantum secundum locum, & subjektivè, quatenus aliis potentiis semper conjungitur, illisque famulatur ad proprium objectum attingendum, quare etiam dicitur potentia factiva, non operativa, nata est enim causare motum localem, non tanquam formam informantem, nisi materialiter. His præmissis

II.
Non exercent veram operationem sensitivam.

Dico 1. Angeli in assumptis corporibus nullam possunt exercere veram operationem sensitivam. Est Scoti 2.

Probatur primò: Ex 2. de anima, quia omnis talis operatio est per se primò composita ex anima & corpore, sed, &c. ergò.

Probatur secundò: Omnes operationes sensitivæ, excepto motu locali, sunt secundum substantiam, vitales, elicite à principio vitali, tanquam actiones de genere qualitatis productæ, per veram actionem, unde vitaliter operari præsupponit primò principium productivum & receptivum talis operationis, sed tale nullum principium reperitur in assumpto corpore Angeli, ergò. Probatur mi. quia Angelus, secundum se, non continet virtualiter potentias sentientes, nec illas exercere potest, sicut continet anima rationalis. Deinde ex parte corporis assumpti etiam non potest, quia separata anima à tali corpore non retinet debitam temperiem organorum, requisitam ad sensationem, ergò. Denique nec per solam intrinsicam assistentiam Angeli animatur, ergò. Unde, si corpus illud est tantum imperfectè mixtum, multò minùs aptum est ad sensationes producendas.

Dices: In 2. de anima, motus localis numeratur inter operationes sensitivas, sed Angelus movet se localiter, ergò. R. dist. mi. Angelus movet se localiter, & etiam corpus vitaliter per principium intrinsicum, nego; movet se localiter, inorganicè, & corpus assumptum similitudinario modo, concedo minorem, & nego consequens. & idem dicendum, quando Angeli asseruntur audire, loqui, videre, quia tantum hoc fit similitudinario modo, juxta illud: videbar quidem vobiscum manducare. Tobia 12. Hinc

III.
Nec operationes animæ vegetativæ.

Dico 2. Angeli in assumptis corporibus nequeunt quòque ullatenus exercere operationes proprias animæ vegetativæ. Probatur, quia etiam istæ aptæ natæ sunt esse compositi animati, vel mixti perfecti, quorum nullum est ibi, & ex Scoto sup. hujusmodi actus videntur etiam esse vitales, secundum substantiam, cum habeant terminum intrinsicum formaliter animatum, ergò sunt primò per se totius animati principaliter per animam informantem. Sed

Dices: Angeli possunt, applicando activa passivis, effectus naturales producere, ergò

& actiones animæ vegetativæ, id est, nutritionem, augmentationem, & generationem. R. negando consequentiam, quia etiam Angeli non possunt quoscunque effectus naturales producere, sed tantum aliquos, & indirectè, sicut illos, qui possunt univocè & equivocè produci. Ulteriùs

Dico 3. Mediante motu locali possunt Angeli in assumptis corporibus exercere operationes similitudinarias & apparentes potentia vegetativæ, & sensitivæ animæ. Probatur: Angelus verè intelligit & vult, ergò tales operationes, non secus, ac nos, potest per actus externos manifestare, movendo localiter linguam, labia, & voces formando similitudinarias, unde sic per motum localem potest exercere actum generationis, deferendo semen ab alio viro decum, in locum aptum generationis: Sic etiam fingit actum nutritionis, fumendo cibum, trajiciendo in ventrem, ut ibi resolvatur per exhalationem in humores, & elementa, unde etiam potest apparere crassior, obefior, non per intusceptionem, sed per juxtapositionem. Sed in contra

Arguitur 1. Actus loquendi, verbi gratià ultra motum localem, qualitatem abolutam involvit, ergò, si Angeli loqui possunt, id verè facient, & non similitudinariè. R. negando ant. quia locutus est præcisè motus localis maxillarum, dentium & labiorum, quia locutus est sonus quidam Verborum, ad placitum significantium animi conceptum, ideo Angelus potest illum formare, tam in aère, quam in corpore, etiam sine instrumentis aptis, ut patet de asina Balaam.

Arguitur 2. Christus resurrectionem suam Apostolis per comestionem manifestavit, & probavit, ergò comestio ejus est verus actus vitalis, ergò etiam Angelorum ob eandem rationem. R. 1. Christum resurrectionem suam, non per solam comestionem manifestasse & probasse, sed simul per alia argumenta efficaciora in Evangelio invenienda. R. 2. negando secundam consequentiam, quia comestio Christi fuit facta à verò principio vitali, ordinato ex se ad nutritionem faciendam, tale autem principium vitale non habet Angelus, & sic non debet dici vitaliter comedere & bibere; hinc D. Augustinus lib. 22. Civit. cap. 19. de Christo ait: *Cibum & potum sumpsi, non alimentorum indigentia, sed tã, quã poterat, percipere.* Et universaliter de omnibus corporibus gloriosis lib. 13. Civit. cap. 22. sic loquitur: *non potestis, sed egestas edendi talibus corporibus asseritur.* Unde Doctor subtilis non habet pro inconvenienti, quòd corpus gloriosum nutritur, potest enim Deus facere corpus gloriosum in minima quantitate, & illud se possit per nutritionem augere, sine aliqua nutriti, & aucti corruptione, quod defacto Christo accidisset, si ab initio suæ generationis fuisset nec dum quoad animam, sed etiam quoad corpus gloriosus.



QUAESTIO V.

De Custodia Angelorum.

(nisi tu convenientius aliquid considerasti) qui singuli singulis hominibus dati creduntur. Quid clarior?

De Beata Virgine M A R I A, id clare docet tract. ad Hugonem cap. 5. ubi etiam non quemcunque Angelum simplicem eidem praepositum fuisse, sed Archangelum, ait enim, sed & ipsam Virginem rogo, unde probabitur ex nomine, vel facie ante cognitam Angelis, quod ipsa videlicet esset, quam Deum elegerit in matrem sibi, excepto duntaxat Archangelo, cui & servanda ab initio tradita fuisse credenda est. Ex quo deducitur, Pontifices, Imperatores, Reges, & Summos Principes solemniores Angelos in sui custodiam deputatos habere, quod insinuat & suadet illa Majestas occulta, qua etiam audacissimi ad conspectum eorum perterrentur, & facundissimi obmutescunt.

Probatur Conclusio secundò

ex ratione, quia quilibet homo indiget Angelorum custodia, ut in multis dubiis illustretur, in tepore & pusillanimitate excitetur, à multis daemonum tentationibus liberetur & defendatur, ergò cuilibet homini particularis Angelus custos assignari debet; probatur consequenter, quia unus non sufficeret pro omnibus, quia Angelus ob suam limitationem ubique esse non sufficit, nec etiam potest dici, quòd pro una civitate unus sufficiat, quia si ab illa exiret per desertum, aut alia devia, quis cum tunc custodiret? Deinde Angelorum numerus est tantus, ut cuilibet homini unus assignari possit, ad minus, qui simul vivunt: Imò Justinus Martyr lib. 99. à Christ. propositarum q. 3. ait, Angelum unum consummatam custodià unius hominis, si moriatur, ad custodiàm alterius non deputari.

Probatur Conclusio quoad

partem de Christo Domino: Quia hic ab instanti suae conceptionis fuit perfectè beatus, ultimo fini conjunctus, à quo nullatenus poterat dimoveri per tentationem: Nec erat in ipso necessarius ad intellectus illuminationem; neque ob bonae voluntatis preparationem, excitando eam ad bene operandum; neque ne incederet per viam desertam & inaquosam, hoc est, tentationibus plenam, quia secundum Joannem cap. 1. Vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti à Patre, secundum potentiam, plenum gratiae, secundum voluntatem, & veritatis, secundum intellectum. Sed in contrarium

Arguitur I. Angelus nequit homi-

nem in suis actibus regulare & regere, ergò gratias dicitur, quòd cuilibet sit assignatus aliquis in custodiàm. Probatur aut. tum, quia nequit in partem rationalem hominis agere: Tum, quia nequit scire statum hominis, an sit odio vel amore dignus; tum denique, quia non novit secreta cordis humani. R. negando ant. cum suis probationibus, nam imprimis potest Angelus hominem efficacius docere, quam alius homo per signa sensibilia, immutando directè ejus phantasiàm, vel coagendo cum intellectu agente ipsius hominis, ut causa partialis, ad imprimendam speciem in intellectum possibilem. Ad secundam dico, quòd parum referat,

III.

IV.

Rationibus probatur.

V:

Rationes in oppositum adferuntur.

I. Dari Angelos Custodes, pro

comperito habent DD. Augustinus & Bernardus, ac subtilissimus Scotus, nam D. Augustinus in glossa super illud Matth. 18. *Angeli eorum*, &c. ait: Non esse contemnendos homines, ad quorum custodiam Angeli mittuntur. Et mellifluus Doctor sapissimè, ut mox infra ostendam, generaliter de custodia Angelorum agit ferm. 77. in Cantica, & ferm. 4. de dedicat. Templi ubi ait: *Benignus es Domine, nec nostrorum hac fragili protectione murorum potes esse contentus, sed ipsis hominum prelati hominibus Angelicam quoque custodiam superponis, ut muros desenserent, & eos qui murorum ambitu continentur. Ita Pater, quoniam sic placitum est ante te, sic necessarium nobis. Insufficiens enim est ministratio nostra, nisi & nobiscum, & pro nobis administratoris spiritus in ministerium mittas, ut hereditatem capiamus salutis. Quid enim, si non videmus obsequium, cum experiamur auxilium? Quid si non meremur aspectum, cum sentiamus effectum? Unde cum Scoto & mellifluo Doctore rationem, quare nobis dentur Angeli custodes, esse dico 1. ut hereditatem capiamus salutis 2. Divinum beneplacitum ex eo, quòd omnes velit salvos fieri 3. propter insufficientiam nostram, ut defendamur à malignis spiritibus, & ut instruamur in necessariis, & erudiamur in mysteriis fidei. Et quàmvis, generatim loquendo, sic de fide, dari Angelos custodes, est tamen quaestio, an singulis hominibus unus assignetur, quando incipiat & finiat, &c. quae brevibus expeditur. Unde*

II. Dico I. Omnibus hominibus, quantumcumque sanctis, etiam Beatae Virgini Mariae, non tamen

ejus Filio Christo Domino, & etiam quantumcumque malis, assignatus est unus Angelus in custodiàm. Haec est communissima Cath.

Probatur primò. Ex Patribus Augustino, tum supra, qui in plurali loquitur;

tum lib. 83. qq. 9. 79. probat, *unamquamque rem visibilem in hoc mundo, Angelicam potestatem sibi habere praepositam.* D. Bernardo, qui sapissimè adstruit, & probat, pro singulis hominibus Angelum custodem esse deputatum, signanter tamen ferm. 12. in Psal. 90. per totum, paucula excerpto, *parum est, ait ibidem, enim, quòd facis Angelos tuos spiritu, facis & Angelos parvulorum, illos utiq. tam felices, & tuos ad nos, & nostros ad te Angelos facis, ubi omnibus parvulis Angelos custodes datos esse palàm adstruit.* Deinde dicit: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. Nempe etiam ipsi, qui videntur muri, magni, aut in muro ipso columna, Sancti, his custodibus egent, & maxime.* Hic pro majoribus & sanctioribus etiam Angelos esse custodes demandatos asserit. Et universaliter monet omnes: *In quovis diversorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe; Tu ne audeas illo praesente, quod me vidente non audeas.* Et tandem claudit: *Habetote familiares Angelos, fratres mei, frequentate eos sedulà cogitatione, & devota oratione, qui semper vobis adsunt ad custodiàm ad consolationem.* Et ne multis fusior sim lib. 5. Confid. 4. dicit: *Putemus Angelos dici*

Omnibus hominibus Christo excepto datur Angelus custos.

ferat, satis enim est, scire quemlibet hominem esse creatum & ordinatum ad vitam æternam; satis etiam est, scire sic divinam providentiam disposuisse, & sibi demandatum, ut custodiat hominem in omnibus viis suis.

Instatur: Deus solus sufficit ad custodiendos homines, ergò frustra ponuntur Angeli custodes. *R.* dist. ant. si immediatè agere vellet, concedo, si vellet, ut defectò vult administrare per superiora inferiores creaturas, nego ant. & conseq. Deus itaque defectò custodit omnia mediantibus Angelis. *R.* 2. triplicem esse custodem hominum, universalem Deum ipsum, juxta illud Jobi 6. *Quid faciam tibi ò custos hominum.* Provinciale, & hic est Michaël Archangelus pro Ecclesia tota, & alii pro quolibet Regno & Provincia, suntque ex D. Bernardo in Confid. suprà, de ordine Principatum: Et hoc colligitur quoque ex illo Danielis 10. *Princeps Regni Persarum resistit mihi viginti & uno diebus*, id est, Angelus Princeps custodiens Regnum Persarum, & ecce Michaël, Protector Judæorum & Synagogæ, venit in adiutorium mihi. Tertius est Angelus custos particularis ex ultimo ordine, qui singulis singulis hominibus dati credantur, ut ait D. Bernardus 5. Confid. 4.

VI.

Urgetur: Isti non sunt necessarii, sufficiunt enim Provinciales, ergò; probatur ant. unus homo potest esse custos multorum, ergò etiam unus Angelus ex Principatibus. *R.* 1. negando ant. quoad utramque partem, licet enim unus Angelus Princeps sufficiat pro uno Regno, non sufficit tamen pro omnibus hominibus, quia ille tantummodo exercet suam functionem, in ordine, ut debito modo regatur, disponatur, conservetur, transferatur, &c. unde ad hoc sufficit, non tamen, ut quemlibet hominem inspirationibus adjuvet, à tentationibus dæmonum liberet, & hoc propter Regni magnitudinem, & suam limitationem, atque ob hominum multitudinem. *R.* 2. negando consequent. nam ex triplici capite possunt & sunt nobis assignati custodes, 1. ad majorem Dei providentiam 2. ob necessitatem & ad ordinis universi dignitatem majorem 3. ad majus solatium Angelorum, latantur enim, quòd Deo cooperari possint ad nostram salutem. Audi D. Bernardum, serm. 1. de festiv. S. Michaëlis ubi aliam similem, & quasi eandem triplicem rationem sic allegat: *Hic est, dilectissimi, funiculus triplex, quo de excelso cælorum habitaculo, ad consolandos, ad visitandos, ad adjuvandos nos attrahitur supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter semetipsos. Propter Deum utique, cuius tantæ erga nos misericordie viscera ipsi quoque, (ut dignum est) imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem (genericam) miserantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur.*

VII.

Dices: Videmus quotidie tot perire & damnari, ubi ergò manet Angelorum custodia, quæ utique superfluit, maximè in iis, quos certo vident damnandos. *R.* non obstante, quòd multi pereant, adhuc custodia Angelorum non superfluit, primò enim, non est certum, an

sciant finaliter eos perituros; & posito, quòd ex circumstantiis & cognitione secretorum cordis id scirent, adhuc non superfluit, quia Deus scit perfectissimè, quid de Petro futurum, hoc non obstante ei non denegat auxilium sufficiens, Deinde, quòd multi quotidie pereant, non provenit ex defectu custodie Angelorum, sed quia ipsi ex propria malitia sanctiorum inspirationibus obedire noluerunt, juxta illud: *Curavimus Babylonem, & non est sanata.* Unde in fideles, qui videntur extra statum salutis, & revera pro præsentibus injustitiis, quæ inest, sunt, adhuc tamen excitantur ab Angelis custodibus; nec tamen per hoc trahuntur ipsi Angeli, quia se perfectè conformant divine voluntati. Sed pro Christo Domino

Opponitur Autoritas Scripturæ primò, Psalmi. 90. Angelis suis Deus mandavit de te, quòd glossa interpretatur de Christo Domino: Secundo Lucæ 22. *Ecce apparet vobis Angelus de Cælo confortans eum;* Matth. 4. *Ecce accesserunt Angeli & ministrarunt ei.* Sed confortare & ministrare est actus custodie Angelicæ, ergò. *R.* hæc Scripturæ testimonia exponi de Christo, ratione membrorum, quæ sumus nos. Deinde ministrare significat potius eorum obligationem, & non Christi necessitatem, unde dicuntur ministræ, non ex exigentia, sed reverentia.

Instatur: Christus habuit tentationem, ut patet ex Matth. 4. ergò ex exigentia debuit habere custodem Angelum. *R.* cum habuisset tantum tentationes extrinsecæ, ad nostram instructionem & eruditionem, non verbò intrinsecæ.

Dico 2. *Quilibet etiam hominum habet unum Angelum malum propositum ad sui oppressionem.* Est communis &

Probatur primò Autoritate D. Bernardi serm. 12. in Psalm. 90. *Qui verò istas bonas (inspiraciones, liberationes, &c.) per bonos non credit fieri, cum certum sit, quòd eorum male utique sunt immisiones per Angelos malos.* Quod etiam supra satis insinavit serm. 3. 4. 5. 6. & 7. ubi ostendit non unum, sed plures etiam dæmones insidiari cuilibet homini, maxime Religiosis, unde cuidam Eremiticæ ostensam fuit, unum dormitasse supra portas Civitatis, & plurimos sedulos fuisse ad decipiendum Anachoretam unum.

Probatur secundo Ratione: Quia dæmon imitatur in omnibus actionibus divinas, unde probabile est, quòd, sicut Deus mittit cuilibet homini unum Angelum in custodiam, ita Lucifer mittat unum ad deceptionem, hinc præclare idem Mellissius dicit parabola 2. de pugna spirituali ait: *Inter Babylonem & Jerusalem nulla pax est, sed genera continua. Habet unaqueque Civitas Regem suum. Rex Jerusalem Christus Dominus est, Rex Babylonis dæmon.* Et cum alterum in justitia, alterum in malitia regnare delester, Rex Babylonis, quos potest Civibus Jerusalem per ministros suos, scilicet spiritibus immundos seducere, ut servire eos faciat iniquitati, in Babylonem trahit. Clare etiam veritatem hanc expressè habet serm. 70. de diversis

diversis. spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Ita plane, & mali & boni pariter, illi quidem defectum nostrum, isti profectum desiderantes: illos enim sollicitat Invidia passio, istos compassio misericordiae, ut in nos incessanter intendant.

X.
Custodia incipit ab instanti animatione.

DICO 3. Custodia Angelorum incipit ab instanti animationis hominū. Ita Doctor subtilis in Reportatis. Deduco ipsam imprimis ex D. Bernardo Serm. 1. de Annunt. B. V. ubi ait: *Videri mihi videor, dilectissimi, quatuor virtutibus huius (Misericordia, Veritate, Iustitia, Pace) amittunt primum hominem ab ipso sua creationis instanti. Accipit ergo homo Misericordiam, custodem scilicet atq; pedessequam, ut ipsa perveniret, & ipsa sequeretur eum, ipsaq; protegeret & conservaret ubiq;.* Sed defacto Deus custodit per Angelos & etiam tunc, ergo. Unde ipse mellifluus Doctor Serm. 12. in Pf. 90. ait: *Constituantur Domino misericordiae ejus. Mira dignatio & verè magna dilectio charitatis.*

Probatur secundò ex Ratione

Scoti: Quia Demōn ab instanti animationis insidiatur homini, ut eum necet, ne ad baptismum perveniat, ergo etiam debet habere aliquem Angelum Custodem ab initio, quia alioquin vita parvuli esset minùs tuta, maximè cum sit suppositaliter distinctus infans à Matre, ita ut non tam benè custodiretur per custodem Matris. D. Hieronymus contrarium videtur sentire, ait enim, quòd incipiat à Nativitate, seu ab utero Matris, benè explicatur ab & in utero Matris. Eodem modo, licet D. Paulus dicat, eos verim missos in ministerium, propter eos, qui capiunt hereditatem salutis, ex quo alii deduxerunt, Angelorum custodiam incipere post baptismum, quia tunc primò incipimus capere salutem, cum baptismus sit janua ad salutem; sed nec hoc obstat, quia statim ab initio conceptionis potentialiter acquirimus hereditatem salutis, quatenus sumus creaturæ rationales, propter finem supernaturalem à Deo creatæ, in baptismo verò magis proximè & formaliter in jure, & quasi in actu secundo.

XI.
Intercedit inter Angelos custodes aliquando discordia.

DICO 4. Inter diversos Angelos omnium custodes frequenter intercedit discordia & pugna. Probatur ex Danielis cap. 10. sapius recensito & explicato. Sed

Dices Job 25. dicitur de Deo: Qui facit concordiam in sublimioribus spiritibus, ergo. Jobum intelligi debere de concordia in iis, quæ honorem & gloriam Dei, tanquam ultimi Finis concernunt, non verò de mediis, in his frequenter discordant, non verò in fine, quia frequenter judicant diversimodè de mediis, quando eis per Divinam revelationem non innotescunt. Sic etiam non discordant in præcedentiis & dignitatibus suis, ob maximam charitatem, & conformitatem ad Divinam voluntatem.

Quæres I. An Angeli gaudeant de bono successu custodiae suæ, & tristantur de malo? R. negativè

ad secundum, affirmativè ad primum. Ratio est, quia ob beatitudinem supernaturalem incapaces sunt tristitiæ propriæ, licet fortè in sensu anagogico; beatitudini tamen non obstat, quòd eorum gaudium accidentaliter augeti possit, hinc Luca 15. dicitur, Gaudium erit coram Angelis Dei, super uno peccatore penitentiam agente. Unde etiam mellifluus Doctor Serm. 30. in Cant. de lachrymis penitentium ait: *Hoc certe vinum lætificat cor hominū, hoc constat & Angelos bibere cum lætitia. Deniq; gaudent in conversione & penitentia peccatorum, salutem hominum scientes. Lachrymæ penitentium vinum eorum, quòd in illis vitæ odor, sapor gratiæ sit, indulgentiæ gustus, reconciliationis jucunditas, sanitas redemptus Innocentiæ, serenitas suavitas conscientie.*

Quæres 2. An apparitiones Dei sensibiles in veteri Testamento sint factæ per Angelos, ita, quòd personaliter erant Angeli, repræsentative verò, & authoritative Deum, cujus personam repræsentabant? R. affirmativè.

XII.
Apparitiones Dei factæ sunt per Angelos quasi.

Probatur primò ex Scriptura.

Quæ utiq; quasi, ubi mentionem facit, quòd Deus apparuerit, subnectit, fuisse Angelos, ut patet Gen. 18, 19. 21. 22. 28. & 31.

Probatur secundò ex Patribus

D. Augustino 3. de Trinit. 11. ubi dicit, Deum semper apparuisse ministerio Angelorum, neq; ipsum in persona, sed Angelos in assumptis corporibus illis, ut in igne, vel in rubro, vel in aliis, in persona Dei locutus fuisse. Similiter D. Bernardus idem clarè adstruit Serm. 54. in Cantica his verbis: *Adde, quòd aliqui eorum (Angelorum) personam ejus gerebant, ita ut loqueretur quisq; eorum, non tanquam Angelus, sed tanquam Dominus. Verbi gratia: Ille Angelus, qui cum Moyse loquebatur, dicebat, Non ego Domini, sed ego Dominus, atq; id frequentius utebatur. Saliebat ergo in montibus, id est, in Angelis loquebatur, & suam hominibus exhibebat præsentiam. Et potest tertio probari ratione hac: Si Deus aliquando apparuisset hominibus in propria persona, & non in Angelis, maximè Exodi 3. & 19. in Monte Sinai, sed in his locis non apparuisset in propria persona, ergo: maj. patet: probatur min. ex illo Act. 7. ubi Stephanus referens historiam illam ait: *Explevis annis quadraginta apparuit in deserto in monte Sinai Angelus, in igne flammæ rubi, & facta est ad eum vox Domini, Ego sum Deus Patrum tuorum; ubi Stephanus clarè docet illum, qui in Sina apparuit, fuisse Angelum, ergo. Similiter dico de apparitionibus in novo Testamento, exceptâ illâ, quâ apparuit in carne humana, & similibus eam sequentibus, nam tunc, ut utaq; verbis D. Bernardi suprâ, Per se descendit ad terras, qui alios delegare solebat.**

DISPUTATIO VII.

DE GRATIA & MERITO ANGELORUM.

Hucusq; egi de perfectionibus naturalibus, partim fide, partim ratione cognitū, accedens nunc ad examinandas eorum perfectiones gratuitas, in quibus vel creati à Deo fuerunt, meruerunt & finaliter perseverarunt. Itaq; sit

QUÆSTIO I.

An Angeli in sua creatione fuerint beati?

I.
Beatitudo
alia natura-
lis alia super-
naturalis.

Pro resolutione notandum, sensum quæstionis esse duplicem, an scilicet fuerint beati naturali, vel supernaturali beatitudine? Per beatitudinem autem naturalem intelligo perfectionem ultimam creaturæ intellectualis, ex solis viribus naturæ, cum generali concursu Dei intelligendam, & talis perfectio pro materiali dicit exclusionem omnis miseriæ, pro formali adeptionem omnis boni, eo modo, quo fieri potest objectivè per notitiam perfectam abstractivam summi boni, & per amorem ejusdem super omnia. Per supernaturalem intelligo notitiam perfectam intuitivam & facialem, quâ attingitur Deus in propria sua existentia, & amatur ut clarè visus. Hoc notato Scotus 2. d. 5. q. 2. affirmat, quòd de potentia absoluta Angeli in prima sui creatione beati esse potuerint beatitudine supernaturali, negat tamen defactò. Itaq; de naturali

II.
Angeli beati fuerint in via beatitudinis,

Dico I. Angeli defactò beati fuerunt in sua via beatitudinis naturali.
Probatur primò ex Ezechielis 28. ubi de Diabolo in persona Regis Tyri dicitur: *Tu signaculum similitudinū, plenus sapientiā & perfectus decore, in deliciis Paradisi Dei fuisti.* Sed hæc non fuit supernaturalis, quia ex illa nemo cadit, cum sint jam extra statum viæ, & implicet esse sine maxima conformitate ad Divinam voluntatem, quæ proinde etiam omne peccatum excludit, sicut etiam perfectissimè foras mittit timorem illa Fruitio supernaturalis.

Probatur secundò ex Patribus, Augustino, qui sapissimè asserit Sanctos Angelos fuisse beatos à principio, ut lib. 11. de Civit. cap. 9. 26. & lib. de Eccles. dogmat. cap. 59. lib. Gen. imperf. cap. 24. sed certum est, quòd non possit, aut debeat intelligi de beatitudine supernaturali, quia ab ea non exciditur, & quia ait, quòd primo cognoverint creaturas in verbo, (specie) postea in genere proprio, quæ naturalis est, & ex ea redierunt ad cognitionem in verbo & ad dilectionem, alioquin peccassent, sicut Dæmones, si in dilectione illa sui perstissent. Simili modo intelligendus est D. Bernardus Serm. 7. in Cant. n. 13. Et in hunc sensum explicandi sunt omnes Sancti Patres.

III. **Probatur tertio** ex Aristotele 10. Eth. cap. 7. & 8. Qui naturalem hominis beati-

tudinem constituit in sola speculatione substantiarum abstractarum; ergò multò plus Angeli fuerunt beati ex contemplatione, & amore summæ & primæ Intelligentiæ, quæ est Ens infinitum, in ratione veri & boni.

Probatur quartò: Angelus quilibet in creatione sua accepit naturalia splendidissima, quæ etiamnum in malis perseverant secundum D. Dionysium; ergò cum solo concursu generali poterant Deum perfectè intelligere & diligere, ergò. Sed in contrà

Arguitur: De Ratione beatitudinis tam naturalis, quàm supernaturalis, est securitas & perpetuitas, sed Angeli in statu viæ sue potuerunt à cognitione & amore Dei desistere, & oppositum actum elicere, ergò. 2. negando maj. quia secundum Doctorem subtilem securitas & perpetuitas sunt tantum beatitudinis extrinsecæ proprietates, nihil verò essentielle, sit etiam securitas & perpetuitas naturalis beatitudinis dependent à libertate Angelorum, cum ad continuationem, nec ab agente extrinsecò cogebantur, nec ab aliqua intrinsecà passione alliciebantur.

Dico 2. Angeli defactò beatiores fuerunt in via sua hominibus, tam pro statu isto, quàm in statu Innocentiæ, beatitudine naturali.

Probatur: Angeli habuerunt speciem repræsentantem Divinam naturam, tanquam principium distinctæ cognitionis Dei, quoad prædicata propria & ex propriis, hanc non habuerunt homines pro statu Innocentiæ, ergò. Et dato, quòd habuissent, Angeli tamen sunt perfectioris activitatis.

Dico 3. Potuit Deus, per potentiam absolutam, Angelos omnes in primo instanti creationis supernaturali beatitudine beatos facere.

Probatur: Beatitudo supernaturalis communicatur, à solo Deo communi, à solo Deo communicatur, Angeli pro primo instanti creationis fuerunt capaces, & voluntas Divina potest pro quocunq; instanti beatitudinem impendere, pro quo est capacitas, ergò. Sed

Dices: Contradictio est, idem esse prorsus connaturale & supernaturale; ergò nec per potentiam DEI absolutam poterunt esse beati supernaturaliter, pro primo instanti, quia fuisset eis connaturale, ergò. 2. Non esse sic connaturalem beatitudinem quando Angelis concreatur, ut sit proprietas fluens intrinsecè ex natura Angeli; neq; perfectio naturaliter debita, sicuti calor igni, nec necessariò concomitans illam, sed sicuti gratia, si aliquid

si alicui concrearetur, quae tamen non posset dici naturalis, sed supernaturalis, quia liberè à DEO concederetur, sic quoque beatitudo supernaturalis esset; si angelus concrearetur. Sed

Dices adhuc, beatitudo consistit in operatione, sed operari praesupponit esse; ergo nec divinitus pro primo instanti potest esse angelus beatus. R. dist. min. supponit esse in tempore nego min. praesupponit esse pro instanti naturae, concedo min. & nego consequenter.

VII. *Non fuerunt tamen sic beati.*
Dico 4. Angeli defacto pro primo instanti creationis suae non fuerunt supernaturaliter beati. Ita Doctor sup.

Probatur primò ex S. Augustino lib. 4. supra Genesim, ubi dicit: Non prius Deum discernere bonos à malis, quam essent discreti inter se, ita ut velit, quòd semper ab initio aequales, vel in naturalibus, vel gratuitis; Item lib. 2. Non prius est Deum ultor, quam aliquis sit peccator: Ex quo sic argumentor: Mali, qui defacto tales sunt, non fuerunt pro primo instanti beati supernaturaliter, quia haec facit beatos impeccabiles; nec etiam fuerunt miseri ex textibus allegatis; ergo fuerunt in statu aliquo medio, sed subsumo: Angeli fuerunt ab initio aequales; ergo nec boni fuerunt pro primo instanti beati. Breviter sic confici potest argumentum; Angeli non fuerunt ab initio miseri; ergo nec beati, patet ant. ex Augustino: patet etiam consequentia ex pari, quòd fuerint aequales.

Probatur secundò: Quia Lex Divina ordinavit, quod constat ex 2. ad Timoth. 2. quòd non coronabitur, nisi qui legitime certaverit; quòdque Judex unicuique reddet secundum opera sua, Matth. 16. quòd tam de Angelis, quam hominibus verum est; ergo Angeli sine merito non habuerunt ab instanti beatitudinem, quae datur in praemium. Confirmatur: Quia naturaliter eam propriis viribus acquirere non potuerunt, sicuti nequeunt homines, & planè docet Concilium Viennense, estque contradictio, quòd aliquid sit supernaturaliter & naturaliter attingibile.

QUAESTIO II.

An Angeli fuerint creati in gratia sanctificante?

I. *Difficilis quaestio.*
Cum Angeli, utpote creaturae rationales, creati sint propter Deum, tanquam finem ultimum beatificè attingendum, & ad eum consequendum habeant solam capacitatem, & propositionem naturalem, ex naturalibus verò attingentiam tantum remotam & inchoatam, ideo hic quaeritur, an ipsi, antequàm ad terminum pervenissent, eguerint gratia sanctificante ad meritorie operandum, & an illam habuerint ab instanti suae creationis, cum media debeant commensurari Fini, & hic est supernaturalis, media quoque debent esse supernaturalia. Et quantum ad primam partem dubii nulla est difficultas.
F. Amandi Hermann Metaphysica.

facultas, quantum ad secundam, plures Scholastici cum Magistro docuerunt, Angelos primò creatos fuisse in naturalibus, postea gratiam fuisse consecutos; Magistrum sequuntur Hugo, Henricus, D. Bonaventura, Richardus, & pro eadem sententia citant Recentiores Scotum. Alii eò contrà docent, Angelos in primo instanti creatos fuisse in gratia sanctificante: Ita D. Thomas, Durandus, Gregorius &c. & conantur hoc ex autoritatibus Patrum confirmare. Scotus autem in hac materia est problematiscus, asserens, certum esse debere, omnes Angelos aliquando fuisse in gratia, non curando, an statim collata fuerit? an prius in naturalibus? notat tamen, quòd, qui ponit Angelos fuisse creatos prius in naturalibus, postea in gratia, plures in eis debeat ponere status, quòd aequè; admitti potest, sicque; salvari poterunt plures Patrum autoritates. Itaque;

Dico I. Angelis viatoribus, ad beatitudinem supernaturalem consequendam, necessaria fuit gratia sanctificans cum aliis donis & auxiliis supernaturalibus. I. *Angelis viatoribus necessaria fuit gratia sanctificans.*

Probatur primò ex Scriptura ad Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna, Pl. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Unde Trident. Sess. 6. can. 2. ait: Si quis dixerit, ad hoc solum Divinam gratiam per Iesum Christum dari, ut facilius homo iuste vivere, & vitam aeternam promoverè possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque sed egre tamen & difficulter possit, anathema sit. Cum ergo gratia non tantum detur ad auferendam difficultatem naturae propter peccatum vulneratae, in ordine ad substantiam aeternam, sed ad supplendam simpliciter impotentiam, in ordine ad supernaturalitatem illius, in quantum homo est inferioris ordinis, idque; etiam Angelus accidat, idem similiter de Angelis dicendum erit.

Probatur secundò ex Patribus nostris Augustino lib. 12. Civit. cap. 9. ubi usurpans illud ad Rom. 6. Charitas Dei diffusa est, ait: cum debita laude Conditoris non ad solos homines sanctos pertinere, verum etiam de sanctis Angelis dici posse, Charitas Dei diffusa est eò per Spiritum Sanctum: & lib. 11. cap. 11. dicit: Omnes Angelos Divinam participasse sapientiam, non solum ut viverent, verum ut sapienter, beateque viverent. D. Bernardo Serm. 22. in Cant. n. 6. ubi disputans Christum factum esse Angelis Redemptionem, ait: Audi breviter: Qui crexit hominem lapsum, deus stanti Angelo, ne laboretur, sic illum de captivitate eruens, sicut hunc à captivitate defendens. Et hac ratione fuit utriusque; Redemptio, solvens illum & servans ipsum. Liqueat ergo sanctis Angelis Dominum Christum fuisse redemptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem. Idem docet Doctor subtilis 4. d. 4. q. 2. ubi asserit, defacto nulli dari gratiam, nisi per aliquam causam meritoriam, quae meruerit conjunctionem ejus cum DEO, & haec est Christus.

Probatur tertio Ratione: Quia Finis ultimus est Angelis etiam supernaturalis
Qccccc 4 ralis

ralis secundum attingentiam, ergo debent habere gratiam. Sed in contra

III.
Argumentum in oppositum.

Arguitur: Actus dilectionis Dei naturalis & supernaturalis est idem actus, & tendit circa idem objectum, & eodem modo, sed naturalis dilectio non indiget gratia, ergo nec supernaturalis. R. dist. ma. est idem in genere qualitatis secundum substantiam, concedo ma. in genere meriti & in modo, nego ma. ut ergo sit meritorius & supernaturalis, gratia requiritur. Sed

Instatur: Ad supernaturalitatem actus sufficit supernaturalis concursus objectivus, ergo. R. dist. ant. de potentia absoluta, concedo ant. hoc enim insinuat Clementina ad nostrum, de Hæret. de lege communi & ordinaria, nego ant. & conf.

IV.

Gratia fuit eis collata pro instanti creationis.

Dico 2. Angelis omnibus pro primo instanti creationis sue fuit collata gratia sanctificans. Ita Authores secundæ sententiæ.

Probatur primò: Ex autoritate Sanctorum Patrum, D. Augustini, lib. 12. de Civit. cap. 9. ubi ait: *Bonam voluntatem in Angelis quis fecit? Nisi ille, qui eos in bona voluntate cum amore casto creavit, simul eis condens naturam & largiens gratiam, unde sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, nunquam Sanctos Angelos fuisse credendum est; Ubi loquitur de gratia, quæ simpliciter facit bonum & Deo gratum, & consequenter de gratia sanctificante, ac deinde de malis subjicit: Isti autem, qui, cum boni creati essent, mali sunt. Et in exposit. in Psal. 77. Angelos malos, quantum pertinet ad eorum substantiam, quis alius, quam ipse fecit? Sed malos ipse non fecit. D. Bernardo serm. 5. de Verbis Isaia n. 9. *Sane apud Angelos justitia recta, pura & firma est, sublimis quidem, sed longè inferior, quam divina. Non enim innata est eis, sed a Deo collata, ut natura ipsa, quod ex se est, non modo justitia, sed etiam injustitia capax inveniat, nunquid non est pravitas quædam, quam in Angelis suis vera justitia illa legitur invenisse. Ubi alius interpretatur, quod etiam in instanti fuerit collata, ubi creati fuerunt, & factis rationabiliter, nam mali, licet recti fuerint, non servaverunt suum principatum, & in veritate & rectitudine non steterunt.**

Probatur Conclusio Ratione

primò: Ideo Deus differret conferre gratiam Angelis, ut ad eam recipendam se disponerent, sed talis dispositio ad gratiam sanctificantem non requiritur, ergo. Secundò; quia primus homo in gratia sanctificante conditus fuit, ergo & Angelus. Tertiò, Deus non discernit inter bonos & malos, antequàm ipsi se discernant per actus suos, ergo verisimile est, quod usque ad instanti meriti vel demeriti omnes uniformes fuerint. Per hoc patet, quid dicendum sit ad autoritates aliorum Patrum, qui sentire videntur, quod charitatem affectaverint, eam tamen habere non potuerint, quia loquuntur de charitate Patriæ, vel consummata, quam, dolet, quod defactò videat in vasis luteis hominum. Aut etiam fuerunt in opinione eorum, qui in Angelis posuerunt quatuor morulas. Sed

Dices: Deus non sanctificat habentem usum liberi arbitrii, nisi ad illum liberè se disponat, ergo Angeli primò se debuerunt disponere in primo instanti, ut gratiam illam mererentur accipere. R. dist. ant. non sanctificat creaturam, quæ per peccatum per se, vel in alio amisit, nisi se ipsam disponat, sicut adulta, concedo ant. nam cum talis creatura habeat principium, per quod liberè gratiam amittit, vult Deus, quod etiam liberè iterum ad se convertat. Non sanctificat ante peccatum, nego ant. & consequenter.

Instabis: Si Angeli omnes creati essent in gratia, nullus eorum cecidisset, quia omnes fuissent supernaturaliter in Deum conversi, ergo: Probatur ant. quia Angelorum voluntas non potest mutari à semel recto accepto. R. negando ant. cum sua probatione, quia Angelorum voluntas non eligit immutabiliter.

Dico 3. Angeli mereri poterunt de condigno, & etiam de condigno collationem gratia sanctificantis datæ illis in primo instanti, defactò tamen nostro modo illam meruerunt.

Probatur prima pars: Quia nihil impedit, quod minus Angeli in illo primo instanti, quo gratiam sanctificantem acceperunt, prius naturà elicerent aliquem actum meritorium de condigno illius gratia, nec etenim hoc ex ullo capite repugnat, nisi gratis, & percondigno principium quis dicere vellet, gratiam sanctificantem requiri ad meritum de condigno, quod tamen probabilissimè non est, ut in Theologia suo loco dicitur.

Probatur secunda pars: Ex Patribus, qui dicunt gratiam illis concretam, ergo defactò illam non meruerunt.

Dices: Perfectius est, gratiam accipere ex proprio merito, quam sine illo, ergo sic dicendum. R. negando ant. aliàs Christus deberet sibi promereri gratiam collatam, quod nemo dicit. Sed

Dico 4. Angeli prater gratiam sanctificantem habuerunt in primo instanti quoque habitum fidei & spei, imò & actum illorum.

Probatur prima pars: Quia fides & spes simul infunduntur cum gratia sanctificante, ut de justificatione hominis docet Theodorus.

Probatur secunda pars: Quia horum actuum sunt capaces. Deinde nullus actus est magis proportionatus ad meritum, quam fides, unde etiam cum D. Augustino supra dici potest, locum habere in Angelis illud ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est.* Hinc credendum est, Angelos habuisse fidem multorum articulorum maxime eorum, quos species divinæ essentia non representabat.

QUÆSTIO III.

An omnes Angeli acceperint æqualem gratiam? Pro resolutione. **Notandum** Deum ab æterno ante præscientiam meritorum Angelorum.

Angelos, & homines prædestinasse ad gloriam, sic, ut prædestinati fuerint præcisè cogniti in puris naturalibus, & in ordine intentionis divinæ hic fuit primus actus efficax & absolutus divinæ voluntatis, comparatione futurorum, ad extrâ ex meritis possibilibus; nempe, volitio ad gloriam & ad determinatum gradum; secundus collatio gratiæ, veluti, quæ est præcipuum medium ad gloriam consequendam, quod Scotus sic probat; omne ordinatè volens finem & media ordinata, prius vult finem, quàm aliquid eorum, quæ pertinent ad finem, beatitudo perfecta est ultimus finis creaturæ rationalis, gratia, fides, merita, usus bonus liberi arbitrii sunt media ad illam, ergò Deus ordinatissimum agens prius Angelis, in ordine intentionis, voluit beatitudinem in determinato gradu, quàm aliquid ex mediis, ad consequendam illam in effectu, hinc etiam Scotus in 4. ait, hominibus in baptismo conferri gratiam inæqualem ex vi prædestinationis, non ex vi baptisimi.

æquales in gloria, ergò nec æquales in gratia; ant. patet ex 1. Corinth. 15. Sancti differunt, sicut stella à stella in claritate. Hinc D. Basilii lib. de Spiritu S. cap. 16. ait, gratiam Angelis secundam diversitatem naturæ datam, & D. Damascenus lib. 2. de fide ait, per Christum omnes Angelos creatos, & spiritus sanctificationem accepisse juxta naturæ dignitatem. Ex quo

Probatur tertia pars Et ex hac ratione: Inæqualitas gratiæ in malis non potest ex inæqualitate dispositionis inter eos oriri, cum nulla talis detur, nec ex inæqualitate gloriæ, cum ad illam non sint prævisi, ergò ad inæqualitatem perfectionis, & majoris activitatis liberi arbitrii erit refundenda. Confirmatur: Quia ad divinam providentiam spectat, activiori potentiæ impertiri perfectionem elevationem per gratiam. Sed contra primam partem

Opponitur Autoritas D. Basilii supra: D. Damasceni, quibus similia habet D. Dionysius qui omnes asserunt, Angelos, secundum perfectionem naturæ, sanctificationis gratiam accepisse. R. Sanctos Patres non loqui de Angelis Sanctis, per ordinem intentionis divinæ, & pro primo instanti creationis, sed prout sunt in termino; de Angelis autem malis libenter concedo totum, hi enim solum per ordinem ad naturam habent, sancti verò per ordinem ad utrumque.

Instatur: Convenientissimum est divinæ sapientiæ, ut Angeli perfectiores in natura, sint perfectiores in gratia, etiam in ordine ad perfectiorem gradum gloriæ, quia quò perfectiores in natura, eò perfectiores in activitate ad diligendum Deum. R. 1. verum esse totum, sed non solum, quia, licet etiam Sanctis Angelis gratia sit perfectior data, secundum naturam, non tamen secundum solam, sed secundum electionem. R. 2. negando ant. quia gratia & gloria non conferuntur, per ordinem ad naturam, Lucifer enim dignior fuit in natura cunctis Angelis, nunquam tamen fuit ad gloriam electus. Et licet perfectiores in natura potentius Deum diligere possint, Angeli tamen ad dilectionem non conantur ex naturalitate, sed ex libertate per gratiam.

Dico 2. Omnibus Angelis tam bonis, quàm malis datum fuit pro secunda movula actuali auxiliium gratiæ excitanti, prævenientis, adjuvantis ad promerendam de condigno beatitudinem, per finalem observantiam divinatorum mandatorum. Est de fide ex Trident. sels. 6. can. 3, & 4.

Probatur Ratione: Omnis actus meritorius, sive sit circa finem, vel circa media ad finem, dicitur actus supernaturalis, ergò ad ejus efficientiam necessaria est gratia excitans & adjuvans liberum arbitrium, ad efficiendum illos, secundum regulam justitiæ infusæ, scilicet gratiæ sanctificantis.

Probatur secundò: Quia gratia sanctificans datur propter condignitatem actus, motio verò actualis supernaturalis propter exercitium illius.

Ccccc 3 Proba-

II. Notandum 2. In ordine intentionis, ante prædestinationem omnium Angelorum & hominum, prioritate saltem naturalis præsuppositionis, vel intelligentiæ, fuisse prædestinatum Christum, ut heredem ad summam gloriam, gratiam, & unionem hypostaticam, & præfinita ac prævisa omnia ejus meritoria opera, passibilitatem carnis præscindentia, ad promerendam aliorum prædestinationem, cum omnibus donis supernaturalibus, excelsis rationalibus necessariis ad beatitudinem consequendam in effectu, hinc secundum Scotum Christus fuit causa meritoria omnis gratiæ, Angelis & hominibus conferendæ, obrulit siquidem ipse sua merita Sanctissimæ Trinitati, pro Angelis & hominibus justificandis, & glorificandis, ut proinde in ejus oblationem inæqualitas gratiæ sit referenda, potuit enim efficacius obrulisse pro uno, quàm pro altero.

III. Notandum 3. Ad recipiendam gratiam primam, nullam requiri causam, dispositionem ve ex parte recipientis, præterquam in adultis, convertentibus se ad Deum, ubi necessaria est attritio saltem detestativa peccati, veluti Dei offensæ, nam sicuti isti per proprium actum se averterunt à Deo, ita congruum est, ut per proprium se convertant. His notatis

IV. Dico 1. In primo instanti creationis Angelos omnes fuisse uniformes in gratia, non tamen omnes æqualem accepisse, sed bonos majorem, malos minorem, & sicuti boni iterum inæqualem inter se, ita & mali sed per ordinem tantum ad perfectiorem naturam.

Probatur prima pars: Non est verisimile, Deum contulisse tantam gratiam non electis, quantam electis.

Probatur secunda pars: Gratia sanctificans Angelis bonis data est, in ordine ad gloriam consequendam, tanquam finem suæ prædestinationis, media autem dantur proportionata ad finem, ergò prædestinato ad majorem gradum gloriæ, major gradus gratiæ erat dandus. Clarius; Sancti Angeli non sunt

V. Opponitur et scribitur auctoritas.

VI. Pro secunda movula fuit vis data gratia actualis adjuvanti.

* Probatur tertio: Ad adimplenda divina præcepta, ad vincendas omnes tentationes, finaliter prærequiritur donum perseverantiae, sed istud includit omnia dona interiora & exteriora, quibus divina bonitas utitur ad prædestinatum finaliter evehendum ad beatitudinem. In contrâ

VII.
Argumentum in oppositum.

Arguitur: Angeli in prima mora fuerunt omnes uniformes in gratia habituali, in secunda verò, secundum D. August. supra, à Deo non discreti seipsos discreverunt, ergò tunc non habuerunt actuale auxilium, &c. g. in bonis & malis Angelis duplicem fuisse discretionem, unam in termino, per finalem poenam, vel gloriam; alteram in via, per meritum & demeritum, de prima locutus est D. Augustinus, quâ dicit, Deum eos non discrevisse, antequàm seipsos discernent; secunda ex parte Angelorum bonorum est etiam à Deo principaliter per auxilium efficax, secundario ex libero eorum arbitrio: Ex parte verò malorum discretio viæ principaliter fuit ex libero arbitrio eorum negativè solum à Deo non tribuente eis majus auxilium; ita D. Aug. lib. de corrept. & gratia cap. 11. videatur ibi.

Instatur: In prima mora omnes habuerunt gratiam sanctificantem, ergò pro secunda nullum aliud actuale potuit esse necessarium. R. negando conseq. quia alioquin contra Trident. supra, cap. & Can. 16. nec hominibus iustificatis esset speciale auxilium, ad perseverandum in gratia, necessarium.

VIII.
In bonis fuit efficax in malis sufficiens.

Dico 3. Auxilium illud in secunda mora datum, in bonis efficax, in malis sufficiens tantum fuit.

Probatur prima pars: Tum, quia perseverarunt: Tum, quia D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 4. ait: *Quis est, qui te discernit? Quid enim habes, quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris?* In quibus verbis necessitas auxilii efficacis, tam in hominibus, quàm Angelis innuatur, si enim æquale utrobique esset, possent boni gloriarì, quòd propriis viribus perstitissent.

Probatur secunda pars Ex D. Aug. lib. de corrept. & gratia cap. 11. alsimilante auxilium concessum Angelis malis, auxilio concessio ipsi Adæ, per quod perseverare tantum poterat, quòd verò bonis fuit concessum, alsimilante auxilio prædestinatorum finaliter perseverantium.

IX.
Angeli mali post primum peccatum potuerunt resurgere.

Dico 4. Angeli mali in secunda mora, post primum peccatum poterant per prædictum auxilium ab illo surgere, & sanctitatem amissam recuperare. Ita Scotus 2. d. q. 2. ubi ait, primum dæmonis peccatum fuisse remediabile, quia adhuc erat in via, & consequenter potuit poenitere, cum nondum esset in termino. Confirmatur: Secunda mora, tam bonis, quàm malis Angelis fuit divisibilis, cum mali peccaverint pluribus peccatis distinctæ speciei, qui tamen non fuissent culpabiles, si post primum fuissent statim in termino.

QUÆSTIO IV.

Quot & quanta mora fuerint, quibus Angelorum via duravit?

In hac materia nihil certi adduci potest, præterquam, quòd ante hominis tentationem Angeli mali fuerint damnati, cum eam ab invidia diaboli processisse testetur Scriptura, nec hoc primum ejus peccatum fuit, cum jam tunc fuerit serpens: Contra eos, qui dixerunt, Angelos nec dum sextâ die fuisse lapsos, ex eo, quòd ibidem dicatur, & *videtis Deum cantare, quæ fecerat, & erant valde bona*, nam hic commendatur bonitas Physica & entitativa omnium rerum. Unde alii dixerunt, eos fuisse in termino secunda die, quasi per divisionem aquarum, quæ sunt super firmamentum ab iis, quæ sunt infra, sit adumbrata explicatio divisionis Angelorum bonorum, & malorum: Alii contra putant, Angelos jam prima die fuisse in termino, quòd Scripturam insinuare putant, quâ dicitur, quòd Deus divisit lucem à tenebris, quasi per lucem Angeli boni intelligantur, per tenebras Angeli mali; ast certum est, quòd in his locis Scriptura agat de divisione lucis & aquarum corporalium. Unde nihil certi hic statui potest. Itaque supposito, quòd Angeli fuerint viatores, cum non statim fuerint beati, quòdque beatitudinem suam meruerint per merita antecedentia duratione, &c.

Dico 1. Duratio via Angelorum bonorum & malorum fuit æqualis. Probatur: Quia divine misericordiae convenientissimum est, quòd malis damnatis, bonis corona non differatur, de qua proinde debuissent esse anxii & solliciti, cum Deus sit prior ad premiandum, quàm puniendum: Et contra iustitiam divine congruit, quòd bonis premiatis, malis sententiam damnationis non differat.

Dico 2. Via Angelorum fuit valde brevis. Est communis Patrum & Doctorum. Probatur, tum ex perfectione potentiarum Angelicarum, & auxiliorum supernaturalium; tum ex absentia impedimentorum: Tum, quia ad præmium Cœleste non requiritur diurnitas, sed sufficit intensio actûs, & appetitativa dilectio vehementis.

Dico 3. Totâ via Angelorum fuit absoluta tribus moris, usque ad terminum inclusive, in prima sunt omnes creati in gratia, in secunda meruerunt aliquid, & alii peccarunt, alii perseverarunt in bono, & alii obstinati facti, in tertia sui consummata eorum discretio, fueruntque in termino. Probatur: Quia per moras nihil aliud intelligitur, quàm status varius Angelorum, hic autem est triplex, ergò. Primus creationis, qui fortè conexit instanti, vel valde parvæ temporis parti: Secundus divisibilis fuit, satque diu duravit, horis tribus fortè, vel quatuor (incertum est) & tertius incepit in ultimo instanti temporis, cui coexistit mora secunda & durabit in ævum.

DISPUTATIO VIII. DE PECCATIS ET POENIS ANGELORUM MALORUM.

Suppono, tanquam certum, Angelos esse peccabiles, nec ullam naturam creatam dabilem, qua ab intrinseco esset impeccabilis, ut præclare docet D. Augustinus lib. 3. contra Maximum cap. 12. dicens: Cuicumque creaturæ rationali præbitur, ut peccare non possit, non est naturæ, sed gratiæ Dei, ac per hoc solus Deus habet immortalitatem, qui non cuiusquam gratiæ, sed naturâ suâ nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Suppono etiam, Angelos defacto non peccasse in primo instanti creationis suæ, ut idem Sanctus Doctor docet 11. Ciruit. 13. quamuis ab initio & in primo instanti peccare potuerint. Examinandum est ergo, quibus peccatis peccauerint? Sit proinde.

QUÆSTIO I.

An Angelus malus potuerit velle aequalitatem Dei?

& inefficax; & constat experientiâ, nam homines multi appetunt immortalitatem, convertere ligna & lapides in aurum & argentum, quæ tamen respectu eorum potentiæ sunt impossibilia.

Instabis: Si Angeli tantum potuerunt appetere voluntate inefficaci, sequitur, eos per talem actum non potuisse peccare, probatur sequela, quia talis volitio non est plenus consensus. Contra, odium Dei, quo damnati volunt Deum non esse, est peccatum, & tamen illa volitio est imperfecta & inefficax, ergo ad peccandum non requiritur volitio efficax. Deinde actus, quo appetit aliquis mortem alterius, etiam defuncti, est peccatum, sed talis mors est impossibilis, ergo.

Urgebis: Nec ex Aristotele, nec à pari potest demonstrari, quod impossibile possit cadere in volitionem, quod est simpliciter tale, bene tamen, quod est secundum quid tale, illa allegata tantum sunt secundum quid impossibilia, æqualitas autem Dei simpliciter est impossibilis, ergo; sic etiam damnati appetunt Deum non esse, non per se, sed tantum per accidens, & secundum quid, quia appetunt penam non esse, & consequenter, secundum quid Deum, non esse, veluti Authorem pœnæ. Contra iterum: Sive damnati appetant Deum non esse per se, sive per accidens, simpliciter impossibile est, ergo appetunt aliquid impossibile, quod autem hoc sit peccatum, patet, quia appetens mortem inimici jam defuncti propter suum bonum, seu vanam gloriam peccati, licet hoc per accidens petat propter aliud, peccat; ergo similiter damnati.

Probatur Conclusio tertio: Si æqualitas Dei esset possibilis, posset eam appetere Angelus sibi, ut patet, ergo etiam stante hoc, quod sit impossibile. Probatur consequentia, quia impossibilitas nihil impedit, ergo. Probatur ant. tum, quia impossibile potest esse voluntas: Ex Arist. tum: quia posset eam appetere mediâ, & remotè, vel indirectè, vel inefficaciter & conditionatè: ergo. Sed

Opponitur Auctoritas D. Aug. lib. 3. de lib. arb. dicentis, neminem posse appetere non esse, sed si Angelus appeteret æqualitatem Dei, appeteret sui non esse, ergo. Probatur mi. quia Angelum esse Deum, includit Angelum

IV: Auctoritas & rationes substantur.

I. Volitio alia efficax alia inefficax.

I. Volitio, quæ quis objectum velle potest, duplex est, nempe absoluta & conditionata, seu efficax & inefficax: Quæ exemplo declarantur; sint duo infirmi, unus sperans sanitatem recuperabilem, alter desperans de ea, ambo tamen volunt sanitatem, diversimodè tamen, nam primus vult eam, eligendo sibi media, & providendo de insdem, ad sanitatem consequendam, unde hæc volitio semper est electio: Alter vero vult quidem sanitatem, sed non providet de mediis conducenibus, sicque non eligit, & tantum habet complacentiam de sanitate, & volitionem inefficacem: Et, licet prima non sit impossibile, est tamen secunda, & utraque sufficit ad meritum & demeritum, quia, licet sit objectum aliquid impossibile, tamen pleno consensu potest in illud assentire, & ideo ad quæstionem

II. Inefficaciter potius appetere æqualitatem Dei.

Dico I. Angelus potuit appetere esse Dei, seu esse æqualem Deo, volitione inefficaci & complacentiæ. Ita Doctor subtilis 2. d. 6. q. 1.

Probatur primò: Ex D. Augustino lib. 83. quæst. q. 30. Quod voluntas creata potest uti fruendū, & frui utendū. Ex quo potest argui, ergo etiam potest frui seipsa, at non potest frui, nisi summo bono, ergo potest concupiscere sibi tantum bonum, quantum requiritur, ut sit objectum fruitionis, sed hoc est summum, estque esse æquale Deo, ergo potest æqualitatem Dei appetere.

III. Probatur secundò: Æqualitas Dei est aliquid bonum concupiscibile, sed omne bonum concupiscibile Angelus potest appetere, ergo æqualitatem Dei. ma. patet: Probatur minor. Quia voluntas secundum actum amoris amicitia & concupiscentiæ habet pro objecto totum ens, ergo.

Dices: Majorem esse falsam, quia bonum concupiscibile debet esse aliquid possibile, æqualitas Dei est impossibile, ergo non potest appeti. Sed contra, Aristoteles 3. Eth. cap. 2. dicit, quod impossibile nulla sit electio, bene tamen voluntas & amor complacentiæ, in hoc enim distinguitur voluntas efficax,

gelum non esse, quia Angelus esse nequit, nisi sit inferior Deo, ergo. R. 1. opponendo aliam auctoritatem, nam in alio loco ait, si ego essem Deus, & Augustinus, mallet te, quam me esse Deum. R. 2. dist. ma. voluntate ordinatâ, concedo ma. deordinatâ, in quantum per sui non esse mutaretur in melius, & perfectius esse, nego ma. vel distinguo aliter: ratione sui, in quantum est bonum ipsius subiecti, concedo ma. ratione adjuncti, nego ma. patet experientia, quia multi sese diligunt, vellentque diu vivere, sed quia vita ipsorum deberet habere adjunctam infamiam, ideo se interimunt.

V.

Instatur: Angelus nequit appetere æqualitatem Dei in quam mutetur, etiam voluntate deordinatâ, nisi iudicet eam esse sibi bonam, sed non potuit appetere: Subsumo, sed antequam peccavit, non est dicendum, eum errasse, ergo non est dicendum, eum appetuisse, maxime, cum secundum plures, superbia fuerit primum peccatum. R. dist. ma. nequit efficaciter eam appetere, nisi iudicet, quod absolute sit sibi bona, concedo ma. ineffaciter, nego ma. ad hoc enim sufficit simplex apprehensio boni sine iudicio, quod si etiam requiritur iudicium, sufficit, quod iudicaret eam sibi bonam, ex suppositione, quod esset possibilis, non autem absolute & simpliciter, in hoc autem iudicio nullus esset error.

Urgetur: Angeli non appetiverunt impune æqualitatem Dei, ergo talis actus non potuit esse inefficax, in quo ratio demeriti confisteret. R. talem actum fuisse plene liberum, & deliberatum, consequenter imputabilem ad pœnam, quia, si aliquis defectus adesset, solummodo esset ex parte objecti voliti, non verò ex parte potentie volentis. Et licet sit impossibilis, est tamen appetibilis. Denique, licet non sit verum ens, est tamen ens in apprehensione, quod appeti potest.

QUÆSTIO II.

Quod nam fuerit primum peccatum Angelorum?

I.

Notandum 1. Quæstionem potissimum procedere de peccato Luciferi, nam plures Patres adstrunt, eum peccasse superbiâ, ex eo, quod vel voluerit æquari Deo, vel voluerit habere dominium & superioritatem super omnes alios Angelos, & ipse sub nullo, quo peccato, vix credibile est, cæteros omnes Angelos peccasse, cum Scriptura de iis non sic loquatur, neque videntur consensisse in dominio Luciferi supra se, cum verisimilius sit, eos potius voluisse Deo creatori suo subesse, quam Luciferi: Quidquid tamen sit, de omnibus quæstio examinanda.

II.

Angeli quoad reatum sunt capaces omnis peccati.

Notandum 2. Angelo quoad reatum fuisse capaces omnis generis peccatorum, non verò quoad effectum, id est, Angelos potuisse contrahere malitiam cuiuscunque peccati, non autem proprium actum cuiuscunque peccati elicere: Ratio est, quia, cum Angeli sint pure spirituales, per se solum possunt exercere actus

spirituales, materiales autem, quales sunt fornicatio, ebrietas, quamquam per se non possint, possunt tamen malitiam contrahere, inducendo homines ad tales actus, & sic quoad reatum, possunt committere omnia peccata, quoad effectum autem sola spiritualia, & illa omnia contra D. Thomam sola peccata superbiæ & invidiæ posse esse in Angelis, cum tamen certum sit, eum posse odisse, desperare, infideliter esse omissiones committere, &c. ergo.

Notandum 3. Duplicem esse actum voluntatis in genere; *velle & nolle*, & uterque est actus positivus, *nolle* est actus, quo voluntas fugit disconveniens; unde, licet explicetur per Verbum negativum, negatio tamen non est, sed verus actus positivus fugiendi: *Velle* est actus, quo quis profectur aliquid obiectum, tanquam sibi conveniens: Et hic est iterum duplex ex Aristotele, nempe *amicitiæ* & *concupiscentiæ*: *Velle amicitie* appellatur illud, quo quis amat suam, vel alterius substantiam & essentialitatem; *Concupiscentiæ*, quo amat & vult bona aut accidentia subiecti amati amore amicitie. Utminusque exemplum sic habeto: Actus, quo Titius amat se, vel Marium, est actus *velli* seu amoris *amicitiæ*: Actus, quo Titius optat, & vult sibi, vel Mario sanitatem, pecuniam, gloriam, &c. est actus *velli*, seu amoris *concupiscentiæ*. Unde patet, istos actus non esse formaliter & obiectivè unicum actum, ut plures voluntate recentiores, quamvis se haberent per modum *una* *velli*, & *gratia* *cujus*, ex hoc ipso enim magis deduceretur eorum distinctio. Patet insuper, hoc actus male per hoc præcisè distingui, quod bonum *delectabile*, vel *bonum* sit obiectum *velli amicitie*, respectu verò persone dilectæ, vel diligenti, dici *concupiscentiam*; quia isti duo actus taliter se habent, quod secundus semper præsupponat primum, unde in omnibus actibus, tam ordinatis quam inordinatis primum est actus *velli amicitie*, primò enim volo obiectum, cui volo bona, secundo *concupiscentiam* bona, & postmodum sequuntur alii actus, ut nollendi incommoda, impediendi, defendendi, &c. & hoc tam verum est, si sit *velle ordinatum*, respectu boni, si sit *inordinatum* respectu mali. His itaque notatis

Dico I. Primum Angeli peccatum fuit

Philantia, seu inordinatus amor sui, patet, licet luxuria, in sensu minus rigorofo. Est Scoti 2. d. 6. q. 2.

Probatur primò: Ex Patribus nostris Augustino lib. 14. de Civitate cap. ult. ubi dicit, quod duo amores duas fecerunt Civitates, Amor Dei usq. ad contemptum sui seu Civitatem Dei, & amor sui usq. ad contemptum Dei seu Civitatem diaboli. Et eodem lib. cap. 13. ait: *Superbia est perversa celestium appetitus*, sed, ut aliquis perversè aliquid appetat in celestibus, prius inordinatè debet amare se, ergo Angelus, si superbus fuit, primò nimirum sibi in se complacuit. Et lib. quæst. vet. & novi Test. q. 113. *Cum causa* (supple prima) *miserie Angelorum queritur, ea merito occurrit, quod ab illis qui summe est* (amabilis) *ad se ipsos conversi sunt sed certum est, quod à nullo bono aliquis avertat & convertat ad se, vel ad aliud, nisi sibi*

in illo alio complectat, ergo. Audi cum amplius lib. 12. Civit. cap. 1. Alii sua potestate potius delectati, veluti bonum suum ipsi essent, a superiori communi omnium beatifico bono defluxerunt, & habentes elationis fastum (complacentiam) pro excellentissima eternitate, studia partium pro individua charitate, superbi, fallaces, invidi effecti sunt. Ubi clarè ait, primò eos peccasse in se ipsis delectatos, & ex hinc superbos, fallaces, & invidos effectos esse. Similia habet 11. Gen. Litt. cap. 23. Hinc pater, quòd idem Sanctus Doctor ibidem videatur tenere, superbiam esse primum peccatum, ut frequenter in contrarium citatur, intelligi debeat de superbia terminativè, ex eo, quòd amor inordinatus sui ipsius sit causa superbiæ, ex eo superbumus, quia in nobis indebitè, vel in nostris complacemus. Imò ipse amor inordinatus sui ipsius potest, in largiori acceptione, dici superbia, in quantum est ultra debitum gradum.

V. **Probatur secundò** Ex D. Bernardo ferm. 3. Verbis Isaie, ubi sic ait: *Quid lucere festinas? Nondum illud advenit tempus, in quo surgebunt iusti, sicut sol in regno patrum eorum. Inverim pernitiosus est iste appetitus lucendi, & fervere enim malè melius. Denique, si tam vehementer splendorem desideras, quòd videri vis NB. esse curato, & primum quidem quære fervorem, nec tubum, quin & splendor adiciatur tibi, alioquin in cassum laboras. Qui sedere præsumpsit, in seipso voluit esse contentum (complacendo tibi) unde solam quòd hodie malitia esurit, quia sola habet hanc à semetipso.*

Probatur tertio Ratione primò.

Quia primum peccatum Angeli non fuit omisionis, ut communiter tenent omnes contra Durandum, cum non possit assignari, quodnam illud fuerit, ergò fuit commissionis, contra aliò quòd præceptum negativum, sed inter peccata commissionis non est prima aliqua nolitio, sed volitio (idè enim ordinariè volumus aliò quid, quia volumus eius oppositum) atqui inter volitiones primus est amor amicitia, & non concupiscentia, quia hic illum semper præsupponit, ergò primò peccavit peccato inordinati amoris sui ipsius, probatur hæc consequentia, quia hic amor non fuit circa Deum, nam Deus non potest nimium amari, nec circa alias creaturas, cum Angelica natura sit cæteris perfectior, ergò fuit amor sui ipsius.

VI. **Dices:** Amorem concupiscentia, & amicitia non distingui, & consequenter eo ipso quo amavit se ipsum, concupivit excellentiam super alios. Contrà Aristoteles 2. de anima docet, actus distingui per objecta, sed hi amores habent diversa objecta, actus enim amicitia tendit in substantiam, concupiscentia in accidens, scilicet in excellentiam, ergò illi actus distinguuntur.

Instabis: Posito etiam, hos actus distingui, adhuc tamen non sequitur actum amicitia esse peccatum, quia deberet illud facere intentio, sed hæc non facit, quia intentio non addit aliquam malitiam actui. R. negando ant. eum probationis mi. & altera prob. quia actus amandi proximum, intensius Deo, est peccatum, ergò intentio tribuit & addit malitiam

F. Amandi Hermann Metaphysica.

actui. Deinde omnis actus difformis rectæ rationi & regulæ est peccatum, sed intensissimus, amor sui est contra rectam rationem & regulam, quæ dicitur Deum esse diligendum super omnia, ergò.

Probatur Conclusio secundò:

Primum peccatum Angeli non fuit superbia, ergò fuit inordinatus amor sui ipsius, probatur ant. tum, quia superbia est immoderatus amor excellentia, amor sui immoderatus amor sui, hic autem præcedit priorem, ergò. Tum, quia inordinatus amor proximi non est superbia, formaliter sed inordinatus amor sui, & proximi, sunt ejusdem rationis, ergò, si inordinatus amor proximi non est formaliter superbia, nec erit sui ipsius.

Dixi in Conclusionem, illum inordinatum amorem fuisse luxuriam in largiori acceptione, quia luxuria generatim est amor inordinatus alicujus objecti, sed, &c. ergò.

Confirmatur: Tum, quia is, qui delectatur inordinatè in speculatione alicujus conclusionis geometricæ, luxuriatur, ergò etiam Angelus delectando se in seipso luxuriatus est: Tum, quia secundum ipsum D. Thomam, omne peccatum per excessum potest dici luxuria.

Opponitur Contra conclusionem VIII.

primò Farrago Autoritatem Scripturæ & Patrum, qui omnes clamare videntur, primum peccatum Angeli fuisse superbiam, ergò sic tenendum. R. 1. Sanctos Patres velle, quòd Angeli peccaverint peccato superbiæ, sed non primo. R. 2. eos intelligendos esse de superbia radicali, quæ est amor sui ipsius. Tertio intelligi possunt, superbiam demonum (maximè illud Eccles. 10. *Initium omnis peccati superbia*) esse initium peccatorum omnium hominum. R. 4. Patres loqui de superbia, quæ convenit omni peccato, est quæ conversio ad creaturam & aversio à Deo, ut pater ex D. Augustino supra pro conclusione relato, unde etiam de tali aversione lib. 17. Civit. cap. 6. ait: *Hoc vitium quid potuit esse, nisi superbia.* Tandem primum peccatum Angelorum potest dici terminative superbia.

Arguitur ex ratione: In amore amicitia non potest esse aliqua malitia, ergò non potest esse primum peccatum; probatur ant. quia amare se, valde connaturale est, & rationi rectæ conforme, est quæ objectum amabile & bonum, ergò. R. dist. ant. in amore amicitia ordinato, concedo ant. inordinato, nego ant. hic enim non est conformis rectæ rationi, ut dixi supra, maximè, si fiat cum tanta intensione & complacentia, ut in se ipso stare vellet & quiescere, cum tamen esset ordinatus ad altius objectum, nempe divinum, quod sibi virtualiter in isto actu amoris concupivit.

Instatur: Nemo peccat eliciendo actum quantumcunq, intensum, si ex genere suo sit bonus & non vitiosus ex circumstantia, ergò nec per intensiorem amoris amicitia. R. negando ant. primò, si intentio sit prohibita aliqua lege, sicut naturali est prohibitum diligere se plus, quam Deum. Secundò, si intentio sit impedimentum majoris boni, vel adimplendi præcepti;

D d d d d

Urge.

VII.

VIII. Solvuntur Autoritates.

IX.

Rationes in oppositum solvuntur.

Urgetur: Si Angelus se plus amavit, quam Deum, & sic Deum contempnit, vel de sua excellentia praesumpit, & eam sibi arrogavit, quod etiam peccatum superbiae est, quia praesumptio est prima species, ergo primum peccatum non fuit amor sui ipsius, sed superbia. R. Amorem illum inordinatum intentum, radicaliter, vel virtualiter, vel concomitanter, vel efficienter dici posse superbiam & praesumptionem, quatenus praesumens vult bonum suum esse magnum in se, bonis etiam aliorum preferendum.

Dices: Ad minus ille amor non potest dici luxuriosus, quia delectatio comitatur omne peccatum, & sic non constituit specialem malitiam; R. negando ant. cuius rationem distinguo, delectatio comitatur omne peccatum, quae se tenet ex parte subjecti, concedo, haec enim comitatur omne peccatum, iram, odium, mortem, &c. delectatio ex parte objecti nego, & haec speciale peccatum constituere potest.

X.
Primum peccatum concupiscentiae Angelorum fuit inordinatus amor & appetitus beatitudinis supernaturalis. Ita Doctor subit, supra.

Dico 2. Primum peccatum concupiscentiae Angelorum fuit inordinatus amor & appetitus beatitudinis supernaturalis. Ita Doctor subit, supra.

Probatur primo Supra serm. 3. de Verbis Isaiae, ubi clare loquitur, eum beatitudinem nimis inordinate appetuisse.

Probatur secundo Ratione: Primus appetitus Angeli non fuit circa aliquod honestum & utile, ergo circa delectabile; patet ant. quia peccavit; appetitus autem honesti semper honestus est, conformatur enim semper rectae rationi; nec etiam fuit utile, hoc enim ordinatur semper ad aliud, Angeli autem non appetierunt primum media, sed finem, ergo aliquod maxime delectabile, sed maxime delectabile est beatitudo supernaturalis; ergo illam maxime appetierunt, quod probatur, quia appetentes non appetierunt, secundum affectionem iustitiae; alioquin non peccassent, sed secundum affectionem commodi, quodcumque autem appetitur secundum affectum inordinatum commodi, appetitur primum & principalissime, quod maxime est commodum, quia appetitus inordinatus fertur secundum suam totam potentiam, nam talis appetitus inordinatus magis tendit in delectabile, quam appetitus sensualis. Sed

XI.
Quaeres: Quomodo potuerit peccare beatitudinem, cum ad eam fuerit ordinatus? R. tripliciter id fieri potuisse, primum appetendo eam sibi magis inesse, quam Deo, & in quantum est bonum sibi, non in quantum est bonum in se. Secundo, appetendo ipsam citius, quam Deus voluerit dare. Tertio, appetendo eam sine meritis.

XII.
Appetierunt quod unionem hypostaticam.

Dico 3. Angelus etiam peccavit, concupiscendo unionem hypostaticam, eamque invidendo naturae humanae. Probatur ex D. Bernardo serm. 17. in Cant. dicente: Potuit autem contingere (si eam incredibile non putetur) plenum sapientiae & perfectum decore: Homines praescire futuros potuisse, etiam & profecturos in parem gloriam, sed si praescivit in Dei Verbo, specie, vel revelatione, absq. dubio vidit & invidit & molitus est habere subjectos, socios dignatus. Inferiores sunt, inquit, inferioresque natura non decet esse concives, &c.

Dico 4. Angeli etiam peccaverunt peccato superbiae, iniustitiae, praesumptionis. Probatur ex D. Bernardo serm. 2. in octav. Pasche, ubi ait: Ine modo creatum Patri spirituum confidit? Et certum nolum tibi dixit, sede a dextris meis. Si nescit, impudens, unigenitum ille est, cui aeterna generatione Patri aequalitas collata est & confessum; tu oporuit cogitans esse aequali Deo Filio gloriam invidias; spem quasi unigeniti a Patre. Item serm. 11. in Psal. 90. Considerate viarum ipsius principia, si non manserit esse in immensissimam profusum suam praesumptionem dicens, sedeo in monte iustitiae, in lateribus aquilonis, similis ero Altissimo; quoniam temeraria quamq. horrenda praesumptio? Deinde ipse D. Bernardus, & alii Patres frequenter docent, eum nemini voluisse subesse, & alius praese, quae sunt peccata furti & tyrannidis contra iustitiam.

Dico 5. Lucifer etiam peccavit peccato scandalis, quatenus suam affectionem alii manifestando, eos ad similem effectum induxit. Ita D. Bernardus serm. 2. de Verbis Isaiae, ubi ait: Fuit quippe in eu, qui diceret, ponam sedem meam ad Aquilonem, & populum, qui sibi crederet, habuit, miser ille, qui sine Deo esse maluit, quam sub Deo illi qui videtur suum, cucurrerunt cum eo. Similiter docent alii Scholastici & Patres, Tertull. lib. 2. adversus Marcionem, Origenes, &c.

Quaeres I. An Angeli manserint in peccato, & malo obstinari? R. affirmative, oblatione tam negativa, quam positiva. Ita habetur ex Scriptura Psal. 73. Superbia eorum, qui se obdunt, ascendit semper. Ita quoque D. Bernardus serm. 11. in Psal. 90. Propter praesumptionem stare non potuerunt, propter obstinationem, qui cecidit, non adjiciet, ut resurgat. Constat vero illa demonum obstinatio in continuo actuali, vel habituali peccati affectu. Ratio autem huius obstinationis non est ipsa natura demonum, quasi voluntas Angeli esset talis natura, ut quod semel plene elegerit, eimobilitate adhereret, ut volunt Thomistae; nec etiam est alius habitus infusus, vel qualitas superaddita, ut volunt alii, sed sola subtractio divina gratiae, ut tenet Scotus, Vasquez & alii. Probatur; quia ratio Thomistarum nulla est, cum defacto constet, Angelos mutasse bonos inos affectus, quos in primo instanti habuerunt. Deinde possibilitas illius mutationis oritur ex libertate arbitrii. Aliorum etiam ratio nulla est, cum non appareat, quae nam qualitas superadderetur, ad inducendam obstinationem. Deinde cum constet, demonibus esse subtractam omnem gratiam, & cum in hac subtractione solvetur efficienter obstinatio, frustra fingitur aliqua alia qualitas. Igitur

Quaeres 2. An non manserint in demone? R. aliqua dona, & quae? R. ex D. Dionys. lib. de divinis nom. cap. 4. Pr. 4. naturalia omnia in ipsis manserunt integra, omnia tamen dona alia, sive per se, sive per accidens infusa, subtracta sunt; species eis concretae etiam in ipsis profectabiliter manserunt; utpote cum sint conaturalis quoad capacitatem imo profectabiliter etiam manserunt in ipsis essentia divina, cum eum perfecte defacto cognoscant.

Eas tamen, quas opera intellectus agentis ac-
quisierunt, quibus, in statu damnationis, mul-
tas alias adjunxerunt, certum est, manifeste, ra-
tione quarum adjuncta perfectione naturalis
potentiae intellectivae acutissime judicare pos-
sunt de veritatibus naturalibus, tam specula-
tivis, quam practicis, item multa de rebus su-
pernaturalibus, per scientiam naturalem, quam
acquisierunt, vel ex signis, vel ex colloquutione
cum bonis, aut malis.

glacies, grando, nix, &c. in quibus violenter
detinentur.

Notandum 3. Dæmones duplici-
ter possit in igne materiali detineri: *Effective*, &
formaliter: Formaliter tunc detinetur in eo, sic
ut & in quovis loco, quando ipse locus quo-
dammodo circumstat, & circumscribit rem lo-
catam, & sic Angeli possunt esse, & detineri in
igne, quia in ipso sunt, & esse possunt definiti-
vè, per hanc tamen detentionem non affligun-
tur, aut cruciantur, quia non est magis incon-
veniens ipsis, quod sint in igne definitivè, vel
in aëre. *Effective* verò tunc dicitur aliquid
detineri in loco, quando ab aliquo alio in eo
ponitur, prohibetque, ne se moveat ex isto ad
alium locum; & sic dæmones Deus *effective*
in loco detinet & in igne, qui eos illic deter-
minat, prohibetque, ne se ex eo moveant, &
sicut eos determinat ad essendum in hoc loco,
ita etiam determinat eos ad perpetuam confi-
derationem ignis infernalis.

IV.
In igne pos-
sunt detineri
effective &
formaliter.

His notatis sciendum, maximam
esse inter Authores controversiam, quomodo
ignis infernalis possit cruciare dæmones; ali-
qui enim dicunt, eos pati ab igne, recipiendo
ab eis calorem, unde dicunt illis communi ali-
quam virtutem, ratione cujus fiant capaces ca-
loris, Ita Henriquetz quodlib. 8. q. 8. alii di-
cunt, illos torqueri ab igne, per Deum elevato,
tquam per instrumentum divinæ justitiæ, ita
Dominicus à Scoto. Alii iterum asserunt, eos
torqueri per aliquam qualitatem spiritualem
in eis productam, & ineffabiliter eos defædan-
tem, ita Suarez; quæ sententiæ licet probabi-
les sint, attamen principii Doctoris subtilis in-
harebo. Unde

V.

QUÆSTIO III.

De penis Angelorum malorum.

I. Principalissima difficultas est
in hac quaestione, quomodo Angeli, utpote
spirituales, possint cruciari ab igne materiali,
quem tanquam certum, suppono esse in infer-
no, ut ex pluribus sacrae Scripturae locis patet,
ut Matth. 3. 13. & 28. qui etiam dicitur *para-
tum diabolo, & Angelis ejus*, quæ frustra ab hæreti-
cis retorquentur in sensum metaphoricum,
cùm Scripturae Verborum proprietas semper
teneri debeat, ubi non est aliqua inconvenien-
tia. Itaque

Dico 1. Angeli non cruciantur ab igne in-
fernali, per hoc, quod ipsis propter demeritum, detur
aliqua qualitas supernaturalis, ratione cujus ignis in
ipso possit agere. Ita Doctor 4. d. 45. q. 2. Pro-
batur cum eodem; quia ille habitus, aut illa
qualitas, vel esset spiritualis, vel corporea, neu-
trum dici potest, ergò. Probatur mi. non
quod sit spiritualis, quia talis est tam impro-
portionata actioni ignis materialis, quam ipsi
Angeli, cùm utrobique sint spirituales, & nul-
lum corporeum in spiritum agere possit: Nec
potest etiam dici, quod sit materialis, quia, se-
cundum ipsos adversarios, Deus non potest fa-
cere Angelos albos, vel nigros, sicut nec lapi-
dem sapientem, ergò.

VI.
Ignis non
agit in ipso
per aliquam
qualitatem
supernatura-
lem.

Dico 2. Angeli non cruciantur ab igne ma-
teriali, per hoc solum, quod ipsum apprehendant sub
ratione disconvenientis. Ita Doctor supra. Et
probatur ab eodem sic: Quia Angeli mali ap-
prehendunt ignem sibi disconvenientem, vel
apprehensione verà, vel falsà, neutra dici po-
test esse afflictiva Angeli, ergò. Probatur
mi. non quod verà, tum, quia ignis ille, ut ob-
jectum intellectus & voluntatis, non habet ra-
tionem disconvenientiæ, cùm nullum obje-
ctum sit corruptivum, cujus est objectum, ut
patet de omnibus, per enumerationem, imò,
ut objectum, semper est conveniens: Tum,
quia non assignatur modus, per quem fiat dis-
conveniens, ergò non affliguntur ab igne verà
appre-

VII.
Nec quod ap-
prehendant
disconvenien-
tem.

D d d d d 2

XVII.
Possunt face-
re aliquod
opus bonum
morale.

Quæres 3. An Angeli mali possint facere
aliquod opus bonum morale? R. affirmative, ratio
est, tum, quia homo in peccatis constitutus pos-
test tale elicere; tum, quia naturalia in ipsis
manserunt integra; tum, quia ad tale opus non
requiritur auxilium gratiæ supernaturalis.
Certum tamen videtur, dæmones vix unquam
tale opus facturos, propter continuam vim tor-
mentorum, maximum odium Dei, & pessimum
affectum.

II.
Duplex est
pena dolor
& tristitia.

Notandum 1. Duplicem esse pen-
nam creaturae rationalis, nempe *dolorem*, & *tris-
titiā*. Dolor est passio consequens apprehen-
sionem sensitivam in appetitu sensitivo resi-
dens, generata in anima ex offensione carnis,
& hæc poena in Angelis non est, nec etiam in
animabus damnatis, est enim passio totius com-
positi. Tristitia verò est passio proveniens,
ex aliquibus rebus, quæ nobis nolentibus ac-
cidunt, residens in intellectu & voluntate, &
hæc reperitur in dæmonibus, unde, ut dicatur
aliquid causare tristitiam in eis, debet semper
ab eis esse nolitum, & hinc violenta detentio
nolitata in Angelis, & nolitata consideratio in-
tenfata ignis materialis maximè poterit affligere
dæmones.

III.
In demoni-
bus alia pe-
na damni
alia sensus.

Notandum 2. In dæmonibus dupli-
cem reperiri penam, nempe *damni* & *sensus*:
Prima dicitur ea, quæ consistit in perpetua ea-
rentia visionis & fruitionis Dei, tanquam ob-
jecti infinitè beatifici, inflicta eis propter cul-
pam, ad quam poenam reducuntur illa omnia,
quæ Angeli per peccatum suum amiserunt:
Pena sensus illa est, quæ oritur ex afflictione
mali positivi præsentis & disconvenientis, nem-
pe ab igne: Diciturque poena sensus, non for-
maliter & intrinsecè, desumpta denominatione
à sensu, sed objectivè, vel denominatione ex-
trinsecà, ex parte objecti sensibilis disconve-
nientis, quodcunque illud etiam sit, sive ignis,
F. Amandi Hermann Metaphysica.

apprehensione considerato. Probatur etiam minor, quod neque falsâ; tum, quia sic non affligerentur verè ab igne, sed à falsa sua apprehensione, quod asserere planè est inconveniens, nam sicut nemo falsa apprehensione beatus est, ita etiam nemo falsa apprehensione miser est: Tum, quia illa apprehensio, vel esset à Deo, vel ab ipsis Angelis, non primum, quia sic Deus esset immediata causa deceptionis; nec etiam ab ipsis Angelis, quia ad naturales cognitiones producendas manserunt in ipsis naturalia splendida.

VIII.

*Sed per violentiam de-
tentionem &
noluntati con-
siderationem.*

Dico 3. Angeli mali cruciantur ab igne infernali, violenta detentione, per sententiam iudicij iusti, quâ condemnantur ad perpetuò habitandum in eo, & quâ determinatur, ad intense considerandum ipsum, ut signum iræ, & iustitiæ divinæ vindicativæ.

Probatur primò: Autoritate D. Augustini 21. Civit. cap. 10. ubi hæc habet; Si spiritum hominum profectò incorporei, & nunc poterunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vincula insolubiliter alligari, ergò sic etiam possunt demones alligari insolubiliter ad habitandum in igne; unde D. Gregorius 4. Dialog. 30. dicit: Si vivens hominis spiritus incorporeum tenetur in corpore, cur non post mortem incorporeum spiritus corporeo igne non detineatur? Eadem autem est ratio de Angelis malis; nam, ut idem Sanctus lib. 9. Moral. cap. 50. ait: Quamvis hominum, & Angelorum natura sit longè dissimilis, una tamen poena implicat, quos unus in crimine reatus ligat. Quòd autem hæc detentio sit afflictiva, patet, quia homines superbi molestissimè ferunt, quando violentè detinentur in carcere, ergò etiam demones, qui sunt superbissimi. Unde concludit D. Augustinus supra, postquam dixisset demones cruciandos, quamvis miris, veris tamen modis, sic: Adhærebunt ergò spiritus demones corporeis ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam.

IX.

Doctor subtilis sic probat & explicat conclusionem: Formaliter dico, quòd ignis ille sit objectum sic disconveniens dupliciter, primò, ut detinens spiritum definitivè, secundò, ut immutans ipsum objectivè, unde Angelus malus habet nolle detineri ab igne, & specialiter sub hac ratione, ex sententia divina sic determinante, ad quod nolle inclinatur affectio commodi, secundam quam appetit liberum usum suæ potentia, ut, sicut natura indifferens est, ad quodcumq; corpus, sic possit se facere præsentem cui-cumq; corpori; promovet superbia, propter quam appetit uti propria potestate; consummat invidia, propter quam nunquam vellet se determinare, ibi esse per sententiam, istud autem nolle præcedit detentio, & detentionis apprehensio, & tandem tristitia, ac notitio hujus detentionis violentæ, detentio autem illa violenta ad intensam considerationem ignis, ut sibi nocivi, contra voluntatem Angelis, à Deo principaliter, & ab igne instrumentaliter provenit. Hæc Doctor, per quæ clarè & fusè explicat modum, quo demones ab igne puniuntur, nempe, quòd Deus eos contra suas voluntates violentè in igne detineat, & quia hoc est contra voluntatem, ideò nolunt hanc detentionem, quæ detentio, cum sit notitia, jam potest in ipsis cau-

sare tristitiam; & sic pariter nolunt considerare illum ignem, ut signum iræ divinæ & iustitiæ vindicativæ, cum secundam affectionem vellet uti potiùs sua libertate in considerandis aliis objectis, à quibus tamen impeditur, ne illa considerare possit. Sed in contrâ

Opponitur Autoritas D. Augustini

lib. 20. Civit. cap. 16. ubi ait: Nequaquam negandum est, ipsum æternum ignem alii leviter, alii futurum esse graviorem, sive ipsum ardor poena cuiuscumq; varietur, sive æqualiter ipse ardeat, sed non æquali molestia sentiatur; Ubi non allegat detentionem solam, sed etiam ardorem, & insuper asserit, aliis poenam futuram leviorè, aliis graviorem, quòd si autem esset sola detentio, æqualiter punirentur, cum æqualiter omnes detineantur, ergò. R. Sanctum Augustinum non negare ibi, detentionem esse poenam Angelorum, licet enim alleget etiam ardorem, non dicit tamen, eum esse aliquem materialem, vel physicum, qualem utique ignis ille in Angelis producere nequit; Ardor itaque, qui ibi erit, erit intentionalis, verus tamen & realis, nam quando Angeli considerabunt illum ignem intense, semper timebunt, ne ab ipso adurantur & comburantur, & huiusmodi habens virtutem producendi ealorem in corporibus, intentionaliter immutabit eos, & intentionaliter comburet, quæ combustio major est, quam materialis, quia etiam in corporibus non est tristitia aliqua, nisi adsit immutatio intentionalis. Per hoc patet solutio etiam ad aliam instantiam, nempe, quòd non fit potior ratio, quare magis in igne, quam aère, aut aqua crucientur, quia aqua non habet virtutem adurendi, consequenter non sic eos intentionaliter immutaret. Et licet D. Augustinus dicat, poenam non futuram æqualem, id etiam ego non nego, & insuper, quamvis sit æqualis detentio, ex hoc non potest statim inferri, ergò æqualis poena, quia non erit æqualis in omnibus notitio, quæ majorem minorève in ipsis causabit poenam & tristitiam.

Instatur Contra principalem solutionem

nem: Actio intentionalis non est nata asserere tristitiam, ergò per eam demones non poterunt cruciari. Probatur: Quia illa actio est naturæ Angelicæ, & eorum intellectui conveniens, ergò. R. dist. ant. actio intentionalis non est nata asserere tristitiam ex se præcisè, transeat, nolita, nego ant. & licet prima intellectio sit prior notitione naturæ, sunt tamen simul tempore, & sic, quia notitio posterior est vehementior, quam delectatio, quam habere possit ex prima & simplici objecti apprehensione, ideò excludet delectationem illam, & causabit in eis summam tristitiam.

Urgetur: Notitio illa posterior est in

potestate Angelorum, ergò non necessariò illam habebunt, & sic, quando eam non habebunt, objectum non poterit in eis causare tristitiam, sed delectationem, imò, quia postmodum eam liberè habebunt, liberè poterunt uti, vel non uti. R. negando ant. quia causa prima semper concurret cum eis ad actum notitionis, sic nunquam poterunt ipsum non exercere, sicut cum bonis semper concurret ad actum amoris.

amoris, ita, quod nunquam habebunt tristitiam, ita cum malis, quod nunquam habebunt gaudium.

XII.

Non omnes
Angeli sunt
in inferno.

Quæres: An Angeli mali, qui defecit in igne infernali non detinentur, æqualem sentiant cum decentis tristitiam & afflictionem? Supponit quæsitum, non omnes Dæmones in inferno detineri, idq; patet ex Scriptura, nam ad Ephesios 2. vocatur Diabolus Princeps potestatis aeris hujus, & 6. vocantur: Mundi Rectores tenebrarum harum, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Sancti Patres nostri id quoque docent, nam D. Augustinus lib. de natura boni cap. 33. Inferior caliginosus aer quandoq; & cœlum dicitur, non illud, in quo sunt sidera, sed hoc infernum, cuius caligine nebula conglombantur, & ubi aves volitant; nam & cœlum nubilum dicitur, & volatilis cœli appellatur, in quo sunt etiam Dæmones usq; ad ultimum iudicium. D. Bernardus Serm. 54. in Cant. ubi in versiculum istum: *Isse venit saliens in montibus transiens colles*, ait: Colles dicitur aëreas potestates, quæ inter montes quidem (Angelos) jam minime numerantur, pro eo, quod a virtutum celsitudine defuxerunt per superbiam, nec tamen usq; ad humilia vallium, sive ad valles humilium per penitentiam detumescunt. A nubibus & infra Dæmonum est habitatio in aere isto infimo & caliginoso &c. Jam

XIII.

In aere existentes graviter cruciantur.

Respondeo ad quæsitum, Angelos malos in aere existentes, cruciari primò propter timorem & horrorem infernalis ignis.

Secundò invidia & rancore, quod videant homines liberari, & se perpetuò damnandos, & à gratia Dei excludendos. Tertio fortè secum ignem circumferendo, vel saltem eum confiderando sibi tanquam debitum, in quo mox sunt futuri. De ipsis Divus Bernardus Serm. 54. in Cant. sic dicitur: *In penam siquidem suam locum in aere isto medium sortitus est, ut videat & invideat, ipsaq; invidia torquetur, Scripturâ dicente: Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet. Quam miser cum suspicit cœlos, in quibus innumeros montes inuictur divinâ claritate fulgentes, divinâ laudibus resplendentes, sublimes in gloria, abundantes in gratia. Quam miser cum respicit terram, montes nihilominus quam plurimos de populo acquisitionis habentem, fide solidos, spe excelsos, charitate spatiofos, cultos virtutibus, bonorum operum fructibus refertos, de rore cœli, tanquam de satra sponsi quotidianam capientes benedictionem; quam etiam num benignissimus IESUS Dominus & Salvator noster copiosè infundere dignetur, ut liberati à pœnis malorum, ad bonorum consortium & felicitatem pervenire valeamus, & cum illis in perpetuum illud suavissimum & sanctissimum Trisagion *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth occinere possimus.**

Amen. Amen.





PARS III.

DE SUPREMO & SIMPLICISSIMO ENTE DEO.

PROOEMIUM.



Revibus dicam, quæ dici poterunt, vel debent viribus Philosophicis, non quòd Metaphysicam dedecet hæc tractare, sed quia citra fidem gloria, & Majestas DEI sufficienter cognosci nequit. Per DEUM autem intelligo Ens aliquod summum, infinitum, à se necessario, bonum, quo melius ex cogitari non potest, ut docet Aug. 1. Doct. Christ. 7. & D. Bernardus lib. 5. de Confid. Principium & finem rerum omnium, Governatorem & Rectorem universi &c. De quo sit

DISPUTATIO UNICA.

DE DEO TER SUMMO, TER OPTIMO & TER MAXIMO.

QUÆSTIO I.

An DEUM esse sit per se Notum?

I. *Explicatur propositio per se nota.*

Advertendum primò: Senfum quæstionis esse, num cuilibet homini, saltem rationi compoti cui proponitur illa propositio Deus est, Deus existit, sit vera & ita evidens, ut non indigeat ulla revelatione, vel discursu ad assentiendum evidenter illi, magis quàm hæc, homo est rationalis. Et hoc est quod voluit Doctor noster in primo dist. 2. q. 2. n. 2. dum ait, quòd propositio per se nota sit illa, quæ ex terminis propriis habet evidentem veritatem, quasi diceret, propositio per se nota est illa, quæ ex sola terminorum cognitione nota est evidenter cognosci à quolibet intellectu apprehendente terminos ejus, ut ejus sunt, ita quòd alio medio non indigeat.

II.

Advertendum secundò: Quæstionem moveri quo ad nos universalissimè, non verò quo ad Deum, nec quo ad Angelos, quibus quomodo notum est Deum existere supra visum est. His notatis

III. *Hæc propositio Deus est, sit vera, est verissima.*

Dico I. *Hæc propositio DEUS est, est verissima.*

Probatur, tum ex Psalmo 52. contra insipientem, qui in corde suo dixit, non est Deus.

Unde Augustinus supra eundem locum, in corde, inquit, hoc dixit, quia vix est, qui ram insipientem blasphemiam coram aliis audeat ore proferre; tum etiam ad Hebr. 11. Accedentem ad DEUM oportet credere quia est; ergò hæc propositio Deus est, est verissima.

Dico 2. *Hæc propositio Deus est, vel Deus existit realiter, conceptu istius termini, sicut nos concipimus, non est per se nota.* Est in re communis, licet in explicacione propositionis per se notæ aliqui altercentur.

Probatur tum Autoritate SS. PP. qui contra Atheos conantur probare existentiam Dei, quod inutiliter facerent, si esset propositio per se nota in sensu supra explicato, tum autoritate S. Augustini, qui in Enarr. Pl. 57. faceret multos esse, qui licet ore non dicant, in corde tamen dicant, & qui corde etiam non dicunt, idè solummodo faciunt, quia ore dicere non audent. En verba ipsius: *Difficile est, ut innoteramus in hominem, qui dicat in corde suo non est Deus, tamen sic pauci sunt, ut inter multos timendo hoc dicere, in corde suo dicant, quia ore dicere non audent: Dein addit rarum genus hominum est, qui dicant in corde suo, non est Deus. Si rarum genus hominum; ergò saltem aliquod est, qui in corde suo dicant, non est Deus, & consequenter non est propositio per se nota; Ex illo genere hominum fuit*

fuit ille insipiens, qui refertur Ps. 52. Multiq; antiqui Philosophi, inter quos maxime deliravit Diagoras de quo ait S. Augustinus lib. 3. Cant. litt. Petit. cap. 21. *Diagoram, qui esse Deum negavit, ut de illo videatur prædixisse Prophetas, dixit Stultus in corde suo non est Deus.* Imò idem Sanctus Doctor ait lib. 5. cap. 9. Ciceronem fuisse Atheum, eò quòd Deum assereret, & eum tamen futurorum præcium negaret, ait enim: *Qui enim non est præcium futurorum, non est usq; Deus.* Adde adhuc alium clarum textum ejus in Enarr. Ps. 31. ubi dicit: *Non desuit talis doctrina Philosophorum, non deservit, qui dicere non esse Deum, qui gubernat omnia & condidit omnia.*

V. Confirmatur Conclusio testimonii

tot clarissimorum & probatissimorum Historicorum, qui scribunt de populis America, quòd ante Lusitanorum Adventum plura Regna de Deo vivo & vero nec per simplicem apprehensionem cogitarent. Sed contra Conclusionem

VI. Opponitur Autoritas S. Augustini

Opponitur & explicatur D. August.

lib. 1. Doct. Christ. cap. 6. ubi dicit: *Omnes Latina Lingua scios, cum aures eorum sonu isse (Deus) tetigerit, movere ad cogitandum Excellentissimam quandam immortalisq; naturam, ergò. Respondeo Sanctum Patrem nihil velle contra Conclusionem, dicit enim notanter omnes latinae linguae scios statim cognoscere Deum, non verò omnes, quòd autem latini ad hanc prolationem statim Deum cognoscant, potest esse, quia de super fide instructi sunt. Deinde dicit hanc vocem ingerere sensui & intellectu statim aliquam summam & excellentissimam naturam, quòd verum esse potest, ex hoc tamen non licet inferre, quòd hæc propositio sit per se nota, potest enim hæc vox & natura concipi, & hæc instante apprehensione aliquis dubitare, imò negare, quòd hæc natura sit defectò.*

VII. Opponitur etiam Autoritas aliorum

Etiam alii Patres.

Patrum absolute afferentium Deum esse per se notum esse. Hieronymi in cap. 1. ad Gal. dicentis: *Per spicuum esse omnibus, à natura insitum esse Dei notitiam; & Damasceni lib. 1. de fide 1. Nemo est mortalium, cui non à Deo hoc naturaliter insitum sit, ut Deum esse perspicuum habeat. Unde Cicero lib. 2. de natura Deorum: Quid potest esse tam apertum, tamq; perspicuum, quam esse aliquod Numen, ergò. R. P. P. tantum velle cunctis hominibus insitum esse lumen naturale, quo possunt facile colligere, ut defectò colligunt multi, propter fidem aliquorum Doctorum suadentium hoc rationibus, quæ omnino superfluentes, si esset propositio per se nota: ergò. Sed*

Ratio Anselmi objecta solvitur.

Objicitur: Ratio S. Anselmi contra insipientem: Est per se notum illud existere, quo magis cogitari non potest, alias non esset, quo magis cogitari non posset, nam quocunq; non necessario existente magis cogitari potest existens, sed Deo magis cogitari non potest, ergò. Respondeo illud argumentum non plus probare, quam si quis diceret, prima causa à qua omnia sunt, existit, summum bonum includens omnem perfectionem possibilem sine imperfectione existit, alias non esset summum bonum,

sed istæ rationes per se non concludunt, quia ut inquit Doctor citatus, nulli subjecto complexò evidenter possumus cognoscere competere aliquod prædicatum actu, nisi sit evidens ipsum subjectum esse existens, seu possibile saltem, sed cum concipimus Deum sub ratione alicujus Entis, quo majus cogitari non potest, primæ causæ, incausati, summi boni &c. habemus conceptum complexum; ergò nisi sit per se notum subjectum talis complexi existere, non erit per se notum aliquod prædicatum ipsi convenire, sed non est per se notum dari Deum, licet possim ipsum concipere modis jam dictis, alias chymæra possit sic concipi ut existens. Respondeo ergò in forma, dist. maj. si esset per se notum, quòd esset possibile aut existens concedo maj. si verò non esset per se notum, nego majorem.

Dico 3. Potest aliquis in particulari etiam adultu ita ignorare Deum, ut nec semel toto tempore vite sue de ipso cogitet. Hæc est Pontii hæc q. 3. & aliorum apud ipsum.

VIII. Potest dari adultus ignorans plura Deum.

Probatur: Posset aliquis nasci in sylvis ab omni hominum consortio remotus, aut aliquis jam natus, seu baptizatus, seu non in eas deduci, ibiq; educari inter bestias (sicut de Romulo & Remo, Valentino & Urso legitur, quorum primi à lupa, secundi ab ursa educti fuere) per multos annos, & postea antequam vel verbum de Deo cogitaret, mori, ergò: antecedens est evidens, probatur consequentia, quia Deus non obligaretur in eo casu, licet baptizatus esset, ad eum instruendum, sicut nec tenetur parvulis in utero Matris morientibus de baptismo providere; Nec hoc esset contra bonitatem divinam, quia præsupponit actualem, vel originalem culpam, sicut nec est contra bonitatem ejus, quando parvulos sine remedio mori permittit; Deinde talis si baptizatus esset, siquæ nunquam actualiter peccasset, posset adhuc salvari.

Dico 4. Potest dari aliquod Regnum, seu communitas, quæ ignoraret Deum licet defectò non detur. Est etiam Pontii citati.

IX. Etiam ibi Regnum regnum.

Probatur prima pars: Potest dari aliqua communitas quæ nec litteris, nec investigationi rerum naturalium attenderet aliter, quam ut serviant ad præsentem usum, & etiam quæ ighoraret varias alias veritates scitu faciliores, quam sit cognitio ulla bene fundata Dei; ergò potest dari communitas ignorans Deum, consequens est evidens, quia probatio existentie Dei, qui discursus naturalis haberi potest, non est tam facilis ullo modo seclusa traditione & prædicatione, sine quibus suppono illam communitatem esse, ac est cognitio aliarum rerum naturalium, quas communitas illa ignorat, ut suppono, ergò. Secunda pars patet, quia verisimile est, quòd nullus sit mundi Angelus, ad quem cognitio Dei sufficiens non pervenisset juxta illud Ps. 18. *In unum terram &c.*

QUÆ

QUÆSTIO II.

Quibus modis probari potest dari Deum?

I.

Variant Auctores apud Smising, an Deus ratione naturali evidenter demonstrari possit, an solum rationibus non convincentibus suaderi? Et quidem à priori per causam incantatus demonstrari non potest, nec tamen hinc omnino indemonstrabilis, qui prior quaerentibus se ostendendo occurrit, dici debet, quare

II.

Potest probari dari Deum

DICO: Dari Deum evidentibus naturalibus rationibus demonstrari potest. Hæc credo in re quod vix sine temeritate negari potest.

Probatum ergo primò ex Apostolo Rom. v. 19. Quod notum est Dei (id est cognoscibile & apprensibile in Creaturis) manifestum est in illis, (id est ex lumine naturali, quod ipsis inest ex natura) Deus enim illis manifestavit: Invisibilia enim ipsius (speciales ac infinitæ perfectiones ipsius, quæ propterea immediate nec in se nec in effectibus videri possunt) à Creatura mundi (ab homine) per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur sempiterna quoque (id est nominatim) ejus virtus & divinitas, ita, ut sint inexcusabiles, scilicet non agnoscendo Deum. Adde Sapientia 13. I. versu & singulatim 5. Amagnitudine enim speciei & Creatura cognoscibiliter poterit Creator horum cognosci.

III.

Probatum ex Patribus.

Probatum secundò ex Sanctis nostris Doctoribus Augustino tract. 2. in Joannem ubi ait: Quidam Philosophi hujus mundi extiterunt & inquisierunt Creatorem per Creaturam, quia potest inveniri per Creaturam evidenter, dicente Apostolo: Invisibilia enim ejus à constitutione mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus & divinitas, ut sint inexcusabiles. Et lib. de spiritu & lit. cap. 12. Per visibilia namque Creatura pervenisse Philosophos dixit Apostolus ad intelligentiam invisibilium Creatoris. Quoniam revera, sicut magna ingenia quaerere persisterunt, sic invenire poterunt. Et lib. 2. lib. arbit. cap. 17. Omnis res mutabilis (inquit) etiam formaliter fit, necesse est. Sicut autem mutabile dicimus quod mutari potest, ita formabile quod formari potest appellaverim. Nulla autem res formare se ipsam potest: quia nulla res potest dare sibi, quod non habet: Et utique, ut habeat formam, formatur aliquid. Quapropter qualibet res, si quam habet formam, non potest à se accipere, quod non habet. Nulla ergo res, ut diximus, formare se potest. Bernardo Serm. 31. in Cant. ubi hæc habet: Interim verò tanta hæc formarum varietas, atque numeritas specierum in rebus conditis, quid nisi quidam sunt radii Dei atque, monstrantes quidem, quia vere sit à quo sunt, non tamen quid sit profusum dissimulantes? Itaque, de ipso vides, sed non ipsum. Cum autem de eo, quem non vides, cætera vides, scilicet indubitanter existere, quem oportet inquirere, ut inquirentem non fraudet gratia, negligentem ignorantia non excuset. Verum hoc genus videndi commune. In promptu enim est, juxta Apostolum, omni utente ratione, invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicere. Et Serm. 11. de diversis ait: Et est veluti communis quidam liber & catena alligatus (ut assolent) sensibilis mundus iste, ut in eo sapientiam Dei legat, quicumque

voluerit. Queramus igitur saltem per ea, quæ facta sunt, intellectum invisibilem Dei, quæ si in creatura Creaturis intellecta conspiciuntur anima, necesse est, ut longè amplius, conspiciatur, & intelligatur multo subtilius in Creatura, quæ facta est ad imaginem Creatoris, hæc est in se ipsa. Item lib. 5. de Confid. cap. 6. Deum dicit Principium, ex quo unumquemque capit, ipsum profectò minime capit, nam si capit & aliquid caperit, necesse est, à se enim capit nihil, nisi forte quia putaverit, quod non erat, dare sibi potuisse, ut esse inciperet.

Probatum Conclusio Ratione

primò: Ex tota collectione rerum, quæ inveniuntur in universo, vel datur aliquid quod simpliciter est Ens necessariò existens, vel non datur; si datur habeo intentum, quia illud erit Deus; quod sic probò: Quod simpliciter existit, ita quod non possit non existere absolute & simpliciter est infinitæ perfectionis, (major enim perfectio excogitari non potest, quam sic existere) sed quod est infinitæ perfectionis, dicitur à nobis Deus, ergò: si secundum, hoc est, si non datur aliquid necessariò existens; ergò tota hæc universi machina quoad omnia individua in ipsa contenta, debet esse talis nature, ut simpliciter possit non existere, sed hoc implicat, ergò: major est certa, quia quiddam non necessariò est, potest non esse simpliciter loquendo, probatur minor, si posset non existere (supponamus quòd non existeret) ac etiam quod non existat defectò; ergò non posset unquam existere nisi daretur aliquid aliud extra ipsam machinam, quod possit ipsam producere quoad omnia, vel saltem aliqua ejus individua (quia nihil potest se ipsum producere, aut aliud, nisi prius existat in se) ergò nec etiam defectò existit sine eo, quòd datur aliquid, quod est extra totam illam machinam, sed illud est Deus, ergò; prob. penult. hæc consequentia, quia illud requiritur ad existentiam universi defectò, quod requiritur ad existentiam ipsius, si non existeret, sed ad hoc requiritur aliquid, quod est diversum ab omnibus individuis ejus; ergò & ad illud, & consequenter datur aliquid, quod est diversum ab universa hæc mundi machina, ejusque omnibus individuis.

Probatum secundò: Lumine natura

re notum est dari aliquid productum, vel producibile; similiter notum, est quodlibet productum produci ab alio, vel à se, vel à nullo; si non autem à nullo, quia ex nihilo effectum nihil fit; non producitur etiam aliquid à se factum in prima sui productione, alias, ut dixi in Physica, idem in suo primo esse & productione esset prius & posterius se simul, & similiter in actu simul & in potentia, unde inferitur, quod quiddam producitur, producatur ab alio; De illo ergò alio quero, an sit à se, vel ab alio: si primum habeo intentum, quia Ens à se voco Deum; si secundum, iterum quero de illo alio eodem modo, & sic in infinitum, vel standum erit in aliquo, quod non habet esse ab alio alio quo priori; sed subsumo, non potest iri in infinitum in tali casu; ergò standum erit in aliqua causa prima improductibili; probatur subsumentum ex Philosopho 2. Meth. 2. In causis effectivis (subordinatis) non datur processum in infinitum, quia

quia in illis superior est semper perfectior inferiori in agendo, & consequenter si daretur processus in infinitum, superior in infinitum esset infinite perfectior inferiori causa, adeoque esset Deus. Adverte autem, quod causae essentialiter subordinatae dicantur illae, quae habent causalitates diversae rationis & ordinis cooperantes simul ad eundem effectum communem, ita tamen, ut inferior nullo modo agere possit non concurrente causa superiore, sic Deus, sol & homo concurrunt ad generandum hominem, causae vero accidentaliter subordinatae sunt illae, quae licet habeant causalitates ejusdem rationis, una tamen ex illis non necessario dependet ab alia, aut alterius concursum expectat sic Pater & filius sunt causae respectu nepotis. Probatum subsumptum secundum, absolute tam de causis essentialiter quam accidentaliter subordinatis, & accipio collectionem omnium causarum in causando simul & peto, utrum tota illa collectio, quod ad omnes & singulas partes sit dependens, vel an in illa sit aliqua Pars independentis, si secundum, habeo intentum, si primum; ergo dependet ab aliquo quod est extra illam collectionem, quia idem a se dependere non potest, sed illud est Deus, ergo.

habet ipse Deo & Beati, hoc enim minus confonam foret paulo dictis, cum vix sciamus an sit, sed potius de quidditate Dei, quatenus Scriptura, Patrum testimonis, & lumine naturae adumbratam habemus, ad quam cognitionem habendam de Deo, ejusque quidditate non parum conducit notitia secundae partis, unde eam prius hic examinabimus. Advertendum autem quod licet Thomista, ut dixi supra doceant existentiam creatam realiter distingui ab essentia rei creatae, quod tamen & ipsi, & alii omnes unanimiter Theologi fatentur existentiam Dei realiter identificari ejus Essentiae, unde solum restat, an non saltem formaliter distinguatur? ad quod

Dico I. Existentia Dei neg. realiter, neg. formaliter distinguitur ab Essentia, & consequenter proprie loquendo ipsa Essentia dici debet. Haec est S. Bonavent. 3. d. 1. a. 1. q. 3. Scoti 1. d. 2. q. 2. n. 4. D. Thomae, Alensis, &c.

II. Essentia & Existentia non disting.

Probatum primo ex Scriptura

Exodi 3. Interroganti Moysi quod esset nomen Dei, respondit: Ego sum qui sum: & infra: Haec dices filiis Israel, qui est, misit me ad vos: & cap. 4. Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac & Jacob in Deo omnipotente, & nomen meum adonai, in Hebraeo habetur teste Suarez יהוה, id est, qui est; ergo ex Scriptura habemus, quod nihil magis conveniat Deo, quam esse, seu existere.

Probatum secundo Authoritate SS.

P. P. Augustini 7. Trinit. cap. 1. ait: Quod est sapientiae sapere, quod est potentiae posse, & eternitatis eternitatis esse, & justitiae justum esse, hoc est Essentiae ipsum esse: & infra cap. 4. Ab eo quod est, verissime dicitur Essentia esse. Bernardi lib. 5. de Confid. cap. 6. ubi graphicè veritatem hanc offendit, dicens: Quis est? Non sanè occurrit melius, quam qui est, hoc ipse de se voluit responderi, hoc docuit, dicente Moysi ad populum, ipse quidem injurgente: Qui est, misit me ad vos. Merito quidem. Nil competentius eternitati, quae Deum est. Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quicquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, Est. Nempe hoc est ei esse, quod haec omnia esse. Si & centum talia addas, non recessisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti: Si non dixeris, nihil minuisisti. Si vidisti hoc tam singulare, tam summum esse, nonne in comparatione hujus quicquid hoc non est, judicas potius non esse, quam esse? Item Serm. 80. in Cant. ubi sic ait: Sola summa & increata Natura, quae est Trinitas Deus, hanc sibi vendicat meram singularemque, suae Essentiae simplicitatem, ut non aliud & aliud, non alibi quocumque, & alibi, sed ne modo quidem, & modo inveniat in ea. Nempe in semet manens quod habet est: & quod est, semper & uno modo est. In ea & multa in unum, & diversa in idem rediguntur, ut nec numerositate rerum sumat pluralitatem, nec alternationem de varietate sentiat. Loca omnia continet, & quaeque suis ordinat locis, nunquam contenta locorum. Tempora sub ea transeunt, non ei. Futura non expectat, praeterita non recogitat, praesentia non experitur.

III. Authoritas Patrum.

Probatum secundo Ratione:

Si esse, seu Existentia non esset prima ratio imaginabilis in Deo, seu si esset extra ejus Essentiam, deberet illi convenire per dependentiam ab extrinseco, vel per emanationem, sed Existentia non experitur.

IV. Ratione idem probatur.

E e e e e itentia

VI. Explicatur Causae subordinatae.

VII. Tertia ratio ex ultimo fuit.

VIII. Erit lamet cognitio inadeguata.

QUAESTIO III.

Quid sit Deus & an Existentia sit de ratione ejus formalis?

I. Non inquiratur de omni moda Dei essentia, qualem ipse novit se habere.

Non intendo hic inquirere de perfecta cognitione quidditatis Divinae, qualem F. Amandi Hiermann Metaphysica.

stantia non convenit Essentiæ Divinæ ab extrinseco, ut per se patet, quia non potest ostendi à quo extrinseco; nec etiam per emanationem, ergò est ipsa ejus Essentia, probatur min. quoad emanationem, quia ut aliquid emanet ab alio debet præsupponere illam rem esse in esse Existentiæ, sed impossibile est Existentiæ Divinæ præsupponere Essentiam in esse Existentiæ, aliàs non esset Existentiæ Essentiæ Divinæ; ergò non emanat ab Essentia, & consequenter erit formaliter ipsa Essentia. Probatur etiam major necessariò alicui rei, præsertim si est communicabile, & non ab extrinseco, aut per emanationem debet illi per se primò convenire, sed Existentiæ non convenit Deo per emanationem, aut ab extrinseco, ut jam vidim⁹; ergò per se primò.

V.
Argumentum in contrarium, ex infinitate.

Arguitur: Infinitas in DEO est prior Existentiæ, & tamen non est ratio formalis constitutiva Dei, sed modus intrinsecus, ergò nec Existentiæ: prob. ant. tum ex Doct. 1. d. 7. q. 1. tum etiam, quia Existentiæ à priori demonstratur de Deo per infinitatem; ergò infinitas est prior Existentiæ; probatur antecedens hoc discursu, Deus est Ens infinitum habens omnem perfectionem simpliciter simplicem, sed Existentiæ est perfectio simpliciter simplex; ergò Deus habet Existentiæ. Respondeo, negando antecedens, & ad probationem ex Doctore dico, illum non probare Existentiæ per infinitatem, sed solum loco citato probare Deum esse infinitum, & si ipse alibi dicat Existentiæ Dei probari per infinitatem, intelligendus est de demonstratione à posteriori, sicut est discursus in objectione factus, unde ad probat: alteram nego antecedens etiam, licet Deus est Ens infinitum, & tamen Ens primò, & per se existens per Essentiam, & sic si in minori discursu istius intelligatur, quòd Existentiæ sit perfectio simpliciter quasi secundaria in Deo, & non ipsa radix, à qua procedit omnis perfectio, propositio est absolute falsa, & sic nihil concludit discursus.

Sunt plures in Deo existentia.

Instatur: Si Existentiæ est de Conceptu quidditativo Essentiæ Divinæ, deberet etiam esse de Conceptu quidditativo Attributorum & Relationum, sed hoc est falsum, ergò: prob. min. quia sic essent tot Existentiæ in Deo, quot sunt Attributa & Relationes, quod est absurdum. R. negando minorem, cum prob. quia quælibet formalitas in Deo distinctè conceptibilis sine alia, habet suam Existentiæ peculiarem distinctam ab Existentiæ alterius eo modo, quo ipsæ formalitates inter se distinguuntur, non tamen dico simpliciter & absolute esse plures existentias, sed cum addito, nimirum formaliter distinctas loquendo de absolutis, vel quòd dentur tres existentia realiter distinctæ relative, loquendo de Relationibus Divinis.

VI.
Et in hoc conveniunt Attributa cum Essentiâ.

Dices: Si tot sunt Existentiæ in DEO, quot Attributa; ergò Essentia & Attributa conveniunt in ratione Existentiæ. Respondeo concedo totum, quia non est inconveniens, quòd Attributa tam inter se, quàm cum Essentiâ conveniant in ratione Existentiæ, prout hæc abstrahit ab Existentiæ quidditatis, & Existentiæ proprietatis, licet in hoc differant, quòd Existentiæ quidditatis sit prima radix & funda-

mentum non solum proprietatum & Attributorum, sed etiam existentiarum his propriarum.

Ex his quidem facile colligi potest, quid sit Deus, circa quod vari fuerunt Antiquorum errores, nam ut refert & recitat interrogator Cornelius à lapide in Isai. cap. 46. Quid est Deus? Est animal sempiternum & optimum, ait Aristoteles lib. 11. Metaph. Quid est Deus? Est mens incorporea, quæ per omnium rerum naturam diffusa, vitalem sensum cunctis animalibus tribuit, inquit Pythagoras apud Lactant. lib. de ira Dei. Quid est Deus? Est Mens Universi, Deus est, quidquid vides totum, & quidquid non vides totum, ait Socrates. Quid est Deus? Est mens infinita quæ per se ipsam movetur, ait Thales Milesius. Quid est Deus? Est ineffabile principium, & omnium rerum origo: cuius potentia mundum creatur est, cuius providentiâ conservatur, & a seipso gubernatur, ait Theophrastus. Quid est Deus? Est Ens immensum, incognitabile & inexplicabile. Quòd dicitur considero, quid sit Deus, eo magis mihi inquit Dei cognitio, & redduntur obscuris, ait Simonide, Hieroni Sculorum Tyranno post iteratas ab eo peritas ad cogitandum de Deo inducias, ut refert Cicero lib. 1. de natura Deorum. Melius tamen & sanctius ac copiosius simili interrogationis formulâ Deum descripsit mellissimus Doctor lib. 5. de Confid. cap. 7. ubi sic eam describit: Quid est Deus? Quo nihil melius cogitari potest? cap. 11. Quid est Deus? Quod ad universum spectat. Finis. Quod ad electionem, scilicet. Quod ad se, ipse novit. Quid est Deus? Voluntas omnipotens, benevolentissima Virtus, Lumen æternum, incommutabilis Ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, vivificans ad sentendum, afficiens ad appetendum, dilectans ad capiendum, iustificans ad promovendum, accendens zelum, succundans ad fructum, dirigens ad equitatem, formans ad benevolentiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, vivificans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad securitatem: & cap. 12. Quid est Deus? non minus poena perversorum, quam humilium gloria. Est enim rationalis quedam equitatis correctio inconvertibilis atq; indeclinabilis, quippe attingens ubique, cui illius omnis pravitæ conturbatur, necesse est. Ego verò non melius sed brevius

Dico 2. Bone describitur Deus, prout à nobis concipitur pro hoc statu, quòd sit Substantia singularis completa, intellectualis & spiritalis existens per Essentiam. Hæc in re est communis & definita de eodem. Hæc in cap. Firmiter, & cap. damnatum de Summa Trin. Prob. per partes: dicitur Substantia, tum quia id colligitur ex Scripturæ loquendi modo; tum ex definitione Ecclesiæ citata; tum etiam quia est primum principium omnium & causæ, ac Creator omnium substantiarum, ergò etiam in se est Substantia.

Dices: Non potest subistere accidentibus, ergò. Respondeo, negando conseq. quia licet etymologicè Substantia fortè dicta sit à subistere accidentibus, tamen hoc non ingreditur rationem ejus formalem, quæ consistit in perfectitate, seu in hoc quòd sit Ens ita per se existens, ut non indigeat substatione alterius.

Est etiam completa, aliàs non est set Substantia perfectissima, quod est falsum & con-

& contra SS. P. P. qui vocant eam supersubstantiam, id est substantiam in supremo gradu & excellentissimo.

Est etiam simplex, quia non composita; *singularis*, quia non est in plures Deos multiplicabilis. Quod sit *spiritualis*, probatur tum ex Scriptura Joan. 4. *Spiritus est Deus*, id est substantia spiritualis ut exponunt SS. P. P. tum ex cap. Firmiter, ubi habentur haec verba: *Profiteatur Ecclesia Deum esse omnino simplicem & indivisibilem, & non habere partes in substantia sua*, sed quod est tale, est spirituale, ergo: Tum denique, quia si esset corporeus & compositus ex partibus realiter distinctis, posset destrui per separationem istarum partium, sicut & quævis res alia corporea, ergo. Est etiam *intellectualis* & consequenter *vivens*, quod sic probo tum ex Script. Pl. 32. *Qui intelligit omnia opera eorum*, Daniels ult. *Domini Deum meum adoro, quia ipse est Deus vivens, iste autem &c.* Joan. 14. *Ego sum via, veritas & vita*: Tum etiam ratione, quia intelligere & velle est magna perfectio, ergo. Confirmatur Conclusio universaliter, nam definitio illa constat genere & differentia per ly *substantia* convenit cum aliis substantiis, & differt ab accidentibus, per ly *intellectualis* ab inanimatis, per ly *spiritualis* à materialibus, per ly *existens* à possibilibus & nihilo, per ly *existens* per Essentiam ab omnibus Entibus existentibus & possibilibus. Et tota hæc doctrina ex sequentibus clarior erit.

quantitatem finitam, sic in proposito infinitas perfectionis seu infinita magnitudo virtualis in Deo aptissime explicatur, quod sit illa, secundum quam Deo nil deest Entitatis & perfectionis eo modo, quo possibile est omnem entitatem & perfectionem haberi in aliquo uno, & ex hoc excedit omne aliud Ens finitum absq; omni mensura, sed quia Deus non continet omnem entitatem formaliter, aliàs esset sic materialiter lapis, lignum, &c. Adverte tertio, res dupliciter in Deo contineri *Formaliter*, scilicet & *Eminenter*, seu *Virtualiter*; *Formaliter* in Deo per veram identitatem realem continetur omnis perfectio simpliciter simplex, quæ perfectio describitur à Damasceno, quod sit illa, *quæ in uno quoq; est melior ipsa quam non ipsa*, seu quæ in suo conceptu formali nullam involvit imperfectionem, hujusmodi sunt unitas, bonitas, intellectus, voluntas, &c. similiter in Deo formaliter continentur omnes realitates, quæ ad infinitatem ipsius fecunditatemq; sequuntur, ut sunt proprietates relativae, seu naturales. *Virtualiter* verò, vel *eminenter* continentur in Deo reliqua entia creata actualia & possibilia, quia ratione suæ omnipotentiae, habet virtutem ea omnia producendi, adeoq; in ipso virtute continentur, & consequenter verum est omnem omnino entitatem veram & realem in Deo aliquo modo contineri. His prænotatis

In Deo omnia continentur formaliter, vel eminenter.

Dico: Deus est infinita perfectionis tam essentialis, quam attributalis. Hæc est de fide, & colligitur tum ex cap. Firmiter; tum ex Script. Pl. i 4. *Magnitudinis ejus non est finis.* Baruch. 3. *Magnus est & non habet finem*, idem docent omnes SS. P. P. signanter magnus Aurelius Augustinus lib. 7. Confess. cap. 20. ubi ait: *Certum erant infinitum te Deum esse, nec tamen per locos finitas infinitosq; dissundi, & vere te esse, qui semper idem esses ipse, ex nulla parte, nullog, motu aliter aut aliter, cetera, verò esse ex te omnia.* Et lib. 6. de Trin. cap. 8. ait: *In iis, quæ non mole magna sunt hoc est majus esse, quod perfectum.* Sed ut ait mellissimus Bernardus lib. 5. de Confid. cap. 7. *Quid est Deus? quo nihil melius cogitari potest, si approbas, non oportet assentiaris esse aliquid, quod Deus sit & Deus non sit, hoc enim sine dubio melius &c.* ergo Deus est infinitus. Hinc etiam idem Sanctus Doctor Serm. 80. in Cant. probat, Deum non esse Deum per divinitatem à se distinctam, sed quæ ipse est, alioquin sequeretur Deo aliquid majus esse, ait enim: *Divinitate, inquit, Deus est, sed divinitas non est Deus. Forsitan non dignatur Deus esse, quæ tanta est ut faciat Deum. Sed si Deus non est, quid est? Aut enim Deus est, aut aliquid quod non est Deus, aut nihil. Equidem non dicitur Deus esse, sed ne nihilum quidem (ut opinor) dabis, quam usq; adeo necessariam Deo esse fateris, ut non modo absq; ea Deus esse non possit, sed eâ sit. Quod si aliquid est, quod non est Deus: aut minor erit Deo, aut major, aut par. At quomodo minor, quæ Deus est? Restat ut aut majorem fatearis, aut parem. Sed si major, ipsa est summum bonum, non Deus. Si par, duo sunt summa bona, non unum. Quod utrumq; catholicus refugit sensus. Nec de hac re ullus qui admittit unum Deum dubitavit.*

II. Deus est infinita perfectionis.

QUÆSTIO IV.

De Infinitate Dei.

I.

Primus modus est infinitus.

Inter modos intrinsecos Divinae

Essentiae primum locum tenet infinitas, quia prius concipimus Deo convenire hanc infinitatem, quam ali quod aliud attributum, sive negativum, sive positivum, & cum ex dictis constet Deum non componi ex partibus realiter distinctis, quia Ens est spirituale, certum est, quod non sit infinitus infinitate extensiva molis, aut intensiva requirentes plures realiter distinctos gradus, sicut esset calor infinitus, verbi gratia si daretur, unde hic non est de hujusmodi infinitate quaestio, sed de infinitate virtutis ac perfectionis intensivæ & indivisibilis, pro quo adverte quod Theologi in Deo communiter assignant duplicem infinitatem, una dicitur radicalis & essentialis, & est illa quæ competit Deo ratione Essentiae tantæ, ut non possit nec esse, nec cogitari ulla quidditas majoris perfectionis, quam illa sit, quod non esset verum, si esset finita, nam qualibet finita perfectione potest cogitari major absque imperfectione & contradictione; Altera dicitur attributalis, quæ convenit perfectionibus attributalibus Dei. Adverte secundò, quod Doctor 2. quodl. q. 5. a. 1. explicat infinitatem radicalem seu formalem Dei per analogiam ad infinitam quantitatem molis, nam sicut infinitum quantitativum, si daretur, esset illud, cui nihil quantitatis deesset, sed quod includeret omnem quantitatem imaginabilem possibilem continuari in aliquo uno, ac si excederet in omni mensura omnem aliam

Duplex infinitas, una essentialis altera attributalis.

F. Amadis Hermann Metaphysica.

Probatur Ratione: Quicquid habet

à se necessario existere habet infinitam existentiam, quæ scilicet perfectior cogitari non potest.

III. Ratione probatur.

potest; ergo habet etiam infinitam Essentiam; probatur consequentia: Existentia Dei non distinguitur ab ipsius Essentia, ergo si &c. Confirmatur, quidquid potest ex se determinare quamlibet causam ad quemcunque effectum ex infinitis quos producere potest, est causa infinita, sed Deus est huiusmodi, ergo.

IV.
Argumentum in contrarium.

Arguitur: Si esset unum contrarium in rerum natura actu infinitum, verbi gratia, calor nullum sibi contrarium pateretur in rerum natura, & hoc sive formaliter, sive virtualiter contrariaretur illi; ergo si esset bonum aliquod actu infinitum, nil mali esset in universo: consequentia patet à paritate; antecedens ergo probatur, si Sol esset formaliter & virtualiter calidus, nihil relinqueret frigidi in universo, ergo. R. dist. ant. si tale agens ageret ex necessitate nature, concedo ant. si tantum voluntarie & liberè, nego antecedens. Similiter dist. conseq. Itaq; licet Deus sit bonum infinitum & infinitæ virtutis, adeoq; contrarium virtualiter omni malo, tamen quia liberè agit patitur etiam in universo aliqua mala.

V.
Infinitas nihil addit positivum.

Quæres 1. An infinitas Essentialis Dei sit de essentia ipsius, & attributalis de essentia attributorum, seu quod idem est, an infinitas essentialis superaddat aliquid positivum Essentia Divina? R. cum Pontio hic n. 8. quod nihil positivum dicat distinctum ab essentia & ratio est, quia ad nihil serviret huiusmodi entitas positiva, partim cum nihil impediat, quò minus ipsamet Essentia Divina sit re ipsa formaliter infinita.

VI.

Dixi positivum, quia non nego infinitatem addere negationem superioris, verbi gratia, aut alterius entis perfectioris ipsa supra essentiam. Unde dico infinitatem nature Divina, ut dicit positivum, ad quod sequitur negatio illa, quæ importatur, per infinitatem esse rationem particularem Essentia Divina, ut est principium istius negationis & consequenter, quia illa ratio est de Essentia Dei, infinitas secundum omne positivum, quod dicit, est de ipsius Essentia: Quia verò illa particularis ratio Essentia Divina non concipitur per modum infinitatis formaliter, nisi ut concipitur esse entitas exigens, aut habens illam negationem, propterea ipsamet, ut est principium talis negationis, potest vocari modus intrinsecus sui ipsius, ut est absolute conceptibilis sine illa negatione, & quod dico de infinitate essentia, idem dico de infinitate, proportionem servatà, attributorum.

VII.
Conceptus infinitatis est perfectissimus.

Quæres 2. An perfectissimus conceptus, quem de Deo pro hoc statu habere possumus, sit conceptus Entis infiniti? Respondeo cum D. I. d. 3. n. 7. affirmative: Quia quocumq; alio modo concipimus Deum, nisi concipiat ut infinitus, adhuc dubitare possumus, an esset adhuc aliquid perfectius ipso; ergo nullus alius conceptus est tam perfectus.

VIII.
Est simplicissimus.

Quæres 3. An ille conceptus sit simplicissimus, quem habemus de Deo? Respondeo cum Doct. supra affirmative, quia nil involvit positivum distinctum à conceptu entitatis Essentia Divina, quæ est infinita, sed solum dicit

illam ipsam Essentia entitatem, prout dicit negationem jam dictam.

QUÆSTIO V.

De Simplicitate Dei.

Per simpliciter intelligo id, à

quo Deus formaliter habet negationem compositionis, sive illud sit ipsamet negatio, ut putant RR. sive aliquod positivum, ad quod sequitur talis negatio, ut cum Doctore opinantur Scotista simpliciter Dei esse modum intrinsecum, fundantes se in hoc evidenti discrimine Scoti: Omnis negatio repugnantia (id est quæ necessariò rei competit) præsupponit aliquod positivum ad quod sequitur, aliàs quæro cur necessariò illi rei conveniat & non alteri, sed talis est negatio compositionis in Deo, ergo. Et si quæretur, an illud positivum sit formaliter distincta ab ipsa natura Divina? Respondent negative, quia frustra poneretur ulla alia formalitas distincta ab ipsa Essentia ad fundandam illam negationem, ergo. Confirmatur, natura composita habet esse talis sine ulla formalitate superaddita, ergo & simplex. Et si iterum quæras, quomodo simpliciter possit dici modus intrinsecus Essentia Divina, si non sit formaliter positiva distincta ab ipsa? Respondent quòd dicatur modus intrinsecus, quatenus dicit negationem formaliter, quæ sequitur ex intrinseca ratione Essentia Divina, aut etiam quatenus ipsamet particularis ratio Essentia Divina, cum sit talis nature, ut exgat talem negationem, possit vocari modus ipsiusmet essentia modo prædicto quæstione præcedente, quia est conditio, aut modus Essentia Divina, quòd necessariò habeat talem negationem annexam. Sed quia hæc res est magis curiosa, quam utilis, pro resolutione Quæstionis Adverte, quòd licet dantur plures compositiones, ut est compositio Physica tam essentialis, quam integralis & accidentalis, & Metaphysica ex diversis formalitatibus, quarum una habet rationem actus, altera potentia, ita etiam dantur plures simplicitates opposita illis compositionibus, nam quòd Physicè non componitur dicitur Physicè simplex, quamvis habeat Metaphysicam compositionem, & quòd Metaphysicè non componitur erit Metaphysicè simplex, quo notato

Dico: Deus est summe simplex, id est, carens omni compositione involveme imperfectionem. Est de fide definita in Conc. Lateran. sub Innocentio III. cap. Firmiter, ubi dicitur tres Personas Divinas esse unam Essentiam, substantiam, seu Naturam omnino simplicem.

Probatur primò Authoritate Sanctorum Patrum, Augustini lib. 3. Confess. cap. 6. Deo simpliciter quidquam non reperitur; & lib. 11. Civit. cap. 10. Iam Deum simplex dicitur, quoniam quod habet, hoc est, excepto, quòd relative quæq; persona ad alteram dicitur: Propter hoc itaq; natura dicitur simplex, cui non sit aliquid habere, quod vel possit amittere, vel aliud sit habere, aliud quod habet. Secundum hoc ergo illa dicuntur simplicia, quæ principaliter, vereq; Divina sunt, quòd non aliud est in eis qualitas, aliud substantia, nec aliorum participatione vel Divina, vel sapientia

IV.
D. Bernardus
de simplicitate
Dei probata.

sapientia, vel beata sunt. Sanctissimus & Lactantius Bernardus per totum lib. 5. de consideratione & serm. 80. in Cant. nihil magis inculcat, quam summam ejus simplicitatem, & quia dignum est & justum tanti Viri zelum in defendenda simplicitate emulari, hinc textum ejus & doctrinam paulo fusius citare & adducere volui, itaque cap. 7. cit. lib. Conf. sic disputat: *Mihi vero non deest, quod cogitem melius ejusmodi Deo tuo. Quæris quid? Mera simplicitas. Verò iudicio, natura simplex multiplici antefertur. Scio, quod ad hæc respondere solent. Non multa inquirunt, sed unam tantum divinitatem, quæ omnia illa sunt, Deus ut sic conferre asserimus. Asseritur ergo est non multiplicem, duplicem Deum, & non ad meum simplex perventum, neq. ad id, quo melius cogitari non potest. Tam non est simplex, quod vel uni fuerit obnoxium formæ, quam nec virgo, vel uni cognita virgo. Securum loquor, ne ut quidem, qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorem. Ego, quod hunc numero & multiplici anteponeam, sed planè pro simplici spero. Meus Deus ipse Catholicè est. Tam non habet hoc est illud, quam non hæc & illa, est qui est, & non quæ est. Purum, simplex, integer, perfectum, constans sibi, nihil de temporibus, nihil de locis, nihil de rebus trahens in se, nihil ex se deponens in eis, non habens quod ad numerum dividat, non quæ colligat ad unum. Unum quippe est, sed non unitum. Non partibus constat, ut corpus; Non affectibus distat, ut anima; Non formis subsistat, ut omne quod factum est; Sed neq. forma, ut istius visum est. Et post paululum: Non est compositus Deus, merum simplex est. Et ut liquido noveris, quid simplex dicam, idem quod unum. Tam simplex Deus, quam unum est. Est autem unum, & quomodo aliud nihil, si dici possit, misistimus est. Unus est sol, quod non sit alter: Una luna, quod æquè altera non sit. Atq. id quidem Deus, sed plus, quid plus? Unus est etiam sibi. Et hoc vult tibi declarari? Idem est semper, & uno modo. Non sic unum sol, non sic una luna, clamat ut ergo, non esse seipsum sibi. Ille motibus, illa & defectibus suis. Deus autem non modo unum sibi, & in se unum est. Nihil in se, nisi se habet. Non ex tempore alterationem habet, non in substantia alteritatem. Hinc de Eo Boetius. Hoc vere unum, in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud præter id, quod est. Neq. enim subiectum fieri potest, forma enim est. Comparat hanc uni omne quod unum dici potest, & unum non erit. Et quia unitas simplicitatis ratio est, omnibus illis locis confirmari potest, ubi Sanctus Patriarcha meram unitatem tribuit, qui plura loca petit, quærit, & inveniet copiosissimè.*

V. Probatur secundo: Omnis perfectio Deo tribuenda est, nisi contrarium ex aliquo capite constet, sed esse omnino simplicem est magna perfectio, ergo: Major est evidens, aliàs Deus non esset omnimodè perfectus; probatur minor, autoritate S. S. P. P. August. lib. 11. de quantitate animæ dicentis, *Præponendum est, quod omnino dividi non potest, & omni compositione caret, & Anselmi 17. Monologii, omne inquit, simplex, quæ simplex, perfectum est composito, ergo.*

VI. Probatur tertio: Discutendo per omnia genera compositionum, & primò quòd non componatur ex partibus Phisicis sive essentialibus, sive integralibus, aut accidentalibus;

quia si includeret omnes partes realiter distinctas, una posset separari ab altera, & sic posset non esse Deus. Deinde partes illas necessariò dependenter ab aliqua causa illas conjungente, seu uniente, & sic non esset causa prima, & consequenter nec Deus, ergo. Quòd verò non componatur ex essentia & existentia illi non necessariò conveniente, aut ex natura singulari & subsistentia, quæ esset complementum, sine quo talis natura esset imperfecta, patet, quia Deus necessariò existit, & natura ipsius est infinite perfecta realiter in omni genere perfectionis competitibilis ipsi, & sic nullo modo dependet ab aliqua causa extrinseca, sed quod sic non dependet, non componitur compositione dicente imperfectionem, ergo.

QUÆSTIO VI.

De immutabilitate Dei.

Quod dixi de simplicitate DEI quantum ad hoc, quòd sit aliquid absolutum, ad quod sequitur negatio compositionis, sic in proposito dico immutabilitatem DEI esse aliquid absolutum, ad quod sequitur negatio mutabilitatis. Esse enim immutabile simpliciter aliud non est, quam esse ex natura sua incapax omni omnino mutationis realis, & sic sub hoc generali attributo immutabilitatis, quod omnia in universum genera mutationum à Deo removel, comprehenduntur omnes speciales mutationes sub illa contentæ, ut esse impassibilem, inalterabilem, incorruptibilem, ac denique habere totum suum esse inamissibile, & in hac stricta acceptione sic describi potest aliquid immutabile, esse id, quod non potest de novo acquirere, vel perdere aliquid esse reale, seu totale, seu partiale, substantiale, seu accidentale, absolutum, seu respectivum. Hoc præmissis

Dico I. Deus est immutabilis subjective, respectivè ad quascunq. formas reales. Hæc est de fide definita in Lateran. cap. Firmiter, ubi expressè habetur, quòd Deus sit immutabilis, & colligitur ex Script. Malach. 3. Ego sum Deus, & non mutator. Num. 23. Non est Deus quasi homo, ut mutetur, nec ut sicut homo, ut mutetur, Jacobi 1. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obambratio. Proverb. 19. Multæ cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini in æternum manet.

Probatur Conclusio etiam autoritate S. Augustini serm. 17. diversorum cap. 3. ubi ait: *Qui est, qui misit me ad vos. Quid est hoc? o Deus, o Domine noster qui vocaris? Est, vocor, dixit; Quid est; est vocor: Quia manes in æternum, quia mutari non possum. Ea enim quæ mutantur non sunt, quia non permanent. Quod enim est, manet. Quod autem mutatur, fuit aliquid, & aliquid erit; & tamen est, quia mutabile est. Ergo incommutabilitas DEI isto vocabulo se dignata est intimare, Ego sum qui sum. Et conc. 2. Pfall. 101. Ego sum. Qui? Qui sum. Hoc est nomen tuum, hoc est totum, quod vocaris. Non esset tibi nomen ipsum esse, nisi quidquid est aliud tibi comparatum, inveniretur non esse verè. Ad illud tam magnum Est, hoc*

I.
Quod dictum est de simplicitate dico etiam de immutabilitate.

II.
Deus est immutabilis ad formas.

III.
Autoritates Patrum adferuntur.

est quidquid est. *Quis apprehendat illud esse? Quis ejus particeps fiat? Quis ambelet? Quis aspiret? Quis ibi se esse posse presumat? Quomodo à carne & sanguine potest intelligi, ego sum qui sum? Imò lib. de morib. Manich. cap. II. docet id esse naturaliter demonstrabile, dicit namque, docet ratio, nec sane recondita, sed in promptu sita, & exposita omnium intellectui, sed invicta, & ed invictior quod eam nemo ignorare permittitur, Deum esse incorruptibilem, incommutabilem, inviolabilem, in quem nulla indigentia, nulla imbecillitas, nulla miseria cadere potest. Divi Bernardi serm. 81. in Cant. ubi sic de Dei immortalitate discurre: Nam in tantum superexcellit immortalitas Deitatis, ut Apostolus dicat Deo: Qui solus habet immortalitatem. Quod ego reor pro eo dictum, quòd solus sit naturam incommutabilem Deus, qui ait: Ego Dominus & non mutator. Vera namque, & integra immortalitas tam non recipit mutationem, quam nec finem, quòd omnis mutatio quaedam mortis imitatio sit: Omne etenim quòd mutatur, dum de uno ad aliud transit: Esse, quòd modo necesse est moriatur quòd est, ubi esse incipiat quòd non est. Quòd si tot mortes quot mutationes, ubi immortalitas? Et huic vanitati subjecta est ipsa creatura non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. At tamen immortalis anima est: quoniam cum ipsa sibi vita sit, sicut non est quo cadat à se, sic non est quo cadat à vita. Verum cum conflet suis affectibus mutari eam, agnoscat ita se Deo in immortalitate similem, ut sciat sibi deesse non modicam immortalitatis partem, soli cedens, absolutam perfectamque immortalitatem, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

IV.

Ratio probans immutabilitatem veram.

Probatur Conclusio secundò

Ratione Metaphysicà desumpta ex Doctore: ex summa simplicitate, infinitate, necessitate essendi, &c. sic, si Deus est ens necesse esse, non potest transire ab esse ad non esse, & e contra, si immensus, ad locum mutari non potest, si denique summè simplex & infinitus, nullam potest accipere aut perdere formam, sed non potest mutari nisi aliquo ex his modis, ergò est immutabilis.

Confirmatur, quòd mutatur ideo

mutatur, ut acquirat aliquam perfectionem si mutatio perfectiva sit, vel si amissiva perfectionis est, ideo contingit, quia non est cum summa perfectione, sed enti simpliciter infinitæ perfectionis repugnat amittere perfectionem, aut acquirere, ergò.

V.

Non tamen ad denominationes.

Dico 2. Deus non est immutabilis ad denominationes sic, quin plures possit habere quas antea non habuit, & perdere quas habuit. Hæc est Pontii & in re communis. Probatur, Deus aliquando dat gratiam & aliquando non, sæpius concurrat ad aliquem effectum, ad quem antea non concurrat, conservat hominem dum vivit, non conservat post mortem, sed hæc sunt denominationes, &c. ergò.

VI.

Dices: Talis mutabilitas arguit imperfectionem in Deo. Contra per talem mutabilitatem colligimus, quòd habeat virtutem productivam creaturarum & providentiam, quæ eas dirigat in suos fines, ergò arguunt potius perfectionem quam imperfectionem. Sed contra I. conclusionem sic

Arguitur: Deus in agendo ad extra est

liberrimus tam quòd ad exercitium, quam quòd ad specificationem, sed hæc libertas consistit in posse elicere, vel non elicere actum volendi, aut nolendi circa quocumque objectum ad extra, ergò potest Deus tales actus recipere, & eis carere, & consequenter erit capax mutationis ad formam absolutam, & ejus privationem. Hæc difficultate prellus Cajet. I. p. q. 19. a. 2. 3. ingenue fatetur voluntatem divinam potuisse ab æterno carere aliquo actu absoluto libero, quem defectò habet: Hæc quidem evasio in re difficili est directè incidere in Scyllam cupienti vitare Charybdim, ut videre est apud Smising tract. 2. Disp. 3. n. 17. & Suarez disp. 30. Metaph. Sect. 9. & alios omnes Receptorum qui gravissimè censurant Cajetanum in hoc puncto, & merito, nam illa perfectio voluntaria quæ ab æterno potuit deesse voluntati divinæ, ut vult Cajet. vel est aliquid distinctum realiter à voluntate divina, ejusque actus necessario ad intrà, vel est realiter idem voluntati, & sola ratione ab ea distinctum; primum salvis fide dici non potest, quia in divinis nulla datur distinctio realis nisi inter personas: secundum dicitur, ergò tam inseparabilis est illa perfectio voluntaria à divina voluntate, quam inseparabilis est ipse actus necessarius ad intrà, & consequenter nulla est evasio vel necessaria, vel voluntaria in Deo, quæ per ullam potentiam sibi unquam deesse potuit in ullo sensu, & sic inutilis est evasio Cajetani. Casp. Aureolus, &c. aliter & aliter respondent, optimè tamen omnium nodum difficultatis solvit Doctor I. d. 39. q. un. n. 21. §. juxta prædicta, in hunc modum: *Voluntas divina non est in se differens ad diversos actus volendi, quia hoc in mea voluntate non erat sine imperfectione. Et paulò post: Remanes ergò libertas illa, quæ est perfectiva & sine imperfectione, ad opposita objecta scilicet, ita quòd sic ut voluntas nostra potest diversos voluntati tendere in diversa volubilia, ita illa, scilicet divina, voluntas potest unica simplicissima voluntate illimitata tendere in quocumque volubilia. Quòd postquam probavit ac declaravit, subiungit: Ita igitur libertas ponitur in voluntate divina per se primo, & in quantum est postea operativa, licet ipsa non sit productiva, nec receptiva voluntati sui. & tamen potest in ea salvari aliqua voluntas etiam in quantum productiva est, licet enim productio in se existente non necessariò comitatur operationem ejus, quæ operatio est in æternitate, & productio esse existente est in tempore, tamen operationem ejus necessariò comitatur in esse volito. Et infra n. 22. *Voluntas divina in quantum ipsa est sub voluntate est prior voluntati tali, id est libera, & ita tendit in illud objectum contingenter quòd in eodem instanti potest tendere in oppositum objectum. Est itaque secundum Doctorem & veritatem unicus tantum in voluntate divina, & simplicissimus actus improdudus secundum suum esse absolutum necessariò & inseparabiliter inexistens (cum hoc tamen voluntarius & liber libertate essentiali) quòd propter sui imitationem ab æterno Deus sese amat & vult, & simul vult omne aliud volubile, cum hac tamen differentia, quòd ad Deum & ad alia ad intrà summè necessariò, ad res vero quòd extrà ita libere tendit & terminatur, ut potest**

tuerit non terminari, vel ad oppositum terminari. Libertas ergo DEI ad extrâ consistit in libera tendentia istius unici & simplicissimi actûs suæ voluntatis in opposita objecta, quæ libera tendentia ac terminatio, cum nihil intrinsecum addat voluntati divinæ, aut ejus actui, hinc per hoc, quod potuerit ab aeterno ipsi adesse, vel abesse, non arguit in Deo ullam mutabilitatem Physicam vel subjectivam. Unde in forma ad argumentum, concedo majorem, in sensu jam explicato, & negando minorem, quia libertas Dei ad extrâ consistit in eo, quod potuerit ab aeterno actus ille divinæ voluntatis in se unicus & summè necessarius liberè terminari, vel non terminari ad objecta creata, unde nego consequens, quæ non sequitur, quia tantum inferri potest, quod Deus potuerit non habere aliquam terminationem & tendentiam quam defecto habet, sed nil contra nos.

QUÆSTIO VII.

De Aternitate Dei.

I.

Aternum diversimodè accipitur.

Adverte diversimodè aliquid dici a-

ternum, primò accipiendo ly aternum pro eo quod longo spatio durat, estò initium & finem habeat, sic accipitur Gen. 17. Dabo tibi & semini tuo omnem terram Chanaan in possessionem aternam, id est longo tempore possidendam. Secundò pro antiquitate sic Gen. 49. Messias vocatur desiderium collum aternorum, id est antiquorum Patrum. Tertio pro eo, quod habet initium, sed caret fine, quo sensu beatitudo dicitur vita aterna. Quarto potest accipi pro eo, quod caret principio & fine secundum durationem, non tantum secundum dependentiam, quo sensu si Angelus esset ab aeterno productus, & conservaretur in aeternum, esset aternus. Quintò denique accipitur ly aternum pro eo, quod nec actû, nec aptitudine habet principium, aut finem, seu quod à se ipso habet esse absque principio, & sine fine dependentia ab ullo alio, & in hac acceptione nobis hic de aternitate est sermo, Boëtius lib. 5. de consol. prof. 6. sic eam describit, quòd sit interminabilis vita tota simul & perfecta possessio, à qua non multum differt hæc Anselmi c. 24. Monol. dicentis: Aternitas est interminabilis vita tota simul & perfecte existens possessio. Quam descriptionem cum Doct. quodl. 6. art. 1. n. 15. explicant Theologi communiter sic: Per ly interminabilis intelligitur negatio inceptions & desitionis, in quo distinguitur ab ævo, quod est duratio permanentium: Dicitur vita, quia talis interminabilitas soli substantiæ viventi competit. Dicitur tota simul, ad significandum quòd non debeat esse possessio vitæ cum successione acquirendo nimirum partem post partem, in quo distinguitur à tempore quod est duratio successivorum; additur perfecta possessio, ut excludatur quæcunque dependentia ab extrinsecò proveniens, ubi possessio etiam rationem generis habet, quia in hoc convenit aternitas cum duratione creata; & licet hæc definitio bona sit clariùs conatur aternitatem explicare per aliam Pontius disp. 3. q. 4. scilicet quòd sit perfectio illa, à qua habet res aliqua sine dependentia

Descriptio Boethii.

ab alio, necessariò existere absq. principio & fine, secundum totam suam entitatem, hoc notatò

DICO: Deus est aternus. Est de fide in sæpè cit. cap. Firmiter, & colligitur ex Script. Psal. 89. A sæculo & usq. in sæculum tu es Deus, & 101. Tu autem idem ipse es, & anni tui non desicient. Ecles. 18. Qui vivit in aeternum creavit omnia simul. Probatür id ipsum Sanctorum Patrum Autoritate, S. Augustini lib. de natura boni cap. 1. Summum bonum, quo superius non est, Deus est, ac per hoc incommutabile bonum est, & ideo verè aternum. Et in 83. qq. 19. Quod incommutabile est, aternum est: Semper enim ejusmodi est. Quod autem commutabile est, tempori obnoxium est: Non enim semper ejusmodi est, & ideo aternum non rectè dicitur: quod enim mutatur, non manet, quod non manet, non est aternum. Aternum cum propriè dicitur neq. quidquam præteritum quasi transferri, neq. quidquam futurum, quasi nondum sit, sed quidquid est, tantummodo est. Bernardi serm. 31. in Cant. ubi de Dei aternitate & incommutabilitate sic loquitur: Tolle nempesuit & erit, unde jam transmutatio aut vicissitudinis obumbratio? At quicquid veniens ex eo quod fuit, non cessat tendere in id quod erit, transitum sane habet per est, sed omnino non est. Nam quomodo est, quod nunquam in eodem statu permanet? Solum proinde verè est, quod nec à fuit præciditur, nec ab erit expungitur: Sed solum atq. inexpugnabile remanet eo est, & manet, quod est. Nec fuit sane, tollit illi esse ab aeterno, nec erit esse in aeternum: Ac per hoc sibi vendicat verum esse, id est increabile, interminabile, invariabile. Et serm. 111. de diversis, perseverantiam ponit aternitatis Dei testimonium, ait enim: Imago siquidem aternitatis divinæ, perseverantia est conversationis nostræ, ut quomodo ipse est, ita & nos sumus in hoc sæculo, incommutabilitatem illam pro modulo possibilitatù nostræ imitantes.

III. Deus est aternus.

Ratio Metaphysica sumitur ex aliis attributis Dei negativis, nam quod necessariò est à nullo in suo esse dependens, ortum & interitum sui nec habet, nec habere potest, consequenter est aternum, sed Deus est talis, ergò. Ex hac Dei perfectione sequitur, quòd Deus debeat esse coexistens omni tempori, quod tamen sic non est intelligendum, quasi coexistere præterito, dum est præteritum, aut futuro, dum est futurum, quia hæc tempora ut talia non existunt realiter & consequenter Deus illis realiter coexistere nequit, sed in hoc sensu, quod nullum sit tempus præteritum, præsens, aut futurum, cui Deus non necessariò coexistere, coexistat, aut coexistet.

Ratione præbatur aternitas.

Dices: Hoc esse contra SS. PP. qui in variis locis dicunt respectivè ad aternitatem nihil esse præteritum, aut futurum, sed omnia esse præsentia Deo, sic loquitur Augustinus 5. de Trinit. 16. Apud Deum, inquit, nec præterita transferunt, & futura jam facta sunt, & cap. 12. Apud Deum præterita & futura sunt, ergò. Respondeo S. Augustinum aliosque Patres tantum velle, quòd Deus ratione suæ infinitæ scientiæ habeat omnia futura & præterita sibi objectivè præsentia, cognoscendo nimirum tam perfectè, quæ facta sunt & quæ futura, ac si omnia essent realiter existentia, & hoc modo S. Augustinus se ipsum explicat 5. de Trinitate

III. Quomodo ad aternitatem nihil est præteritum, sed omnia sunt præsentia.

tate

tate 16. 17. ubi dum dicit, præterita apud Deum non præteritæ nec futura expectari subdit: *Sed omnia præsentia cogitantur*, per hoc significans se locutum de non præteritione & futuritione objectiva tantum, non de reali & entitativa.

QUÆSTIO VIII.

De Immensitate Dei.

Quamvis immensum ex primaria sui in-

I.
Immensum ex primaria sui institutione quid significat.

stitutione idem sit, ac aliquid non habens mensuram seu limitem, quo sensu convenit eum infinitatē, & Deus dicitur habere immensam bonitatem, sapientiam, &c. tamen, prout hic de ea agitur tanquam de attributo, seu modo intrinseco aliquid distincto ab aliis attributis Dei, describi potest; quod immensitas sit perfectio illa Dei, secundum quam habet, esse seu natus est esse præsens necessariò quoad suam substantiam omnibus rebus, seu secundum quam convenit Deo esse ubique. Ubi adverte differentiam immensitatis Dei & ubiunitatis in hoc consistere, quod ubiunitas sit præsentia quam Deus necessariò habet ad res omnes actualiter existentes, Immensitas verò est aptitudinalis præsentia secundum quam natus est Deus esse præsens intimè, & sic se habet respectu ubiunitatis tanquam actus primus respectu actus secundi, & in utroque sensu queritur an Deus sit ubique, seu immensus. Judæorum Rabbi, teste Hieron. in illud Isaia 66. *Cælum sedes mea*, credebant Deum residere in solo templo Hierosolymitano; Antromophitæ heretici, qui Deum corporeum putabant, illum determinato circumscripto loco detinebant; Manichæi suo bono Deo lucem, malo tenebras pro residentia deputabant: Author libri ad Alexandrum M. de mundo, quem propterea aliqui Aristotelis esse negant, Deum in solo Cælo residere docet, quem errorem secutus est Augustinus Eugubinus vir alioquin Doctus, & Catholicissimus, nam in Psal. 138. *Si ascendero in Cælum, &c. ait Deum, quoad solam substantiam in solo esse Cælo, licet quoad potentiam sit in rebus omnibus, fundans se in ratione illa Manichæorum, si nimirum ubique quo ad substantiam esset, contaminaretur à vilissimis hisce rebus sublunaribus, sed erravit.* Unde

II.
Deus est immensus.

Dico, Deum esse immensum. Ità cap. firmiter, his verbis: *Firmiter credimus, quod unus solus est verus Deus æternus, immensus, &c.* Et habetur passim in Scriptura Baruch 3. *Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus, Jerem. 23. Cælum & terram ego impleo. Sap. 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Psal. 138. Si ascendero in Cælum, &c.*

III.

Dices: Ex his locis quidem haberi, quod Deus sit ubique sed non quod sit ubique necessariò. Contra si non esset necessariò ubique, frustra esset ubique, sed est secundum Scripturam ubique, & non frustra, ergò necessariò.

IV.
Authoritates Patrum.

Probatur Conclusio secundo
Ex communi consensu S. S. P. P. quos citat Smiling hic disp. 5. n. 14. mihi verò sufficiat S.

Augustini Authoritas, qui in Psalmum 138 sic ait: *Qui potest fugere in mundo ab illo spiritu, quo plenus est mundus? quis est locus receptus spirituum Dei? Veritè se huc atque illuc quasi quærens locum fugæ suæ. Tandem cognovisti male fugiisse nullo pacto te posse longè fieri ab eo, a quo longinquæ voluisti, ecce ille ubique est. Et 7. Civit. 30. ait: Deum implere omnia præsentè potentia non advenit naturæ. Et lib. 3. symb. cap. 7. dicens: Hic est enim esse Deum, ubique esse totum. Non per diversa tempora vel loca dicimus ubique esse totum, ut modò ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed ut semper ubique sit totus. Et serm. 102. divers. cap. 13. *Ubiq. totus Deus: Non alibi dimidiatus, & alibi alio dimidio constitutus, sed ubiq. totus. Implet Cælum & terram, sed totus est in Cælo, totus in terra. Quando totus in terra est, Cælum non deserit, sed & cum Cælum implet, à terra non recedit. Cui addo melliflum Doctorem, qui serm. 6. de dicat. Eccl. sic loquitur: Quomodo enim tantum Patriarcha nescire potuerat, quòd non esset locus, ubi non esset Deus? Sed fortè aliud esse miratus est ubi ait: Verè Dominus est in loco isto. Ibi verè est, & verè Dominus est, ubi in ejus nomine Angeli simul & homines congregantur. Licet enim in omni loco sit, qui nullo clauditur loco, signanter tamen dicimus: Pater noster qui es in Cælo: quòd aliter illis, & proprio quodam modo præsentem se exhibeat, non quidem ipse diversus, sed diversa distinguens. Est ergò in omni loco omnia univèrsaliter continens, omniaq. disponens; sed longè tamen aliter atque aliter. Apud homines malos est præstolans, atq. dissimulans: apud electos homines operans & servans: apud superos patens & cubans: Apud inferos arguens & damnans. Et serm. 1. in Psal. 90. Licet enim ubique esse non dubitetur, sic tamen in Cælo est, ut ad ejus comparationem nec esse videatur in terra. Propter quod & orantes dicimus: Pater noster qui es in Cælo. Item lib. 5. de confid. cap. 13. hæc habet: *Quid igitur est Deus? Longitudo inquam. Quid ipsa? Æternitas. Hæc tam longæ, ut non habeat terminum non magis loci, quam temporis. Denique lib. 5. de confid. cap. 6. ait: Quis sine Deo locus? Incomprehensibilis est Deus: sed non parum apprehendisti, si hoc tibi de eo compertum est, quòd nunquam sit, qui non clauditur loco, & nusquam non sit, qui non excluditur loco. In assignanda ratione Metaphysica hujus Catholice veritatis variant inter se Theologi. D. Thomas 1. p. q. 8. cum suis probat conclusionem ex eo, quòd Deus ubique operetur producendo & conservando creaturas omnes, quòd non faceret nec facere posset, nisi esset ubique, sed hæc ratio non probat. Quia ut suppono ex Physica, potest dari actio indistans in rebus creatis etiam, ergò licet Deus operetur ubique producendo & conservando res creatas omnes, adhuc tamen poterit in determinato tantum esse loco. Confirmatur licet creatura operari non posset nisi esset ubique præsens, tamen hoc oriretur, vel quia est limitata virtutis, vel quia videmus experientia, quòd in operatione sua dependeat à præsentia actuali ad locum, seu ad rem, in quam operatur, sed Deus non est limitatæ virtutis, nec experientia habita in creaturis concludit de Deo, alias sicut constat experientia, quòd independentèr à subjecto creatura non agat, ita nec Deus agere posset, ergò.***

Conclu-

VI.

Propria ratio Dei immensitatis.

Conclusio communiter probatur ab

aliis ex immutabilitate & illimitatione Dei sic: Deus est immutabilis; ergo est immensus, probatur consequentia: Quia si Deus non esset immensus posset esse distans ab aliqua Creatura, à qua postea posset esse indistans, sed sic mutaretur; ergo si Deus est immutabilis, & immensus erit.

Secundò probatur sic ex infinitate:

Omnis perfectio Divina debet esse infinita & illimitata, aliàs Deus non esset infinitus & illimitatus in tota latitudine essendi, sed si non esset ubique immensus, quæ est perfectio, illà ratione, cujus aptus est coexistere necessariò infinito spatio, ad certum limitaretur spatium seu locum; ergo non esset infinita & illimitata, nec consequenter Deus esset sic infinite perfectus actualiter. Confirmatur, posse esse ubique, est perfectio sine imperfectione, ergo. Sed certæ hæc etiam rationes non convincunt, quia quamvis esset perfectio in Deo posse esse ubique, & illa perfectio debeat esse infinita, tamen non sequitur ex hoc, quòd sit ubique, quia ad infinitatem illius perfectionis sufficit, quòd Deus possit se ponere ubique, licet in solo resideret cælo, nam sicut ex infinitate omnipotentia Dei non sequitur, quòd producat infinita, sed sufficit quòd possit producere, ita ex perfectione illa immensitatis Divina non sequitur, quòd Deus se actu ponat ubique, sed sufficit, quòd sic se possit ponere dependenter à sua libera voluntate. Confirmatur, quamvis esse ubique non dicat imperfectionem, tamen certum est quòd non dicat perfectiorem necessariam Deo simpliciter, tum quia Deus non erat ubique ab æterno, quare si esset perfectio ipsius, posset dici, quòd non est nisi perfectio libera, & consequenter quòd possit carere illa non solum absolute, quatenus eam non haberet, casu quo nullæ essent Creaturæ quibus esset præsens, sicut nec ab æterno fuerunt, sed etiam ex suppositione, quòd Creaturæ sint productæ, quibus posset esse præsens si vellet.

Et rationes non convincunt.

VII.

Non mutaretur si de novo fieret præsens.

Dices: Si posset esse locus, cui Deus non esset actualiter præsens, movendo se ad illum locum mutaretur, sed hoc implicat, ergo. Respondedo, quòd sicut de factò propter ubiquitatem nil reale positivum ponimus in Deo, sed solum negationem indistantiæ & respectum rationis coexistentiæ ad locum, ita per non ubiquitatem ejus, aut per hoc, quòd de novo inciperet esse præsens alicui loco nullà entitate reali positiva, multo minus perfectione aliqua privaretur adeoque nec mutaretur plùs quam mutatur nunc, quoties terminat aliquem respectum novum realem alicujus Creaturæ ad ipsum.

VIII.

Ratio Pontii quæ probat immensitatem.

Pontius noster hinc q. 8. n. 3. probat ubiquitatem Dei hæc ratione: Deus deberet esse præsens necessariò uni Creaturæ, si illa sola existeret, verbi gratia Angelo; ergo debet esse præsens necessariò omnibus Creaturis existentibus, consequentia patet à paritate rationis; probatur antecedens: Primò, quia non potest esse distans ab illa Creatura; ergo debet ipsi esse præsens. Secundò, si non esset ipsi neces-

F. Amandis Hermann Metaphysica.

sariò præsens, posset se illi præsentem facere, aliàs non posset se illi intuitivè ostendere, in tali casu vel faceret se illi præsentem se ipso, vel mediante aliquo respectu, cujus natura esset Deum præsentem facere Angelo, si primum, haberetur intentum; si secundum, contra est, quia ille modus superadditus esset superfluus; ergo illæ entitates Dei nimirum & Angeli sunt sibi substantialiter necessariò præsentibus sine ullo superaddito. Confirmatur, quia nil impedit quòd minus dicatur, quòd Deus sit se ipso præsens omnibus Creaturis, & quidem nobis defacto; ergo cum Scriptura & P. P. hoc doceant, sic & non aliter est sentiendum. Verùm nec hæc etiam ratio convincit evidenter, ut facile esset ostendere rectè intuiti illam. Unde concludo cum Doctore in reportatis d. 37. in solutione primæ questionis, ubi ait nec à priori nec à posteriori, secluso lumine fidei, hanc veritatem demonstrari posse, Rationes tamen adductæ spernendæ non sunt, nisi quis habeat meliores. Cæterum contra Conclusionem nil occurrit singulare, nisi quòd videatur Deum dedecere permiscuè esse in omnibus quantumcunq; vilibus locis, neque sic eorum sordibus, ut Evgubinus inquit, coinquinaretur, aut eorum variis mutationibus perturbaretur, sed hæc frivola sunt, quia ex tali præsentia nec coinquinari, nec mutari potest, imò talis præsentia maximè commendat ejus Immensitatem & Majestatem, ergo.

Quæres: Quid ergo significatur per illud quòd communiter dicitur Deum esse præsentem rebus omnibus per Essentiam, Præsentiam & Potentiam? R. omisis aliorum variis dicendi modis, Deum esse præsentem rebus omnibus per essentiam, quatenus ipse est realiter indistans, quoad suam substantiam ab omnibus rebus, per præsentiam quatenus intimè cognoscit res omnes earumq; naturas, per potentiam deniq; quatenus ubiq; operatur producendo, conservando vel destruendo res omnes, si vellet &c.

IX.

Explicatur Præsentia per Essentiam & Potentiam.

QUÆSTIO IX.

De Invisibilitate Dei.

Adverte me hic per Visionem Intelli-

gere actum sive intellectus, sive oculi, quo percipiatur Deus clarè & distinctè, ut in se est, ut ipsa experientia actus nempe cognoscatur, vel appareat ipsam existere absque ullo discursu vel ita, ut non percipiatur per species emendicatas ab aliis rebus, aut mediante ullo discursu, sicut defacto intelligitur à credentibus & cognoscentibus per demonstrativos, ac probabiles discursus, qua in re

Dico I. Deum nequit videri naturaliter ab

Intellectu, aut oculo corporeo. Hæc est communis cum D. 4. d. 49. q. 4. s. In ista questione D. Thoma &c. Et definita quo ad intellectum in Clementina ad nostrum contra Bequardos & Bequinos, ubi refertur qualiter ipsi docuerunt quamlibet intellectualem naturam in se ipsa esse naturaliter beatam, & animam non indigere lumine gloriæ ad videndum Deum, eoque beatè fruendum.

II.

Nequit naturaliter videri.

FFFFF

Proba:

Probatur Conclusio primò
ex Scriptura 1. Tim. 1. Regi seculorum, immortalis & invisibilis, ad Rom. 1. Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, Joan. 1. Deum nemo unquam vidit Unigenitus &c. Exodi 33. Faciem meam videre non poteris, id est visu corporali, ut sentit Ambrosius Serm. 8. in Pl. 118.

III.

Probatur secundò ex S. Bernardo, nam imprimis Serm. 41. de diversis, id fusè describit & attestatur sic: *Quia quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino, longè sumus à facie Dei, à vultu gloriæ, à contemplatione Majestatis, nisi quia plerumq; misericors & miserator Dominus illuminat vultum suum super nos. Hoc autem fit, cum remota à nube illa, quæ opposita erat, ne transiret oratio, accedimus ad illum & illuminamur, revelat à facie gloriæ Dei speculantes. Non autem ita proprie revelat à facie accipiamus, cum videamus adhuc per speculum & in enigmate & carcerati corpore teneamur. Revelat à deo quantum ad caliginem corporum. Unde spiritus iste creatus aliquando ad Creatorem spirituum emergit, & adherens ei unus cum eo spiritus efficitur. Nullius autem momenti est ista contemplatio: quia spiritus clausis corpore circumdatus, frequenter carnis contagione relinquitur, & supra Creaturam constitutus, infra quæq; vilissima protinus reperitur. Sed & Creator spiritus, cujus magna sunt opera, exquisita in omnes voluntates ejus, modo accedit nescientibus nobis, modo ignorantibus nobis recedit; quia nescimus unde veniat, aut quò vadat. Et plerumq; quando frequentius queritur, tanto velocius elongatur; juxta quod & ipse loquitur sponsa: Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt. Contingit etiam, ut cum non queritur, veniat, cum queritur, fugiat, sicut sponsa se in Cantico multipliciter ostendit quæsisse & non invenisse. Non est autem vultus iste, vultus gloriæ Domini invenisse, quæ est super Cherubim, quia Universalitati Angelorum purissimus & clarissimus exhibetur; nobis verò speculatoris & umbratilibus adumbratur imaginibus. Item Serm. 61. in Cantica, ubi hæc habet: Ibo mihi ad illa sic referta cellaria, atq; ad admonitionem Prophetæ relinquam civitates, & habitabo in petra, ero quasi columba nidificans in summo ore foraminis, ut cum Moysè positus in foramine petra, transeunte Domino merear saltem posteriora ejus prospicere. Nam faciem stantis, id est, incommutabilis claritatem quis videat, nisi qui introduci jam meruit non in sancta, sed in sancta sanctorum? Nec vilis tamen aut contemnenda posteriorum contemplatio.*

IV.

Probatur tertio: Tum quia dantur actus fidei, spei & Charitatis supernaturalis; ergò & Visionis, & amoris beatifici, tum deniq; Visio beata, quæ est intuitiva est supernaturalis in substantia, ut postea probabo.

Probatur etiam secunda pars:

Quia si Intellectus, qui est magis proportionata potentia ad videndum Deum, utpotè qui est spiritualis, & naturaliter conceptum habere potest communem Deo & Creaturis & aliqualem ipsius Dei notitiam, naturaliter illum intuitive videre non potest, multò minùs oculus, aut alia potentia materialis poterit.

Ratio D. Thomæ allata refellit.

Conclusionem hanc naturali ratione probare non est tam facilè, D. Thomas 1. p. q. 12, a. 4. hæc adducit rationem, quando mo-

do essendi alicujus rei cognitæ excedit modum naturæ cognoscentis, cognitio debet esse supernaturalis, seu supra naturam & modus essendi Naturæ Divinæ excedit modum naturæ intellectualis creatæ, ergò: prob. maj. quia debet esse proportio inter cognoscentem & cognitum naturaliter in modo essendi, quòd si cognitum excedat in modo essendi cognoscentem non poterit naturaliter cognoscere. Doctor noster in 1. d. 3. q. 3. §. Congruentia & in 4. d. 49. q. 1. §. Respondeo, & alibi sæpè multipliciter enervat hoc argumentum, ut videre est supra & merito quidem, quia in majori manifestè petitur principium. Deinde si quid valeret probare etiam, quòd nec ab intellectu creato elevato lumine gloriæ Deus possit videri, nam Deus in modo essendi excedit creaturam sic elevatam, sed hoc est hæreticum; prob. maj. improprio, quæ est inter Deum & Creaturam in modo essendi, consistit in hoc, quòd Deus sit infinitus, increatus, indefectibilis simplicissimus, abstractus ab omni materia, seu nullam habens potentialitatem, creatura verò quævis creata finita, defectibilis, immersa alicui materiæ, seu habens aliquam potentialitatem, seu componibilitatem, sed evidens est, quòd creaturæ etiam elevatæ per lumen gloriæ, & etiam ipsi lumini, sicut & cuicumque creaturæ hæc conveniant, ergò.

Dices: Diverfitatem modi essendi Dei à

modo essendi creaturæ consistere in hoc, quòd Deus sit ordinis supernaturalis, creatura verò naturalis, sed non potest fieri, ut potentia inferioris ordinis, qualis est naturalis, possit videre naturaliter illud, quòd est ordinis supernaturalis, nisi elevetur ad ordinem superiorem, ut fieri possit per aliquod accidens supernaturalis. Contra cum dicis Deum esse ordinis supernaturalis, vel dicis quòd sit talis naturæ, quòd non possit intelligi, seu videri naturaliter & petis principium, nam qui diceret ipsum posse naturaliter videri, negaret ipsum esse ordinis supernaturalis in hoc sensu; si verò dicis quòd sit mensus, infinitus, increatus, purus actus &c. verum quidem dicis, sed nihil ad propositum, quia non probas, nec probare potes, quòd creatura elevari possit per aliquod accidens, aut alio illo modo ad ordinem supernaturalem in hoc sensu, ergò. Deinde probandum esset, cur Creatura non possit videre Deum, quamvis ordinis superioris ac supernaturalis esset. præsertim si ullo modo videri potest, quòd Confirmatur, quia Angelus superior habet modum perfectionem essendi quàm inferior, & tamen potest ab inferiori intelligi, ut est evidens; ergò quòd cognoscibile habeat modum essendi perfectionem & superiorem, non impedit, quatenus naturaliter possit cognosci ab habente imperfectiorem essendi modum. Lege Smising &c.

Alii probant Conclusionem per hoc, quia aliàs intellectus creatus possit naturaliter per venire ad impeccabilitatem, sed hoc est contra Concilia & P.P. ergò. Contra, si impeccabilitas haberet necessariam connexionem cum cognitione intuitiva, qui hæc concederet, naturaliter concederet & illam, unde queritur hic, unde id repugnaret, nec sufficit autoritas P.P. pro responsione, licet sufficiat pro fide & Conclusionem Theologica. Deinde in principiis Doctoris

Doctoris non sequitur ex visione intuitiva praecise impeccabilitas videntis, unde negari potest sequela. Nominales probant conclusionem, quia visio intuitiva producit per creationem, ergo est supernaturalis; sed antecedens est falsum, quia parte negatur effectivus concursus intellectus ad visionem, & in eo etiam petitur principium; deinde consequentia est mala, quia anima rationalis creatur, & tamen non est supernaturalis in substantia. Alii ex infinitate probant invisibilem esse, sed directe petitur principium; quod negare conantur, quia dicunt inter finitum & infinitum nullam esse proportionem, sed contra, inter illa est talis proportio, quod illud quod est infinitum, si agat juxta rationem naturalis exigentiae creaturae, saepe debeat cum creatura concurrere ad producendos tales vel tales effectus, ergo similiter posset esse inter illa talis proportio ut illud quod est infinitum, debeat agere cum creatura ad sui visionem. Confirmatur, est talis proportio inter Deum infinitum & intellectum finitum elevatum lumine gloriae finito, quod debeat naturaliter concurrere ad visionem cum ipso producendam, ergo similiter posset habere proportionem cum ipso intellectu sine lumine non obstante finitate ad ipsam eandem visionem producendam.

VI. Ratio Doctoris quia non habet naturaliter omnia requisita ad visionem.

Doctor noster 4. d. 49. q. 11. & quodlibet 14. probat conclusionem hoc modo: Nulla potentia potest naturaliter habere aliquem actum, nisi possit naturaliter habere omnia principia requisita ad illum actum, sed intellectus non habet nec naturaliter habere potest omnia principia requisita ad visionem Dei intuitivam, ergo, major est certa, minor probatur, intellectus ipse non est causa adequata illius visionis, quia nullam cognitionem producit sine mediato vel immediato concursu objecti, ergo requirit aliquam aliam concusam naturaliter, quae simul cum ipso sufficiat ad producendam visionem illam, sed ad hoc nulla potest sufficere causa, nisi Deus ipse, vel aliqua propria species ipsius, sed nec Deus, nec aliqua species talis potest sic esse naturaliter praesens intellectui, ut absque concursu aliquo supernaturali possit concurrere ad producendam visionem; ergo: prob. min. non potest nec Deus, nec species eius esse sic praesens absque volitione particulari, quae vellet speciem dare intellectui, aut concurrere cum illo sine specie, sed illa volitio est supernaturalis, ergo nec Deus, nec species eius potest esse praesens intellectui absque concursu supernaturali, major est certa, prob. min. tum quia volitio illa non coexistit connaturaliter ab intellectu creato; tum etiam quia spectat ad infinitam perfectionem Dei in ratione intelligibilitatis, ut ita excedat facultatem omnis creaturae, ut non possit ulli connaturaliter debere ipsius intuitiva visio, nec consequenter omnis concursus ad eius productionem requisitus, sed volitio illa particularis Dei necessario requiritur ad illam visionem, ergo volitio, quae Deus vellet praestare intellectui speciem sufficientem ad visionem sui, aut concurrere cum illo sine specie ad visionem, non est connaturaliter debita intellectui, & consequenter est supernaturalis.

VII. Dices: Non spectat ad infinitam perfe-

tionem Dei, ut ita excedat in intelligibilitate omnem creaturam, ut non debeatur visio intuitiva ipsius, quandoquidem debetur intellectui instructo lumine gloriae, ergo ratio ista nostra non est bona; Respondeo dist. ant. quando ipsemet dat aliquod auxilium naturale requisitum ad productionem visionis, concedo ant. quando non dat, nego. Itaque sicut est perfectionis in Deo non posse videri naturaliter ab ulla creatura, nisi conferatur principium supernaturale, ratione cuius exigit visionem, ita est perfectionis in illo posse cognitionem intuitivam videri aliquo modo, & consequenter est perfectionis in eo, quod possit communicare principia requisita ad illam visionem, & eum illa principia sint supernaturalia (alias naturaliter videri posset) non est inconveniens, quod iis suppositis possit connaturaliter videri, alias esset omnino invisibilis, quod esset absurdum. Hinc colligitur cur esset inconveniens, quod aliqua substantia finita exigeret connaturaliter visionem Dei, & non est inconveniens quod lumen gloriae illam exigit, quia si substantia exigeret illam, Deus esset naturaliter & absolute ac simpliciter visibilis, quod ex dictis patet esse falsum; si vero lumen exigit illam, seu quod intellectus illustratus lumine eam habere possit, id non sequitur, quia collatio ipsius luminis, sine quo non videretur Deus, nec exigeretur ab intellectu eius visio, nec esset supernaturalis, unde absolute non posset dici, quod possit videri naturaliter, sed solum, quod possit videri naturaliter ex suppositione supernaturalis domini, quod non est inconveniens.

DICO 2. Non implicat de potentia absoluta Deum videri posse intuitivè ab intellectu conjuncto corpori mortali. Est communis. Patet exemplo Christi, qui juxta omnes ab initio conceptionis Deum vidit, deinde nulla est repugnantia nec ex parte mortalitatis corporis, nec parte dependentiae a sensibus, à quibus potest etiam intellectus divinitus in hac vita non dependere ipsaque dei visio intrinsece independens est.

VIII. Posset videri ab intellectu conjuncto corpori.

DICO 3. Probabilis est nullum in hac vita purum hominem (excepta B. V. de qua nullam habere volo mentionem) intuitivè Deum videri. Est communior, & ex P. P. eam tenent Evaristus Papa infra citandus, Dionysius, Irenaeus, Origenes, Nazianzenus, Gregorius, Hilarius, Chrylasmus, Epiphanius, Tertullianus, &c. citati à Smising, contra Ambrosium & Basilium, prob. ex Script. Joan. 6. Non quia Deum vidit quisquam nisi is, qui est à Deo. 1. Thim. 6. Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Exodi 33. Ipsi Moysi petenti Domini aspectum, ipse Dominus respondit; Non poteris faciem meam videre, non enim videbit me homo & vivet. Joan. 1. Deum nemo unquam vidit, Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis.

IX. Nemo defuit tamen videt.

Probatur id clarè ex mellifluo doctore B. Bernardo serm. 2. Dominic. Psalm. ubi absolute docet Moysen faciem dei non vidisse, dicit enim: Porro qui adherent ei, contemplativi sunt, qui portant eum & operantur eo: Ipsi sunt duri corde & parum devoti. Sed ecce omnes sunt in processione Domini: Et nemo ex ipsis faciem eius videt. Nam qui praecedunt, occupati sunt in paranda

XX.

Esffff 2

paranda

paranda via, solliciti circa peccata & tentationes aliorum. Qui sequuntur, ipsi omnino faciem ejus videre non possunt: Sed sicut Moysi dictum est, posteriora ejus videat. Jumentum, cui insidet, nunquam ad videndum levat oculos: Sed primum est semper in terram. Qui verò adherent ipsi, aliquando videre possunt, sed raptim, & non continue, nec planè dum adhuc sunt in via. Attamen quantum ad alios, ipsi magis facie ad faciem vident: Juxta quod verè de Moysi scriptum est, quia ceteris quidem Prophetis per visiones & somnia, Moysi verò facie ad faciem loquebatur. Quantum ad plenam sanè visionem, nec ipse Moyses, dum viveret in hoc mundo, impetere potuit facie ipsius visionem: Quia sicut ipse ait, non videbit me homo & vivet. Non videbor, inquit, in hac vita: Non videbit quia faciem meam in hac vita, & in processione ista. Et scrm. 31. in Cantica universaliter docet SS. Patres Deum nunquam vidisse, sicuti est: En verba ejus: At talis visio non est vitæ presentis, sed in novissimis reservatur, his dumtaxat qui dicere possunt: Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Et nunc quidem apparet, quibus vult, sed sicuti vult, non sicuti est. Non sapiens, non sanctus, non Prophetæ videre illum sicuti est, potest, aut potuit in corpore hoc mortali, poterit autem in immortalì, qui dignus habebitur. Alii procul dubio ille modus, quo quondam Patribus crebra illa atq; ambiciosa divina presentie familiaritas dignanter indulta est, quantum nec ipsi, sicuti est, sed sicut dignata est. Nec uno omnibus modo, sed ut ait Apostolus, multisarè multisq; modis: Cum ipse in se sit unus, dicente ipso ad Israel: Dominus Deus tuus Deus unus est. Et hæc demonstratio non quidem communis, sed tamen foris facta est, nimirum exhibitæ per imagines extrinsecus apparentes, seu voces sonantes.

XI.

Probatur illud ipsum ex Sancto Augustino, nam in Epist. 111. inquit: Me scripsisse non pœnitet, quia dixi istius corporis oculos nec videre Deum, nec esse visuros. Causam quippe adjunxi, cur hoc dixerim, ne scilicet Deus ipse corporeus esse credatur, & in loci spatio intervalloq; visibilis. Nihil enim videre aliter istius corporis oculus potest. Ideo me ergò dixisse illud non pœnitet, ne de ipso Deo tam impie sentiamus, ut cum non ubiq; totum, sed per localia spatia divisibilem existimemus. Talia quippe his oculis novimus. Istius namq; corporis oculos dixi non visuros Deum, hoc intuens quòd istius corporis oculi non possunt cernere nisi corpora. Quod repetit l. II. Trinit. cap. 11. & lib. I. cap. 6. dicens: Videri Trinitas humano visu nullo modo potest, sed eo visu videtur, quo jam qui vident, non homines, sed ultra homines sunt. Et lib. I. contr. Maximin. his verbis: Quantum attinet ad ipsam divinam substantiam, omnino est invisibilis. Nam quando se Patribus divinitas ostendebat per subjectam creaturam, se visibilem demonstrabat. Nam per ipsam suam naturam usq; adeo invisibilis est, &c.

XII.
Explicatur
Scripturæ &
Patres.

Opponitur Autoritas S. Augustini & aliorum supra nominatorum P. P. nec non plurimorum aliorum, quorum aliqui colligunt Moysen vidisse Deum, ex illis verbis Num. 12. Annon talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, & ex alio loco Exodi 33. ubi cum petierat videre faciem Domini, respondit ipse Dominus: Ostendam tibi omne bonum. Alii colligunt D. Paulum

vidisse essentiam divinam ex 2. ad Corinth. 12. Scio hominem ante annos 14. Alii Adamum ex illo Gen. 2. Immisit Deus soporem in Adam, qui sopor causatus fuit ab intuitiva visione essentia divina. Alii Job propter illa verba Job 42. Auditum auris audivite, nunc autem oculis meus videt te. Confirmatur ex D. 2. d. 3. q. 9. n. 8. qui docet Paulum Deum intuitivè vidisse, ergò. Ad confirmationem Respondeo Doctorem, id tantum ex mente Patrum fuisse, & ad ipsum D. Augustinum in positione citatum, 8. quòd fuerit totus problematicus non patet ex aliis locis à me allegatis, aliis autem Patribus oppono similiter alios & signanter Evaristum Papam, qui in Epistola decretali circa finem expressè dicit: quòd bene oportet utiq; ad finem Deum videbunt non sicuti Moyses & alii Prophetæ per enigmata & figuras, sed sicuti est; Unde ad primum locum Scripturæ de Moysi Respondeo ex eo non convinci aliud, quam quòd Moyses ad quoddam speciale genus familiaritatis super omnes alios Prophetas à Deo fuerit elevatus, & quòd apparebat ei in aliquo signo sensibili, in quo tunc non solebat aliis Prophetis apparere; ad locum Exodi primo, licet sufficeret dicere, quòd non promiserit DEUS ostendere ei omne bonum in hac vita. Respondeo quòd in illo ipso loco Dominus ipse videtur significare, quòd non ostenderit se ei intuitivè, ait enim ibi: Non poterit videre faciem meam, & tamen ut aliquoties satis faceret desiderio tam fidelis servi & sinceri amici, addidit: posteriora mea videbis, id est signum aliquod consolatorium faciei meæ.

Dices: Ibidem dicitur, quòd Deus lo-

quebatur facie ad faciem sicuti solent loqui ad amicum suum, ergò. Respondeo, quòd per hoc non significatur, quòd Deum intuitivè viderit, quia aliàs id frustra desideraret loco jam citato, sed significatur potius frequens apparitio Dei coram ipso in signo aliquo sensibili, in quo conversabatur cum illo familiariter.

Ad illud de Paulo Respondeo, licet ad Cœlum Empyreum fuerit elevatus & raptus hoc non probare, quòd Deum intuitivè viderit, imò contrarium videtur posse colligi, per ly audivit arcana verba, in loco citato positum.

Dixi, me de B. V. MARIA nullam habere velle quæstionem, quia licet antecesserit ad incarnationem Verbi nunquam viderit essentiam divinam, pium tamen est credere illam vidisse Deum post Filii incarnationem, & singulariter post resurrectionem, ob acerbitatam compansionem in morte Filii habitam.

QUÆSTIO X.

De Incomprehensibilitate Dei.

Suppono ex dictis de anima, quidam sit cognitio comprehensiva, quo prænotato ad quæstionem

Dico, Deus est incomprehensibilis concipiendi intellectu creato etiam supernaturaliter. Est communis omnium Theologorum. Proba-

Probatur ex Scriptura Jerem. 32. *Magnus consilio & incomprehensibilis Deus.* Job. 11. *Forsitan vestigia Dei comprehendas & usq; ad perfectum omnipotentem reperies.* Rom. 11. *Quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus.* 1. Timoth. 6. *Lucem inhabitat inaccessibleem, quem nullus hominum videt, sed nec videre potest, id est comprehensivè, ut explicat S. S. PP. sed revera jam adducta Scripturae loca non probant conclusionem, quia bene intelligi possunt de naturali incomprehensibilitate, sic ut sensus eorum esset, quod viribus naturae aut de potentia ordinaria nemo posset Deum comprehendere.*

II. Probatur secundò Ex concilio Lateran. in cap. Firmiter, ubi videtur definita his verbis: *Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quia unus solus, verus Deus, aeternus, immensus, incommunicabilis, incomprehensibilis, omnipotens, ineffabilis.* Sed nec probatio, licet melior sit, quae ab autoritate adduci potest, non convincit, quia patitur eandem explicationem jam supra factam.

III. Dices: Eodem modo dicitur Deus esse incomprehensibilis, quo immortalis & omnipotens, sed de nulla potentia potest esse mortalis, aut non omnipotens, ergò nec comprehensibilis. Respondeo negando majorem: Aliàs Deus se ipsum comprehendere non posset, sicut à se ipso reddi non potest non immortalis, aut non omnipotens, quod est falsum. Confirmatur, licet 1. ad Timoth. 1. eodem modo dicatur de Rege saeculorum, quòd sit immortalis & invisibilis, tamen hoc non potest sic intelligi, quòd sicut est necessariò immortalis, ita etiam est invisibilis, aliàs à beatis non videretur, ergò licet eodem modo concilium, praedicat de Deo immortalitatem, & incomprehensibilitatem, adhuc intelligi potest loqui de immortalitate & incomprehensibilitate absolute & simpliciter, & de visibilitate respectivè ad potentiam ordinariam.

IV. Probatur tertio Ex autoritate PP. Augustini serm. 36. Verb. Dom. cap. 6. *Quid ergò dicemus fratres, de Deo? Si enim quidvis dicere coepisti, non est Deus. Si comprehendere potuisti, aliud pro Deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogitatione tua te decepisti. Hoc ergò non est, si comprehendisti. Si autem hoc est, non comprehendisti. Quid ergò vis loqui, quòd comprehendere non potuisti? Item serm. 38. cap. 2. *Dicimus, quam incomprehensibile sit, quòd lectum est, tamen lectum est, non ut comprehenderetur ab homine, sed ut doleret homo, quia non comprehendit, & inveniret unde impeditur à comprehensione, & remaneret ea, & inhiaret perceptioni incommutabilis Verbi.* Et cap. 3. *De Deo loquimur, quid mirum, si non comprehendis? Si enim comprehendis, non est Deus. Sit pia confessio ignorantiae magis, quam temeraria professio scientiae. Attingere aliquantum mente Deum, magna beatitudo est, comprehendere autem, omnino impossibile. Ad mentem Deum pertinet, intelligendum est: Ad oculos corpus, videndum est. Sed corpus oculo comprehendere te putas? Omnino non potes. Quidquid enim aspicias, non totum aspicias. Cujus hominis faciem vides, dorsum non vides eo tempore, quo faciem vides. Et quando dorsum vi-**

*des, eo tempore faciem non vides. Non sic ergò vides ut comprehendas, &c. Uno ergò aspectu totum videre non potes. Quid ergò de illo verbo, fratres, dici potest? Ecce de corporibus dicimus subjacentibus oculis nostris, non illa possunt comprehendere aspectu, quia ergò oculus cordis comprehendit Deum? Sufficit ut attingat, si purus est oculus: Si autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo, & spiritali, non tamen comprehendit. D. Bernardus quoque asserit serm. 2. de Virgine Deipara, Deum nunc videri & comprehendi posse per incarnationis mysterium secundum Christi scilicet naturam humanam, antea autem dicit incomprehensibilis erat & inaccessibleis, invisibilis, & inexcogitabilis omnino. Sed si semel est incomprehensibilis, semper est, ergò. Probatur minor, quia alioquin mutaretur Deus, quòd probò ex D. Augustino serm. 102. cap. 15. dicente: *Regi saeculorum invisibili incorruptibili, &c. Deus solus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus immortalis, invisibilis, incorruptibilis, non modo visibilis & postea invisibilis, quia non modo incorruptibilis & postea corruptibilis, sicut immortalis semper, sicut incorruptibilis semper, ita & invisibilis semper, si mutatur invisibilitas, metuendum est ne mutetur immortalitas, ergò. Mellifluus verò lib. 5. de confid. cap. 6. expressè dicit, incomprehensibilis est Deus, &c. Addo etiam auctoritatem reliquorum S. S. P. P. Gregorij 13. Moral. 7. tractantis super illud Job 11. *Forsitan vestigia, &c. ipsi quoq; inquit, electi spiritus visionem tantae celsitudinis perfectè non penetrant, & 11. Habet, inquit, sublimitatem quae ipsorum quoq; intelligentiam qui in supernam recepti fuerint congregationem transcendit.* Aug. Epist. 112. cap. 8. *Non quia nemo comprehendit Dei plenitudinem in mente, neq; oculis, negandum est mente videri sicuti est, quòd nobis promittitur in praemium.* Et Bedae in illud 1. Joan. 3. *Videbimus eum, &c. promittitur, inquit, nobis videre Deum, nam comprehendere concedi non potest.***

Probatur quartò Ratione: Nulla creatura potest habere cognitionem aequè perfectam ac habet ipse Deus, ergò nulla creatura potest comprehendere Deum; probatur consequentia, quia sive capiatur comprehensio rei pro cognitione ipsius sub omnibus formalitatibus & respectibus quos dicit, sive pro cognitione commensurata intelligibilitati objecti, quaelibet ex his esset intensivè infinita, & consequenter formaliter aequè perfecta, ac est cognitio ipsius Dei, ergò si creatura repugnat cognitioni tam perfecta ac est cognitio ipsius Dei, nulla creatura potest comprehendere Deum; sed repugnat, aliàs esset creatura & non esset, quòd implicat.

Arguitur: Deus potest intuitivè videri à creatura, ut est de fide, ergò & comprehendit; probatur consequentia, quia ad comprehensionem sufficit, quòd tota res videatur ita ut nihil ipsius videntem lateat, ut loquitur Augustinus supra, sed nihil Dei latet videntem intuitivè, ergò si potest videri intuitivè poterit & comprehendit. R. 1. comprehensionem non sequi ex intuitiva dei visione, aliàs Augustinus non negaret beatis visionem comprehensionem, cum illis concedat intuitivam. Unde in forma Respondeo negando consequentiam, & mudo.

& minorem probationis, quia quam diu non videtur Deus tam perfecte ac videri exigit, tam diu aliquid Dei latebit videntem iuxta mentem Augustini, sed nulla creatura tam perfecte Deum videre potest, ergo nec comprehendere.

QUESTIO XI.

An plures sint Dei?

I. Hæc Questio non est amplius, etiam apud Mediocriter litteraturæ controversa, fuit tamen olim nam Marcion tres Deos, unum visibilem, invisibilem alium, & tertium dæmoneum ponebat; Manes duos, bonum scilicet & malum; Tricheitæ ob scripturæ loca, quibus Trinitatis mysterium astruitur, tres Deos asserabant, unde post Rabbi Moysen, Henricus docet ex Scriptura solum probari posse dari unum Deum, & consequenter esse mysterium fidei, & naturaliter indemonstrabile esse putat, Doctor tamen noster d. 2. q. 3. per totam septem rationibus naturalibus evidentibus probat unum tantum esse Deum, cum quo etiam ad questionem

II. Dico: Unum tantum est Deus. Est de fide. Unus est Deus.

Probatur primò: Ex Scriptura Deut. 4. v. 35. Dominus ipse est Deus, & non est alium præter eum. 6. v. 4. Audi Israël Dominum Deum noster Dominus unus est. Marci 12. Unus est Deus, & non est alium præter eum. 1. Corinth. 8. Scimus quod nullus est Deus præter unum. Idem probatur ex Symbolo Nicæno & S. Athanasii, &c.

III. Dices: In præfatis Scripturæ locis dicitur unus esse Deus, sicut dicitur quod Ecclesia est una, sed unitas Ecclesiæ non facit quin constet pluribus partibus, ergo. Respondeo negando majorem, quia Deus non est nomen impositum ad significandam collectionem, sicut est ly Ecclesia, ut patet, quia secundum adversarios ipsos ly Deus prædicatur de uno solo, sic Manichæi dicunt, quod Deus bonus est Deus, & similiter Deus malus est Deus, Ecclesia autem de uno solo prædicari non potest.

IV. Probatur secundò Authoritate SS. PP. Augustini lib. de vera Relig. cap. 43. ubi ait: Ipsum est unum principale: Non enim habet aliud hic, aliud alibi, aut aliud nunc, aliud postea, quia summe unum est Pater veritatis. Et lib. de unit. Trin. cap. 1. Unus Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, invisibilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, inviolabilis, incoquinabilis: Ipse lumen verum, vita, & veritas, bonus, summus, & quæcumq; de illo humanus sermo poterit enuntiare. Itaque unitati substantiæ Dei non repugnat Trinitas Personarum. Quia, (ut iterum ait S. P. N. lib. 6. Trin. fin.) in illa summa Trinitate tantum est una, quantum tres simul, nec plus aliquid sunt due, quam una. Et in se infinita sunt. Ita & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia. Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculum, & in enigmate, gaudeat cognoscens Deum, & sic Deum honoret & gratias agat. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndam, non per cæcitatem ad calum-

mandum: Quoniam unus est Deus, sed tamen Trinitas. Nec confuse accipiendum est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: Nec dicitur multi, sed ipsi gloria in secula seculorum. Bernardi lib. 7. de confid. cap. 7. ubi dicit: Tam simplex Deus, quam unus est. Est autem unus, & quomodo aliud nihil. Si dici potest, unissimus est. Trinitas est, tamen Deus. Quid ergo? Deservimus quod dictum est de unitate, quia inducimus Trinitatem? Non, sed statuimus unitatem. Dicimus Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum Sanctum, non tamen tres Deos, sed unum. Quid sibi vult iste, (ut sic loquar) absq; numero numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si unum, ubi numerus? sed habeo, inquit, quod numerem, & quid non numerem. Substantia una est, personæ tres sunt. Quid miram, quid vel obprobrium in hoc? Nihil, si personæ seorsim a substantia cogitentur. Nunc vero cum tres illæ personæ illa substantia sint, & illa una substantia tres illæ personæ, quis numerum negat? Nam vere tres sunt. Quæ numerer tamen? Nam vere unum sunt. Aut sit facile explicatu id putas, dicendo tres, dicitur quid numerasti? Naturas? Una est. Essentias? Una est. Substantias? Una est. Deitates? Una est. Non hæc, sed personas numero, inquit. Quæ non sunt, illa una natura, illa una essentia, illa una substantia, illa una divinitas? Catholicus es, minime hoc dabis. Et cap. 8. ait: Personarum proprietates, non aliud quam personas, ipsasq; non aliud quam unum Deum, unam divinam substantiam, unam divinam naturam, unam divinam & summam Majestatem fides Catholica confitetur. Numeri ergo, si potes, aut sine substantia personas, quæ ipsa sunt: Aut sine personæ proprietates, quæ ipsæ sunt. Aut si divideri qui constet vel personas a substantia, vel proprietates a personis, nescio quomodo Trinitatis se profiteri cultorem possis, qui in tantam rerum numerositatem excesseris. Dicimus itaq; tres, sed non ad præjudicium unitatis. Dicimus unum, sed non ad confusum Trinitatis. Neque enim nomina vacua sunt, nec absq; significantiæ casse voces. Querit quis, quomodo illud Catholicum esse dicimus, possit esse? Iustificat et tenere sic esse. At que hoc non rationi perspicuum, nec tamen opinioni ambiguum, sed fidei perspicuum, Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum, non scrutandum. Quomodo pluralitas in unitate, & hæc unitate, aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc temeritas est; credere pietas est: Nolle vitæ, & vitæ æterna est.

Probatur secundò Ratione, primò non sunt multiplicanda entia sine necessitate, &c. sed, &c. ergo, &c. major est evidens, probatur minor, tum quia nec minima ratio aut necessitas illos multiplicandi ostenditur ab Adversariis, cum omnia, quæ per plures Deos fieri possunt, unus idemq; Deus operari posset, alias non esset infinitæ virtutis, seu potentie, & consequenter nec Deus.

Confirmatur primò: Quia quæ ratione darentur tres dii, darentur etiam infiniti, sed infinitus Deorum numerus est inutilis, ergo & binarius, vel ternarius, minor est certa, probatur ergo major, tum quia non est potior ratio, cur admitterentur tres, & non infiniti; tum etiam, quia si essent tres, necessarii etiam essent infiniti, quia nullus est determinatus numerus individuorum alicujus speciei, ultra quem non posset produci aliud individuum ejusdem

ejusdem speciei absque implicancia, & consequenter si natura divina esset multiplicabilis, non posset assignari aliquis numerus finitus determinatus individuum, ultra quem non posset aliud individuum produci in infinitum.

VII. **Confirmatur secundò** : Si darentur plures Dii, distinguerentur realiter à se invicem, & non distinguerentur, sed hoc implicat, ergò : Prob. sequela, distinguerentur ex hypothesi, non distinguerentur autem, quia nullum posset assignari indicium distinctionis realis inter illos, quandoquidem nec unus est causa, vel principium alterius, nec unus sine altero existere posset, aliàs qui posset non existere non esset Deus, ergò.

VIII. **Probatur secundò** : Si darentur plures Dii, verbi gratia, A. & B. quilibet esset ex eis omnipotens, & non esset, sed implicat talis Deus, ergò & plures Dii; prob. maj. esset omnipotens ut supponitur, non esset autem, quia nil potest dici omnipotens, nisi qui potest omne non necessarium & producibile se solo causare, sed A. non posset producere lapidem, verbi gratia, contradicente Deo B. nec e contra B. contradicente A. ergò nullus illorum esset omnipotens.

IX. **Dices** : Concordarent in voluntate, & sic unus non contradiceret alteri. Contra, hoc est gratis excogitatum, quia si A. esset omnipotens, posset producere adæquatè suo velle quodcumque volitum possibile aliud à se, sive

B. contradicat, sive non, sed sic B. nil posset producere suo velle, ergò B. non esset omnipotens, & consequenter nec Deus, prob. min. si effectus adæquatè productus ab A. posset simul produci à B. effectus ille dependeret adæquatè ab utroque, sed hoc implicat, ut in Physica dixi. Reliquæ rationes videri possunt apud Scotum, nunc hæc sufficiant pro conclusione.

Opponitur Autoritas Apostoli 1.

Corinth. 8. *Sunt Domini multi & Dii multi*, ergò. Respondeo Apostolum tantum loqui de Idolis gentium, quæ nuncupativè Dii appellantur, unde subdit ibidem idem Apostolus : *Nobis autem unus est Deus, quia omnes Dii gentium demonia.*

Hic plura dicenda forent de Omnipotentia DEI, Ejus Intellectu & voluntate, verum quia hæc Theologica sunt, ideo rumpo filum & finio in Eo, in quo incepti DEO, cui sit Laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum Amen. Si tamen per rotum hunc Philosophiæ cursum universum, in tanta rerum varietate & profunditate ac difficultatum multitudine meo muneri, ut desiderari posset, & fieri debuisset, non feci quod volui satis, Ingenii mei debilitas & nihilum precatur veniam, si quid verò utilitatis, doctrinæ & veritatis allatum est, Infallibilissimæ veritati, à qua omne Bonum est & Verum, adscribitur,
Cui Iterum



HONOR, GLORIA, POTESTAS, & IMPERIUM AMEN, AMEN, AMEN.

Totum tamen quidquid Dictum, Scriptum, Lectum S. R. Ecclesiæ & Doctiorum Censuræ sit subjectum.



PARS



PARS IV. APPENDIX.
CONTINENS THESES & PROPOSITIONES
EX UNIVERSA PHILOSOPHIA
CONCINNATAS.



Urioso & Studioſo Lectori adjungere volui illa Theoremata, quæ in publicis Diſputationibus diverſis in locis typis evulgata, à me propugnata & deſenſa fuère, quæ, quia ſæpius expeti vidi, ideò operæ pretium futurum judicavi ea hic apponere; ſi doctrinæ nihil per hoc adferetur, aliquid tamen modi, qui in rebus omnibus magni venit, proponendi Doctrinam & lumen oſtendet, atque ad ſublimiores Conceptus, manum ducet. Itaque ſequuntur, Theſes ex Logica ſola, quæ B. V. in Warta dedicatæ fuerunt, ubi etiam fit alluſio ad Imaginem miraculoſam, & ad ipſum nomen *Warta*.

SERENISSIMÆ, AUGUSTISSIMÆ & SANCTISSIMÆ DOMINÆ, DOMINÆ

VIRGINI MARIÆ,
 Imperatrici Cœlorum, Terrarum, Orientis &
 Occidentis,
 Electæ Coronatæ, Infanti Davidicæ.
 Reginae Hæreditariæ Paſtinae, Judææ & Ieroſolymorum;
 Reginae Novi Mundi.
 Sacri Romani Imperii, Regnorumq; omnium
 Proteſtrici Catholicæ.
 Sanctæ Romanæ & Universalis Eccleſiæ
 Primogenitæ, Chriſtianiſſimæ.
 Germaniæ Amabilis, & Ungariæ Magnæ Dominæ.
 Immenſæ, Incomprehenſibilis & Sacraſſimæ
 Triadis Theſaurariæ.
 Deitatis Perfeſtiſſimæ & Glorioſiſſimæ Imitatrici.
 Triumphatrici de Inferis, Turcis & Hereticis,
 tantum *Non Deo*.

Regis

Regis Regum, & Domini Dominantium Appellationum, & Interpellationum Præsidenti;

In Orbe & Urbe super Montes Pietatis Præsidi;
Summi Sacerdotis in Beneficiis temporalibus & spiritualibus Vicariæ.

Archi-Ducissæ Militiæ Cœlestis, & Hierarchicorum Ordinum in terris.

Dominæ de Wartenberg, Dominæ de Loreto & Monte

Serrato, de Monte forti, *Soli sine Exemplo.*

Ducissæ de Nazareth, Bonæ Spei, Collibus æternis & Montibus Sanctis.

Dominæ de Mille Clypeis, Dominæ de Monte Refugii, de Monte Consolationis, Dominæ de Fonte Gratiarum, &c. &c.

Germanicæ, ab Imagine Miraculis famosissimæ in Silesia cognominatæ Wartenfi.

Imperatrici, Reginæ & Dominæ Nostræ Clementissimæ, Sanctissimæ.

ANte Augustissimum, Gratiæ & Gloriæ sacratissimæ Majestatis Vestræ Thronum prostrati demississimè supplices simus, viles servi & terræ Vermiculi, dicata mancipia, primitias frugum & florum scientiæ in manipulos, & fasciculos concinnatas, apportantes: sunt fasciculi incurvati & inclinati manipuli, adorare satagunt & volunt *spicam Cœlestem*, ex qua panis Angelorum, quem, *si quis manducaverit mortem non gustabit*, progenitus est; Adorationis præmium non aliud exigimus *Scoti Discipuli*, quàm in gratia Capitis inclinationem, quod naturaliùs præstat spica quo fructu refertior est, & plena: Majestas Vestra est illa, gratia non plena modò, sed & plenissima, in quam effusa est tota plenitudo gratiæ, ut sit in Virginitate fœcunda, & sine semine gravida, & sine viro Puerpera, aura vel levis & minima obumbret nos, confortabimur & in cursu nostro ambulabimus usque ad montem candidationis. Quia veniunt autem hi Flores de *Valle Bona & Clara* nulli potiùs debentur quàm Majestati Vestræ ad quam *omnes gementes suspirant*, & clamant in hac *Lacrymarum valle*, SALVÈ ut salves, & nos propterea discentes justitiam monti tenemus Consilium Patriarchæ nostri ut præceptum, dum ait: *In periculis, in dubiis, MARIAM cogita, MARIAM in voca, non recedat ab ore, non recedat à corde*, Majestas etenim Vestra fortissimum contra hostes Tartareos propugnaculum, periclitantibus salutis Anchora, Civitas refugii, desperantibus

Gggggg

Turris

Turris Eburnea, ex qua pendent mille Clypei bonæ spei, & omnis Armaturæ fortium. Et quamvis hi Manipulorum flores humiles sint, spernendos tamen haud quaquam timemus, scientes Majestatem Vestram non dedignari vocitari *Lilium Convallium*, cujus Dilectus est *Flos campi*, solet namq; cognoscere citius Majestas Vestra, quos sibi videt factos in paritate & humilitate magis conformes. Vallis illa Clara ex qua veniunt flores nostri, est vallis de Cistercio, Majestas Vestra in typis designata fuit Cisterna gratiæ, ex qua olim vir secundum Cor Dei refocillari cupiebat ingeminans, *si quis mihi daret potum aquæ de Cisterna quæ est in Bethlehem juxta portam!* Cisternam hanc coronamus floribus, qui haurimus aquas: Flores hi debiti sunt Majestati Vestræ, sunt namq; Rosæ de spineto Logicali Collectæ, Majestas Vestra *Lilium* autem est *inter spinas, sicut Amica inter filias Adæ*, inquit sponsus, quæ nominari non potest sine refrigerio, nec cogitari sine folatio. Debentur Majestati Vestræ hi flores propter quam omnis est scientia & Doctrina: flores namq; sunt scientifici, Majestas autem Vestra scientiarum mare, sapientiæ Divinæ sedes, in cujus Tabernaculo requievit, & nos currentes in stadio Sophiæ, in Majestatis Vestræ *Warta*. Convertat ergo Majestas Vestra benignos consuetæ Misericordiæ oculos ad supplices preces, & humiles oblationes, veluti devotionis nostræ tesseras, amoris symbola & æviternæ submissionis, subjectionis & obligationis anathemata, totumq; studium Amadæum gratiis suis, & favoribus Cælestibus consoletur. Amet Majestas Vestra quæ nominetenus sola posteriori litera proposita priori, in re cupit, & debet *amari*. Ita vovent & precantur

Augustissima Majestatis Vestræ

Minores & Minimi Clientes, ac Servi. Professor
& Discipuli studii Cameracensis.

SERTUM MARIANUM
DUODECIM STELLARUM, SEU
DUODECIM ROSARUM LOGICALIUM.

*Ad mentem Sanctissimorum Doctorum AUGUSTINI
& BERNARDI, ac Subtilissimi*

JOANNIS DUNS SCOTI.

L.
Dum medium iter in cursu nostro Sophiæ
 agimus, sistere cogimur, quoniam *Mundi*
Atlas MARIA Atalantam sanctiore vicissitudine
 cambians *Hippomenæos* nos, aureum exhibendo
 Pomum, inclamat, *Nondum ultra, sed Warta*, au-
 dimus nomen, & dicimus esse vocem significati-
 vam ad placitum, cujus nulla pars separata significat,
 cum tempore, est clamaret *Wart da*. Siftimus in
 corde, & organo nostro modulantes cum *Salve*,

partem Philosophiæ quæ docetur quomodo verum à
 falso determinandum sit, cujus objectum non
 est *Warta*, nec *Salve*, aut ulla vox, sed modus
 modulandi, (sciendi) hæc scientia est specula-
 tiva, licet nonnunquam practicè claves tangantur
 minus rigorosè.

II.
 Ingredimur vocati *Wartam*,
 quemadmodum Filius Virginis olim intravit
 in castellum quoddam, utrobique suscipitur
 licet,

fieri, utrobique *Martha & Maria*, utrobique duae forores; in isto erant realiter distinctae, non ex eo quod in ipsis reperiebatur producentis & producti oppositio, haec etenim universaliter non sufficiunt, ut quis aliqua realiter distingui afferat, sicut nec actualis separatio, nec potentialis, sed ultra adhuc esse debet proportionalis. Non sunt tamen se ipsis ita distinctae, sed per aliquod superadditum, quod in Organo nostro positivum dicitur.

III.

In *Warta Martha* est, est pariter & *Maria*, nam in Virgine in vestitu deaurato, & amicta sole, Mellifluo Ecclesiae doctore teste, est *et orium Mariae, & negotium Martha*, voluntas nempe agenda disponens & ordinans, ac intellectus ad pedes in unico Verbo considerando conquiescens, forores duae majori tamen dilectionis vinculo unitae, ut nec divinitus separari valeant, quae tamen adhuc verè & realiter sunt distinctae, prout dici potest talis, quae non fit per fictionem, à forma, vel formalitate derivationem habet, ut dicatur formalis, quam non modò inter has forores, sed etiam in aliis gradibus Metaphysicis, ipsoque supremo numine, adjuvante Castrorum Acie, propugnans.

IV.

Warta Castellum mundum est Scopà Lazari haud indigum, quoniam in Virgine nec cortex actualis, nec nodus originalis culpae fuit, adhuc tamen montes ejus parturiunt feras nonnullis monstruosas, ut eas penitus negent, verumtamen tales, quae à principali causa progignente rationis entia dicuntur, omninò admittere nihil penitus vetat, quas ex aequo dividunt forores ambae, intellectus & voluntas, ut aequaliter eas venari valeant. Sensibus tamen id absolute negatur. De Phantasia sub iudice Iis est. Deus habet supremum dominium, qui intelligendo & negando ipsis dat esse objectivè.

V.

Warta exigua villa non est, ad quam inhabitandam Regia sponsa sponsum invitat (Cant. 7.) *commoremur in villis*, per gratiam & miracula, sed est universalis Portus, & communis civitas refugii, quales plures Synogica vidit Antiquitas, & modò non est ita una, quin sit etiam multiplex & communis, prout quoque sentimus de aliis naturis, ut proinde non sint nudae voces & leves flatus, sed verè naturae communes, quamvis non existant nisi in singularibus, quae actu multiplicari opus non est, sed sufficit posse divinitus, non intellectualiter, sine religioso singularitatis vitio cum singularibus realiter strictè non conveniunt.

VI.

Magnae Dominae de Warta, cui magna fecit qui potens est à quinque saeculis miraculis & prodigiis illustrissima, veriùs Serenissima universa subjecimus, quae quinis comprehendunt intentionibus Porphiritae, nos verò tantae Dominae servi liberi ab hujus lege, in similibus intentionibus teneri non volumus, quin plures intentiones, vel pauciores facere possimus, de quibus univoce, &

veluti genus praedicatur universale, quae ratio praedicandi est in quid incompletè de pluribus specie differentibus, sine quibus esse nequit; cum verò praedicatur de pluribus numero, id facit mediata, si tamen nonnunquam etiam immediate dicat, tunc specie decorabitur.

VII.

Wartensis nostra cuius sit speciei, quae Imperio digna dicitur, hinc praedica, quia tota pulchra est, quae edidit speciosum pro filio hominum, cuius cor uno crine colli sui vulneravit, subiecit se nihilominus ut *Avillam* humilem; species nostra subiecit generi, per hoc tamen non admittitur ad dignitatem, & statum universalis Dominae, sed per praedicari de pluribus singularibus, à quibus potest abstrahi conceptus communis, non tamen à Maria, quia haec sola Virgo singularis est, licet conceptus ejus sit commune bonum. Principium ob quod singularis est, non est statura procera, quae dicitur Cedrus exaltata in Libano, Cypressu in monte Sion, nec formarum, aut accidentium, habituumque collectio, quae vocatur circumdata a varietate, ut sola sit sine exemplo, sed quia haec est.

VIII.

Warta Domus Regia est, quia in ea habitat & Medica, salus infirmorum, & panis abundat (Isaia 3.) consolationis; ac substantia multa valde, ut ipsa nullius sit indiga, omnes ipsius; substantia domus princeps praedicatorum, quae infra & supra decadem extendere valet, capit omnes substantias creatas, completas, per se unas directè, ipsamque Reginam nostram, non tamen ejus Filium & DEI Verbum: Haec etiam sic existit, ut nullius indigeat ope, omnia alia entia tamen ab ea veluti familiarium dependant mediata, vel immediate, duae pedisiquae generales & absolutae sunt, quantitas & qualitas, quarum essentia non est inherere actu, vel aptitudine, sed radix à qua talis inhaesio pullulat.

IX.

O Silesia! Quam magna domus *Warta*, & ingens locus possessionis ejus, quam elegit & sanctificavit Dominus, ut in cunctis nationibus nominetur, quoniam magnum nomen ejus est in gentibus, tota quantitas tamen distinguitur à substantia, idque realiter, ejus ratio non consistit in mensura, quamcunque excogitaveris, nec in divisibilitate in partes integrales, nec in extensione in ordine ad locum, sed in connaturali exigentia extensionis impenetrabilis in ordine ad locum. Illud per quod domus magna sanctificata est, est qualitas bona sanè nimis, quae in communi dicitur accidens bene, vel malè afficiens subiectum, quantitate in perfectione praeripit palmam, illa substantia tamen magis est intima.

X.

Warta quibus gaudeat respectibus sufficientissimè proclamant sanctam & sanctam concursus populorum, & turba clientum, solemniore tamen inter omnes est, de quo nobis sermo quoque esse potest, quem in Canticis canit intonans, *Dilectum meum mihi & ego illi.* (Cant. 2.) est namque respectus, cuius totum esse consistit ad aliud se habere,

Gggggg 2

quod

quod esse verum est accidens à fundamento & termino distinctum, ordinariè terminari petens ad absolutum, nisi sit fundamentum respectus, quod fit dum unus alium fundat, id verò fieri nequaquam implicat, multiplicatis terminis semper multiplicantur. Duplices esse testantur in *Warta* Clientes votis ad extra, absq; eo quod intrinsecus latet.

venire : *Warta* vox est instituta ad significandum primariò locum Virgini Matri sacrum miraculis clarum, secundariò conceptum mentis de ea loquentis.


XII.

Pro Corrollario Coronæ, Sertig;

Mariani, *Wartam* dicimus Domum esse tantum *Non Deæ*, quia *Mariæ*, quæ est *Mater pulchre Dilectionis*, timoris & agnitionis, & *sanctæ sp̄i*, in ea est omni gratia vite & veritatis, quæ veritas (namq; *Dominæ* est;) manet in æternum, sicut & quidquid aliàs de *Warta* prædicaveris, *Virginem* hanc plura quæ scientia experimentalis de *Mytheris* fidei clarè cognoverat, obscure simul credere potuisset vel credidisset, non videtur negari debere, in quam omnes thesauros summa contulit *Trinitas*, cujus opus ultimum & nostrum *Refugium* primùm verè est, *MARIA* Mater sp̄i consolando in *Warta*.

XI.

Si quæris : signa & prodigia quando erunt in Sole & Luna i *Wartam* inspicere & videbis surdos audire, mutos loqui, amentes ratiocinari, & cæcos videre in *JESU* & *MARIA*; signa hæc supra sunt naturam; quæ sunt naturæ conformia, alia sunt nata, alia data, quæ divisio omnes notas comprehendit, quæ *Instrumentum* nostrum organum pro præsentis statu requirit, unde de formalibus nihil scire volumus, quia *D. Aurelius* bene dicit, signum esse id quod præter speciem quam ingerit sensibus, aliud facit in cognitionem



THEOREMATA MARIANO - BERNARDEA.

Ad mentem Subtilissimi Doctoris Theologorum & Philosophorum Principis JOANNIS DUNS SCOTI, SUPREMI NUMINIS AUGUSTISSIMÆ FILIÆ INFANTI COELESTI, Serenissimæ Reginae & Archiducissæ Univerforum Potentissimæ, MARIÆ ΘΕΟΤΟΚΟ, Dominæ Clementissimæ, Sanctissimæ, Misericordissimæ

Dicata & Dedicata.

I.

(a) Bernar- dus hom. 2. supermissus.

Rubus ille *Mosaicus* (a) quid portendebat, flammæ quidem emittens, sed non ardens, nisi *Mariam* parientem & dolorem non sentientem? Quid *Virga Aaron* florit, nec humectata, nisi ipsam concipientem, quamvis virum non cognoscentem. *Logica Rubus*, spina est incipientibus, ardet tamen ut scientia, speculativè præluceat, sic necessaria, ut sine ea, si non cæcutias, saltem caliges, unde licet famuletur ut *Ancilla* humilis, dominatur tamen ut *Regina* cum *Rege Rhanno*. *Domestici* ejus omnes vestiti sunt duplicibus, non lanam operatur, nec linum, sed uodum sciendi.

distinguiamus; quæ inter res & res est, realitè strictè est.

III.

Crudeli Eva (c) per quam serpens antiquus etiam ipsi *Viro* virus infudit, sed *fidelis Maria*, quæ salutem *Arctidorum* & *viru*, & mulieribus propinavit, illa ministræ seductionis, hæc propitiationis, illa suggestit *prævaricationem*, hæc injectit *Causam Redemptionis*. Similis *Antithesis* est inter ens reale & rationis, illud esse habet reale ad extra, aut habere potest, hoc non nisi per fabricationem, & machinationem potentis potentis fabricare, qualis sunt, *Deus*, *Intellectus*, *Voluntas*, *Phantasia*, nullus tamen sensus pedisequus, &c.

II.

(b) Serm. 52. de divers.

Sapientia, quæ *Dei* erat, & *Deus* erat (b) de sinu *Patris* ad nos veniens adificavit sibi domum, ipsam scilicet *Matrem* suam *Virginem Mariam*, in qua *Columnas septem* excidit, fide & virtutibus dignum habitaculum efficiendo eam, quarum licet aliquæ in intellectu, aliæ in voluntate fuerint, hæc duæ potentia tamen realiter distinctæ non fuerunt, sed formaliter tantum, sicut & ipsa *sapientia Dei* ab ejus *Essentia*. Reliqua omnia positive

IV.

Non est (d) quod magis deleter, nec est quod magis deterreat, quam de *Gloria Virginis* habere sermonem, ut enim *isleam* ineffabile privilegium meritorum, & prerogativam singularem, tanto eam devotionis affectu amplectuntur, honorant, suscipiunt, ut dignum est, universi, ut licet de ea loqui gessiant omnes, tamen quidquid dicitur de indicibili, eo ipso quod dicitur potuerit, minus gratum sit, minus placeat, minus acceptum.

cur. Quæ aliàs Logicè de rebus communibus in singularibus per indifferentiam existentibus cum vera unitate & aptitudine dici possunt, abfolvuntur per quid & quale, & quod dici possint, prædicabilia dicuntur, quæ ad certum numerum non sunt obligata, Genus petit plures species posibles, species individua, quæ non sunt tantæ paupertatis ut in communi Conceptum superadditum non patiantur; in esse hoc autem constituitur per hoc, &c.

V.

(c) Serm. 2. de Adventu. *Virgo Dei Genetrix* (c) *Virga est, flos Filius ejus, flos itaq; Filius Virginis, flos Candidus & rubicundus, electus ex millibus.* O Virgo Virga sublimis, in quam sublimem verticem sanctum erigis, usq; ad sedentem in throno, usq; ad Dominum Majestatis, neq; enim id mirum, quoniam in altum mittis radices humilitatis.

(f) Serm. paneg. ad R. V. *Ille electus ex millibus* (f) *electa ex millibus feminarum; ille electus ex omnibus quæ sunt, tu electa ex omnibus quæ per ipsum sunt.* Hæc sunt summæ & sanctissimæ Relationes mutux, quæ ad suas rationes fundandi terminantur, una aliam fundare potest, quæ toties multiplicabuntur, quoties termini plurificantur, sunt adhuc accidentia distincta à subjectis, sicut etiam quantitas à substantia.

VI.

(g) Serm. 1. de Desipara. *Magna planè visio* (g) *rubus ardens sine combustione; Magnum signum, mulier amicta sole, non est rubi natura operum undiq; flammis manere incombustum, non mulieris potentia, ut suffineat solis amictum.* Admittimus signum supra naturam, signum ad placitum, quia sibi sol Justitiæ vestiens in ea complacuit, præter talia alia sunt naturalia, de formalibus post Aurelium currentes, nihil scire volumus, omnia vocalia & scripta primò rem & vocem significant, secundò conceptus.

VII.

(h) Serm. 2. de Adventu. *Verè* (h) *caelestis* (Maria) *pretiosior cunctis, sanctior Universis!* O verè lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis! Deprehensa est, maligne serpens, veritas tua, duo imposueras Creatori, mendacium & invidia insinaveras eum, sed in utroq; convictus es esse mentitus. Cum dixeras, nequaquam morieris, cum omnes propositiones de futuro contingenti determinatæ veræ vel falsæ, nec una de fallitate transeat ad veritatem. Quæ tamen vera est, verior fieri non potest, potest tamen esse falsior, nempe intrinsecè.

VIII.

(i) Serm. Paneg. *Hortus deliciarum* (i) *nobis est sacratissimus tuus uterus ô Maria, quia ex eo multiplices gaudii flores colligimus, quoties mente recolligimus, quam magna multitudo dulcedinis toti orbi inde affulsit.* Hortus conclusus tu es Dei Genetrix, ad quem deplorandum manus peccatoris nunquam introivit. Tu sanctorum areola aromatum, à caelesti consista pigmentario, virtutum omnium speciosus floribus delectabiliter vernas, inter quos pulcherrimos flores tres miramur in Te, ô Excellentissima! Hi sunt, quorum odore suavissimo rotam domum Domini replet, ô Maria, viola humilitatis, Liliū Castitatis, Rosa Charitatis! Viridarium scientiarum Physica speculativa, amoenissimum tribus principiis inscri veluti floribus ornata, humilis materia, cum actu entitativo omnium Physicorum capacissima & cupidissima, cum non modo absentes eum delectu meliorum, sed

etiam cupiat præsentès & destructas, sine quibus non nisi supernaturaliter esse potest & duæ in una, & una in duabus, &c.

IX.

Cui assimilabimus Te Mater pulchritudinis? (k) *Serm. verè Paradisus Dei es Tu, Fons vitæ, qui ex ore Altissimi mi prodiit, de medio ventris tui exiit, atq; inde in quatuor capita sese dispergens ad irrigandam faciem arentis mundi emanavit laticans Civitatem Dei.* Physicalium rerum Principia ad extra sunt quatuor Causæ; Materialis, Formalis, Finalis & Efficiens, secundùm hanc substantia producit substantiam, eaq; sola, non solam tamen, quia etiam accidens, tum in proprio subjecto, tum alieno attingere potest, id verò non semper, nempe tunc cum similis est qualitas producta existenti in producente. Quamvis simile non possit agere in simile secundum, si sola rusticitate crassitiei, & humanitate lenitatis differant.

X.

Deum hominibus (l) *Deus inquam, cui Angeli subditi* (l) *hom. 1. sunt, cui Principatus & Potestates obediunt, subditum supermissum erat Mariæ, non tantum Mariæ, sed & Joseph propter Mariam. Uirum, stupor, utrimq; miraculum, & quod Deum femina obtemperet, & quod femina Deo principetur.* Unde licet omnes effectus Causarum secundarum dependant à Deo, ita tamen cum iis concurrat, ut eam tamen non præveniat prædeterminando, sed determinationem in specie relinquit Causæ, sibi verò reservat individui.

XI.

Novi Cantici (m) *dulcisonos depromere, vel exprimere modulos, nec ipsarum quidem Virginum ulla supermissa digna invenietur, quia soli meridò decantandum servabitur, quæ sola de partu, & de partu divino gloria-tur, non in sese, sed in ipso quem peperit, Deus siquidem Matrem suam singulari in Cælestibus donaturus gloria, singulari in terris præveniri curavit gratiâ; Eam elevando per potentiam obedientialem, quæ in omnibus rebus passiva datur, non tamen activa, hinc nulla Creatura creare potest, nec se ipsam adesse ponere. Potest tamen ponere adesse aliud in loco, ubi non est, quod Deus etiam posset, si ubique non esset.*

XII.

Aperi Virgo sinum (n) *expande gremium, grævida eris, sed non gravata, paries, sed non cum tristitia, ne-scis virum & gignes Filium; Qualem Filium? Il. Supermissa. hinc eris Mater, cuius Deus est Pater, Filius Paternæ Charitatis, eris Corona tuæ Castitatis.* Non est tamen secundum idem, quia unus idemq; effectus à duabus Causis, totalibus simul & semel produci nequit, bene tamen divisim. An prius de fine etiam sit verum, res dubia est, cur tamen dispensationem facere necesse sit, nullum finem video. Propter finem agunt homines rustici, an tamen ipsi magis cognoscant connexionem in multis, quàm bruta, viderint illi, qui eos quid medium dicunt, quare etiam illa dici possent agere, Deus etiam propter finem agit, & finis non est.

XIII.

Virgo Regia (o) *Ipsa est via per quam advenit (na-tus secus viam) procedens ex ipsius utero tanquam sponsus de thalamo suo, tenentes ergò viam ad eam, & nos ad ipsam per eam, qui per eam ad nos descendent.* Hæc via neminem excludit, ubique invenitur, licet

licet ipsa non sit ubique; divinitus tamen in pluribus esse potest, sicut ipsa scit plura fuisse in eodem loco. An autem locus esse possit sine omni corpore non videtur negandum esse activitati Angelicæ, minus Deo, Natura tamen inferior non faciet hoc, quia nimis abhorret.

XIV.

(p) Serm. 2. de Advent. *Virginis Alvis (p) floruit, sic inviolata, casta & integra Maria viscera tanquam pascua aeterni vigoris florem protulere, cuius pulchritudo non viderat corruptionem. Non est igitur generatio unius, corruptio alterius, sunt etiam duæ diversæ & mutationes & actiones. Alteratio generationem præcedens fit successivè sine morulis. Eius intentio non fit per casum ablativum, sed dativum, hinc priori nihil auferimus, sed addimus semper aliquid homogeneum, heterogeneum hic in Schola Scoti heterodoxum, an autem etiam sit tale asserere qualitates elementorum & mixtorum heterogeneas esse, dic, quod lubet, nos dicimus contrarium.*

XV.

(q) Serm. 2. in Dent. *Germen Domini (q) IESVS Christus solus de mundissimo conceptus semine. Mater ergo eius purissima concurrebat, quare nec aliis negandum est, nulla tamen attingit unionem animæ rationalis. Corpora generata verè etiam nutriuntur, contra Magistrum clamant discipuli, quæ si rarefiant per corpora hoc contingit, quæ licet parva sint magnum tamen faciunt.*

XVI.

(r) Serm. 1. in Assumpt. *Christi generationem (r) & Mariæ assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratia adepta est in terris præ cæteris, tantum & in cælis obinet gloria singulari. Quod si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deum diligentibus se, quod præparavit gignenti se, & præ cæteris diligenti, quis narrabit? Sed nec quid Cælum sit, sufficienter sciunt Physici, quod de die Cyclops est de nocte Argus, tot oculis tamen adhuc cæcum est, & quia nihil invenio per quod audiat vel sentiat, ad intellectiõnis vitam est indisciplinabile, multi nimium fidunt telescopio, & inde præsumunt sibi stellas redigere ad numeros, cum tamen solus Deus eas numeret, & eis nomina vocet, imò hebdomadam vaga-*

bundarum non probamus. cùm tubus astrorum proditor plures manifestarit, nec Jupiter vagatur unquam inermis.

XVII.

Quid ad Mariam (s) accedere trepidat humana fragilitas? Nihil auferum in ea, nihil terribile, sua suavis est, offerens omnibus lac & lanam. Expectus est illud mellifluus cum Hermanno, quibus de hoc gustare concessum fuit, non tamen quædam de anima, nam est inanimatum, sicut sanguis & omnes alii humores, quæcumq; animæ indivisibili & divisibili, talis est in omnibus brutis, præter hominis, in quo non est, nec sunt alia, licet etiam admittat sociam formam corporeitatis.

XVIII.

Virgo Regia gemmis ornata virtutum (t) geminog, mentis pariter & corporis decore præfulgida, specie sua & pulchritudine sua in Cælestium regina, Cæli civium in se provocavit aspectum, in ut & Regis animam in sui concupiscentiam inclinavit, & Cælestem nuncium ad se de supernis educere. Decor corporis tunc sensus, qui animæ custodes in Castello altiore residentes, veluti in specula de objectis propriis & communibus frequenter veritatis sunt prædones, non sunt tamen incorrigibiles, nec ut tales eji debent, alioquin nulla acquireret specierum spolia, quarum receptor & dispensator unicus est sensus communis, in cerebro residens; Mentis decor est filius verbum, quod est qualitas spiritualis.

XIX.

Magnum est Angelo (u) ut Minister sit Domini, sed Maria sublimius quiddam meruit, ut sit Mater sacerdotis itaq; Virginis supereminens gloria est, tantog excellentior Angelis facta munere singulari, quam differentius nomen Mariæ præ Ministeris accepit. Mariæ, solus Deus, huic supereminet solum Ens secundum Conceptum formalem (qui communis est Deo & Creaturis, substantiæ & accidenti) non tamen ex natura rei ab illis præcisus, Enti reali autem & rationis nullus talis conceptus communis datur. Creaturæ tam pauperes non sunt, ut nihil ipsæ habeant sine Deo ab æterno, quamvis valde diminutum sit. Omnium esse distinguatur nullo modo realiter ab existere.

THESES PHILOSOPHICÆ TRIUMPHANTIS ECCLESIE CATHOLICÆ.

I.

Triumphat Ecclesia Sancta Dei de Potestatibus, & Rectoribus tenebrarum harum, Oratione & Doctrina (a) etiam Logicali. Hanc enim (b) nunquam Doctrina Christiana formidat. (c) Quæ ad omnia genera Quæstionum, quæ in sacris Litteris sunt penetranda, & dissolvenda plurimum valet. De se est scientia speculativa, & etiam si praxis remittat rigorem, practica, objectum habet modum sciendi, est & ad alias scientias necessaria plurimum, non tam omnimodè, nam Iumento facilis (d) pedibus difficilior, sed tamen & pedibus pervenitur, sic est de Logica.

(a) Ambr. de Vid.
(b) Aug. lib. 1. contere. c. 20.
(c) lib. 2. Doct. c. 31.
(d) Aug. Serm. 31. V.A. cap. 12.

vitæ abscondi nescia, per Prædicatorum dupliatis Naturæ Gigantem, de Tyrannis & Rebellibus, duobus gladiis, (e) unus ab ea, alter pro ea excrucendus; ille sacerdotis, is militia manu regendus, quos distinguimus non per hoc, quod unus non sit alter, sed per aliquid positivum, quæ distinctio versatur inter res & res, habetq; vel separationem, vel separabilitatem, vel æquivalentiam pro signo: penes hanc est alia, quæ versatur inter res reales, & hæc tam in Deo, quam in Creatis esse docens Scotus, cum Ecclesia triumphat contra Gilbertum.

II.

Triumphat Ecclesia invictissimum fortalium supra Petram fundatum & ædificatum Ci-

III.
Triumphat Ecclesia Cymba (f) jactata & fluctuans, nunquam tamen mergens, contra Myoprones, Schismatarchas, Caccidiabolos, Piratas, quos

quos omnes de gremio & sinu excludit, non tamen hircocervos, tragalaphos, onocentauros, qui in Ecclesia per phantasmata, intellectum, voluntatem producantur. Imò Navarchus superius, dum eas negat, gratiam præstat, ut sint.

IV.

Triumphat Ecclesia, veluti fulgentissima stella de omnibus nebulis & nebulonibus, verus Asterismus septennis constans fideribus, *(g) quæ tener in manu sponfus Agnus.* In Logica Asterismus est Porphirianus de quinque stellis, qui lucem suam ubique diffudit, verum ejus comites, & augeri & minui possunt, quotquot tamen erunt, lucem communes erunt secundum naturam, semper in singularibus reperitur, in quibus per indifferentiam infunt. Imò ab ipsis singularibus abstrahi potest conceptus aliquis communis.

V.

Triumphat Ecclesia, in vestitu deaurato meritum circumdata varietate ordinum, & Religiosorum, à quibus quot respectus sortiatur, hinc judices quod multiplicentur, sicut multiplicentur Professori ex Discipulis, Patri ex filiis, Dominis ex servis. Respectus autem natura in accidente consistit, quod fundamentum & termino superadditum est, à quibus etiam specificatur, & terminatur ad absolutum.

VI.

Triumphat Ecclesia inter quascunque presuras, illustrius, imò Serenissima in signis & prodigiis, quæ Pater usq; *(b) nunc operatur,* & operatur Dilectissimus, de falsariis, mendacibus, Agyrtis &c. Logica signum quodlibet instrumentale (formale enim rejicimus) præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliud in cognitionem venire. Sigeberti Amen quod Amando sancto respondit aqua se tingenti, non conceptum, sed rem significabat primario, idem facit Ecclesie sponsi Scriptura: *Si quis sine peccato est, mittat prior in eam lapidem.*

VII.

Triumphat Ecclesia irreprehensibilis fidei Magistra, omne irreprehensibile defendens, *omne namq; (i) quod est contra Evangelicæ, vel Propheticæ, vel Apostolicæ doctrinæ constitutionem non stabit,* nec unquam vera fiet propositio, quæ falsa fuit, quidquid tamen dictum est per Apostolicos & Sanctos de futuro, unum determinatè fuit verum & alterum falsum post præscientiam divinam, secus eà inclusa. Non implicat stare simul opinionem & scientiam cum fide.

VIII.

Triumphat Ecclesia *Vinea Domini Sabaoth (k)* de Ægypto translata, plantata, operiens montes umbra, & palmities extendens usq; ad mare. Psal. 79. de Vulpeculis & apris, teris pessimis, & singularibus. Triumphat scientiæ in Physicæ amenitate, quæ speculative corpus naturale contempletur. Tria habet principia in fieri, materiam nempe, formam & privationem, in factò esse duo. Unio excluditur, quamvis ad constituendum totum sit necessaria, eaque duplex; non est tamen principium, nec quid substantiale. Totum distingui vel non distingui à partibus simul sumptis utrumque bene tenet Scotista.

IX.

Triumphat Ecclesia *Puffillus Grex (l) humilitate, quantalibet (m) numeros ate dilatata.* De superbis & elatis, veluti mulier sub potestate viri; Insigne Paradigma materiæ, quæ quamvis omnium rerum sublunarium compositarum Physicè essentias ingrediatur, subiecta tamen est, omnibus, ut vix credatur habere, quem habet actum entitativum, & quamvis sit potentia pura Physica, nullâ aliâ potentiâ tamen adjunctâ recipit formas, quas appetit eum delectu, & licet esset sub perfectissima adhuc peteret imperfectionem.

X.

Triumphat Ecclesia tota amabilis de invidiosis, *Annea tota, quæ diligitur ab Helcana, tota pulchra, in qua sudores, non tamen macula & ruga;* In forma quid esse potest informe? Quæ sola informat, & actuat, una quidem unam, imò una duas, & duæ unam; si polygamia est, Deus dispensare potest; imò si subordinentur, sicut Ancilla Domine, licitum est & citra dispensationem plures ponere, & sunt defacto, quod simus fortè partiales, non negamus, sunt enim formæ partiales.

XI.

Triumphat Ecclesia *Prudentissima Dispensatrix Mysteriorum (n)* licet contemplativa sit ut Maria, sollicita ut Martha *(o) letificans virum,* sedulitate, omnibus motum influens, qui est *Actus entis in potentia prout in potentia,* hic in projectis provenit ab impulsu, in gravibus deorsum & levibus sursum à gravitate & levitate. Ubique est Ecclesia diffusa, nihil tamen ubi-que sit, nam licet unum corpus in pluribus possit esse locis, non tamen in omnibus. Ubiquitarum Pater Zytho bibulus frequenter in suo organo vitreo vacuum fecit, quod natura horret in suis partibus, Angelum excedit, Deo tamen obedit.

XII.

Triumphat Ecclesia *Regnum Colorum (p)* Em-pyreo æmulum, de styge & Acheronte, septem ordinibus, veluti septem planetis decoratum, & præfulgidum, qui non cessant inquam laudare Dominum, suntque in perpetuo operationis bonæ motu, non secus ac illi, quos veneratur Telescopicus tubus, qui in Cælo primo discurrunt, in secundo sunt stellæ fixæ, & tertium est beatitudinis. Stellæ firmamenti nemo numeravit, nec distantiam cognovit. Ipsi Cæli tamen perfecti sic sunt, ut perfecti dici possint, primum fluidum, secundum solidum, de tertio in nullius hominis cor ascendit, præterquam quòd ab æterno non fuerit.

XIII.

Triumphat Ecclesia *Macrocheira inconsutilla* quadripartita de quatuor partibus mundi, in quas divisa est, *pro qua (q) salva Christus caput suum seque totum exposuit.* Pythagorici quaternarium numerum (*tetraactin*) perpetuum naturæ fontem appellant, Physici quatuor elementa, in quæ omnia mixta resolvuntur, ipsa tamen irresolubilia sunt, licet commutabilia, nec proinde tamen continentur in mixtis formaliter, sicut nec qualitates primæ, quæ sunt diversæ speciei à mixtorum qualitatibus, imò etiam illæ quæ appellantur symbola.

XIV. Tri.

(l) Luc. 12.
(m) Beda lib. 4. c. 54. in Lucam.

(n) Amb. lib. 3. de sac. c. 1.
(o) Sap. 26.

(p) Greg. lib. 30. moral. c. 24.

(q) August. tract. 11. in Joan.

XIV.

Triumphat Ecclesia Gynē-Parthenias virginitate & fecunditate de Scotis, impuris, Pseudo-Catharis, est enim Virgo (r) castitate, Mater est prole, sine dolore, sed cum gaudio Angelorum pariens, reliquæ Matres cum corruptione, cum dolore, & licet activè concurrant, unionem animæ non attingunt, si rationalis sit, quæ nec sanguinem, nec ullum humorem animat, licet amet. Jus quod habet in corpus per celsionis viam à priori non acquirit. Rarefactio fit per corpuscula. Intensio per additionem gradus ad gradum. XV.

Triumphat Ecclesia universalissima evoca-

tio, & suprema sedes, quæ à nemine judicatur, scientiarum Columna, Firmamentum, Regina, quæ tam clara est ut Evangelio non crederem, nisi Ecclesiæ Authoritas id assereret, ex qua proinde omnia fides suum sumit principium, sicut ex Metaphysica aliæ scientiæ. Ejus objectum est ens reale ut sic, commune accidenti & substantiæ, Deo, & creaturæ, de quibus licet abstrahatur conceptus communis formalis, nequit tamen abstrahi conceptus objectivus veram importans realitatem. Creaturæ habuerunt diminutum aliquid à se, quarum essentia ab existentis non distinguitur.

THEOREMATA EX UNIVERSA PHILOSOPHIA.

Ex Logica.

I.

Logica scientiarum Janua, ut tibi pateat apud nos introitus speculativè clavem hanc accipere debes, in praxi enim non succedet, an autem fur & latro sit dicendus, qui per hoc ostium ingressus non fuerit ad alias scientias? Minimè: nam simpliciter & absolute necessaria non est. Logici Modestiarum amatores in habitu non sunt superflui, nam totà vità unico contentantur inconfutibili.

II.

Si cornuti sunt, ut Logici vocantur vulgò, objectum eorum non queras, nam hircocerum dicere poteris; verum ne indignentur, quoniam non libenter hirci audiunt, eò quod fit ens valde objectum, nec placantur oratione, vocibusque; quare alio bono modo cum ipsis convenias, disferendi.

III.

Logicæ Professores Scotistæ bene docent, nam bene distinguunt, quia virtuosè, ubique occinentes, medio turissimus tibi, æmulatores tamen habent plures, putantes quòd sit modus in rebus: Ultra modum feriri se existimant, dum formalem asserimus tam in creatis quàm divinis.

IV.

Chymæricum est chymæras negare, sed & dico chymæras exoticas & exosas proferunt, qui res visas, vel auditas chymæras appellant. Chymæra tantummodò habet esse in intellectu objectivè, unde non est nihil, & si nihil esset, quod vulgus pro oculis bonum putat, hoc tamen nihilum facere non posset oculus.

V.

Imò etiam omnibus aliis sensibus prohibitum est hircocervos venari sub pœna impotentia, quia hoc est Regale Regis potentiarum; si tamen supremum numen talibus feris vesci cuperet, nunquid interrogabit te? Nam ipsius sunt etiam hæ feræ Sylvæ.

VI.

In universalis fabricatione universa vanitas est, & afflictio capitis, in quo non minus divinus, quàm Epicuræus delirant, quare nos faciliiori modo illud dari distinctum & indistinctum à singularibus, in ipsis tamen per indiffe-

rentiam affirmamus vera cum unitate, statuerent ad numerum quinarium, stat nobis voluntas Porphyrii pro ratione.

VII.

De genere suo ait Politicus, Italiam quæ Patriam genus à Jove summo, Rhetor demonstrat, Logicus in quid de pluribus specie differentiibus prædicat, illi in Avis, Proavis, Atavis, hic totam essentiam quoad perfectionem intrinsecam Metaphysicam, non verò Logicam, in uno inferiori salvat.

VIII.

Species per prædicabilitatem de pluribus numero differentiibus rationem universalis fortitur. Contentiones vetulinx sunt mulieribus relinquendæ de inæqualitate specierum, quia & rana putat se esse Dianam, nos de specie dicimus plures ejusdem perfectionis esse posse probabiliter.

IX.

Decadem Aristotelicam portamus quidem, verum ad dicendam eam non sumus obligati, non sunt omnia decem ita conflata, quin distinguantur realiter: Substantia est per se positive, inhospitalis quantitas expellit omnem aliam, qualitatis affectio eadem non est in omnes, nam bene, vel malè afficit.

X.

Humanistæ nesciunt quid significet Scriptura, nec tamen propterea erubescunt, quia dicunt tamen multi Logici nesciunt quid significet vox? Nos tamen dicimus, quòd Scriptura significet vocem, & vox rem primariò, si tibi displicet, nihil tamen dicas, quia alias statim intelligemus conceptum tuum, licet secundò.

XI.

Parvam in propositionibus videntur habere veritatem, qui eam majoratús incapaces judicant, quasi verò semper minorennis esse deberet, cum ipsa falsitas fiat major. Non transeunt de domo in domum, quia hoc non est de virtute in virtutem, sed de falsitate in veritatem: Erit, vel non erit; unum determinatè verum erit.

XII.

Non omnia scimus, sed nec omnia ignoramus, Quare? quia laborat extrema necessitate ad non

(r) Ambr.
lib. 1. de Virginit.

non contradicendum, vel contrariandum qui premisit binas. An nobis Herculæ suppetunt vires? qui plus ultra scire, opinari, simul posse & credere affirmamus.

Ex Physica.

XIII.

Studio Logicali defuncti, limina Physicallium terentes in principio triadem veneramus Principiorum fientes, facti manemus in geminis, materia in copia perfida, fragilis forma in forma, tertium tandem est nihil.

XIV.

Idolum avaritiæ materia, formata, in fatiabili formarum voragini, tam deesse videntur quas habet, quam quas non habet, cum omnes appetat sine delectu, avaris in hoc felicior, quod spoliari omnibus non timeat, nisi ab eo in cujus manu sunt omnia, quod si omnibus omnino exueretur, ab omni actu non maneret nuda.

XV.

Deformissimus est, qui formas omnes dari negat, ultra nos plures in eadem materia esse posse artifices Deo dicimus, sicut etiam eodem textente eadem in materiis pluribus. De partibus & corporeitatis in dubium non vertimus: tutius & securius dicimus esse, ad separabilitatem cavendam duplici nexu eas adunare.

XVI.

Per compromissum causis apud nos agere non licet, minus se ipsum ad esse aliquid ponere, substantia de substantia sola produci vult, imperfectionis est ab accidenti, accidens potest ab utroque; Cum secunda concurrat Causa prima ad omnes effectus, immediatè & determinatè, non verò ad mentem Thomistarum determinando.

XVII.

Ut plurimum valuit ratio statûs, quare etiam statum in speciebus dari dicimus; evacues etiam totam Angelicam naturam, nihil tamen deprehendes quod vacuum facere possit. Non bene, imò nullo modo duo corpora in eodem possunt morari naturaliter loco, bene tamen supernaturaliter, sicut etiam unum in pluribus esse potest.

XVIII.

Elementa nostra quatuor in puteos demersimus alto, in cuius altitudine si scrutatus ea fueris, nec in fundi Petra invenies aliquid de ipsis præter virtutes eorum. Has recensemus ipsis vernaculas pariter quatuor, copulam autem binas & binas, quia societatem multum amant, hac tamen lege, ut una supremum habeat Dominium, altera cum ipsa ludat ad intra.

XIX.

Per has etiam elementa dicuntur symbola, cum tamen ipsæ inter se nihil reverà teneant de symbolo: Inter illas enim talis est concordia qualis inter fratres, in minoribus sese amplexantur, & si hæc excrescunt ad summum naturaliter Vatiniano magis odio se habent, gratis tamen ad Factoris Divini mandatum.

XX.

Si Qualitates obsederis, munierisq; armata manu contraria, nil debilitabis vires, sed vires unies: etsi iterum causam earum productivam rectè agere non permiseris an putas cessabit ab actione? crede mihi quod se multum reflectet, nihil causæ tuo tamen adscribas obstaculo.

R. Amandi Hermann Metaphysica.

XXI.

Simile sibi simile quidem quærit, idque diligit, in ipsum tamen nil agit, mitigamus tamen hoc iudicium nostrum de agentibus similibus æquivocis, quibus æquum duximus ultra aliquid concedere, in intentione eorum, cum tunc asseramus majores non agere radices, facile evellere & tollere possemus rotaliter, ne tamen cum fenore resistere cogamur, malumus potius liberalitatis rei haberi, & habentibus dare ut abundant magis.

XXII.

Ne tamen sit de majoratu contentio & jurgium, gradus acceptos & superadditos facimus per omnia æquales ut sit novissimus sicuti primus. Prometheus ignem accendisse superiis fingitur, eumq; ad inferiora detulisse terræ, Phaëton verò cum quo vehebatur fabulatur cecidisse, unde dubium est, amplius an sursum sit? quare hoc opus est id evidenter probare, sed & hic labor id improbare. Elementa inter se invicem formarum scenam mutare possunt, non tamen admodum Prothei.

XXIII.

Pacificè litem inter fecundos conjuges componere volentes ne facundiam experiamur etiam partis, tantum Matri tribuimus, ac Patri. De alteratione veteramus dicere requiem etiam brevissimam, quæ per parvas morulas absolvi possit. De rarefactione corporum Authorum est factio rara, aliqui ne in scyllas, & charybdes incidant ad vacuum fugiunt, nos verò ut difficultates evacuemus, implemus corpora rarefacta corpusculis.

XXIV.

Microcosmus homo duas partes habet principales, corpus & animam, illud examinandum relinquimus Medicis, de hac etiam non quærimus quomodo stet in gratia? Sed de naturalibus, nam Ficus ea quæ in natura reperit, non rapuit. Quare pejores fisco sunt, qui tam mobilem partem ad accidens deprimunt, vel vile mancipium materiam faciunt, cum sit forma, actusq; substantialis informativus corporis.

XXV.

Cujus Dominium una ita in solidum possidet, ut nec simul, nec successivè patiatur hæredem vel cohæredem: nè tamen exinde humoristam judices, nam cum principalissimis humoribus nullum cædus, nexumq; facit, licet liquida exigat debita, sanguinemq; amaret, non animat tamen; nec mirum cum in animarum Triade sola sit indivisibiliterq; tenet, si regnum suum cupiat stabilitum.

XXVI.

Sensus de spiritibus nihil sentiunt, nec de iis audire volunt, asserunt enim esse deforis, licet divinam adhibeas compelle: quod si vim animæ intuleris, & jure belli ejus quietam turbaris possessionem, nec diuturnam possessionem, nec corruptionem præscribes, semper etenim ei manebit jus ad rem & de violentia coteftabitur, jam dudum enim à fordido appellavit Epicuræi iudicio, qui inauditibus partibus, ob destructionem corporis, totum hominè morte damnavit.

XXVII.

Rationalis etiam Anima habet duas nobilissimas collataneas, intellectum videlicet & voluntas

H h h h h

volunt

voluntatem, quarum tanta est dilectio, ut sint duæ non in carne, sed in anima una, nec hoc mireris, nam nec inter alias ulla est distinctio, sed ita sibi ex anima devincuntur, ut nullo oculo realiter distinguantur.

XXVIII.

De Præcedentia tamen frequenter contendunt, voluntas velut Regina petit habere præ, & præterit dextram, intellectus reclamat majestatem dedere corrigare, Rex sum ego inquam: ut lis dirimatur, voluntati tribuimus Imperium & intellectui Ducatum. Utriusque objectum est ens sub sua tota latitudine: Intellectus producit verbum, sed nec Authores in verbo unico convenire possunt, cum tamen nihil sit aliud, quam ipsa intellectio, quæ est qualitas spiritualis, vitalis, naturalis similitudo & imago objecti.

XXIX.

Univerforum Corona & Coronis Cælum, celatum sophis, quando ab Omnipotente manu fuit cælatum, cum tamen sacer Pentateuticus Scriptor Genesios primo principium univerforum faciat in principio. An autem Cælus quos fecit in intellectu ab eterno, extra illum fecisse potuerit, nullum vinculum tam forte, aut triplicem argumentationis funiculum depre-

hendimus, quo colligare manus tam potentes, & magnas possemus.

XXX.

Afferere Cælus, vel Univerfum sublatum perfectos non esse, aut perfectiores fieri non posse, utrumque est toto errare Cælo, primum enim est cæcitatibus arguere eum, qui vidit omnia quæ fecerat & erant valde bona, secundum infirmitatis reum facere illum. Si formam Cælorum sicut etiam ipsorum astrorum expetis, sine acimine respondemus illius esse in qua uniones sunt gratiores, rotundi, Nam hæc figura aptior est, ut ludat Numen in orbe, quem lulum si non facit per se, dispensat ut intelligentiæ habeant commotionem.

Ex Metaphysica.

XXXI.

Jam tetigimus metam in Ente, & deprehendimus quoddam Existentiæ non distinguatur ab essentia, & in omnibus Creaturis invenimus æternum aliquid, quamvis sit valde diminutum, est tamen quasi medium inter reale & rationis, Suppositivitas in Creatis nihil positivum superaddit, sed negationem communicabilitatis alteri: & quia hic in meta sumus cursus finis est.



MARIANA PHILOSOPHIA

Encomiis, & Doctorum Elogiis exornata.

I.

(a) Lit. Bern. Luc. 1. Angelorum Regina (a) & Domina Mundi MARIA Ancillam Domini se tamen profertur. Logica ab ea patrocinium speret, quæ aliarum scientiarum sic ministra est, ut tamen aliis omnibus Ducatum conferre debeat, sine qua si non cæcutirent, caligarent, speculativè objectum suum considerat modum sciendi.

II.

(b) Bernardus hom. 2. Advent. Mediatrix Mundi, MARIA, (b) & Gratiarum Dispensatrix, dividens singulis prout vult & quantum vult, sine distinctione personarum, cum jam distinctæ sint relatione pro formali, realiter quando extrema sunt res, formaliter quando formalitates, hæc & in terra, & in Cælo in Deo locum invenit.

III.

(c) Offic. conceps. Arca fœderis (c) MARIA, Corruptionis nescia, fœdi nihilominus nihil habet, in qua nulla est macula, etsi conficeret tragelaphos, & eos appeteret & vellet, nihil eam macularent, cum nec Deum inficiant.

IV.

(d) Antiph. Francisc. Gloria Jerusalem (d) levitica Israël, honorificentia Populi Maria, in gratiis & donis supereminet omnibus, eandem tamen naturam habet communem cum aliis, quæ in omnibus per indifferentiam existit, & ad minus divinitus multiplicari posse debet, ut de pluribus dicantur.

V.

(e) Lit. Refugium peccatorum (e) MARIA, Prioris status Refugii, Urbes ad se solam transtulit, non videtur etiam quare nova lex ad Porphyrianam quinarum rerum constitutionem obligata sit, ut non possit restringere, cum nec de denario

Aristotelis cum eo conveniremus, cujus quantitas a substantia distincta est.

VI.

Tot Creatura (f) servium gloriosa Virgini, quæ (f) servium Trinitati: Negare sanè non potest quin sit in respectu & apud, & ad Filium, qui ex multiplicitate terminorum plures sunt, & unus super alium fundari potest, terminari autem debet ad absolutum, estque accidens superadditum reale.

VII.

Advocata nostra (g) MARIA Domina nostra, (g) bellos supplicum misericordissimè suscipit, & Filio repræsentat, impetratque ubi vult cito, quod rem ipsam primario significat, secundario conceptum, exoptatissimum quod ipsa dedit Angelo post humilem sui recognitionem, liberum fuit, si quis tamen bis annuat in præmissis Syllogisticis, ad tertium fiat etiam compellitur.

VIII.

Signum magnum quod apparuit in Cælo (h) Mariae amictus Sole, & Luna sub pedibus ejus. Mariam esse sanctorum Patrum est vox concors & vera, non transibit in fallam, & verum est vel fallum determinatè, quidquid contingenter dici potest. Scientia stat cum fide, & opinione divinitus.

IX.

Hortus Deliciarum est Maria, Arcula Sanctiarum (i) Paradisus DEI, fons vitæ, Tempestas sanctorum amœnissima Physica, naturalium rerum fons per triplex principium in fieri, in factu esse duo, quæ non ex sese, invicem, nec ex aliis, sed ex ipsis omnia. Privatio principiat per suum non esse, nec est necessaria, ut tempore præcedat.

X. Forma

X.

(k) Aug. Formā Deitatis (k) Maria, in qua sibi complacuit Altissimū, talem enim (l) decebat habere matrem. Materia in forma sibi complacet summè, ut omnes appetat etiam corruptas, & ipsam quam habet, & si esset sub perfectissima ad aliam adhuc inclinaretur. Eas tamen non recipit mediante potentiā superadditā distinctā realiter.

XI.

(m) Offic. Humilitatis speculum, terra benedicta (m) Maria, cujus fructus sublimis, (n) qua nobis protulit Deum & hominem, verè viventium mater. Omnium generabilium subiectum & Mater est materia ipsa ingenerabilis, una forma naturaliter contentari debet, divinitus potest habere duas, sed & hoc modo una duabus copulari poterit, imò nunc defacto duas habent viventia, una est constituens vivens, altera corpus.

XII.

(o) Bernard. Hymn. grat. Nexu Virginitatis & puerperii (o) Maria, quem utero puellula continuit Gigantem, sponsum unica unione ligatus est, reliqui filii plus ligari debent, ligamen tamen illud aliud non est, quam respectus, & cum partes ligatæ sunt, totum quid, & distinctum à se ipsis realiter constituunt.

XIII.

(p) Lit. Virgo potens (p) Maria, quæ (q) debitorem Deum semper habet, ut ejus interventu frequenter ad opera supra naturam faciendā, & patiendā elevet potentias, non semper tamen omnipotens, qui semper concurrat ad omnes effectus causarum secundarum, & determinat individuationem, non tamen impellit prædeterminando.

XIV.

(r) Alcuinus Uterus Virginitatis (r) veluti Sacratissimum Dei templum, quod totum mundum veneratur, siquidem ibi salus mundi initiata est, ibi decorem indutus est filius Dei, huic templo vicinum non fuit diversorium, imò non erit ei locus ibi, non fuit tamen nullibi, sed in uno determinato, poterat tamen in pluribus esse, ubi deberet habere connaturaliter omnia accidentia independentia à loco, non tamen supernaturaliter.

XV.

(s) Luc. 1. Gratia plena Maria (s) & sanè bene plena, cui simul se tota infudit (t) plenitudo gratiæ, quare eam vacuum esse vel asserere blasphemia est, cum natura in tantum horreat illud, ut naturaliter dari non possit, difficulter per Angelum, simpliciter tamen per Deum, qui etiamnum uni-

versale vacuum replet, quod alii dicunt imaginarium.

XVI.

Terminus testamentorum (u) à Deo conditorum (u) Andrea Maria, crediderim secundum gratiam, secundum naturam perfectiorem producere posset omnipotens, haud tamen in infinitum, quia sane dabitur terminus specierum, sicut etiam datur magnitudinis in vividis, in reliquis non, quia usque ad infinitum extendi possunt, non tamen usque ad infinitam perfectionem.

XVII.

Portus sine tempestate (x) Maria, qua inventa (x) Rupertus (z) invenitur omne bonum. Bene ergo Cælum dici potest à Patribus, quò melius nihil est, quamvis cæcum sit, ut etiam ad tot faces accensas nullum hominem inveniret si quereret. Tres sunt & non plures. In hæc inferiora duo influunt, ex quibus tempestate in aëre, nulla tamen tonitrua in mente prævidere possunt Astronomi.

XVIII.

Tanta est Virgo (aa) tanta est Mater, ut quantum sit Deus ignoret, qui hujus Virginitatis mentem non stupet, animam non miratur, & sane, Mono. Triadem representat intellectus, voluntas, & memoria, tria in una & eadem Virginitatis anima, quæ carnem & ossa non tamen sanguinem animavit, indivisibilis, cæteræ divisibiles sunt, nullibi tamen, vel simul, vel successivè plures.

XIX.

Et quia mellifluus teste (bb) quod vel paucis mortalibus constat esse collatum sas certe non est rana & Virgini esse negatum, si aliqui Deum vidit in hac vita dicendum est de hac Virgine, non tamen oculo corporeo, qui elevari non potest ad spirituale percipiendum; hic indiget speciebus, reliqui sensus non indigent, nisi ut perfectius sentiant, vel nisi percipiant ut absens, potentia tactiva exteriorum tangibilium una.

XX.

Totius Trinitatis complementum (cc) Maria, prætoriosior (dd) cunctis, sanctior universis, super omnes Choros (cc) Angelorum exaltata, solum Deum & Ens supra se habet, quod abstrahitur conceptu formali non objectivo utriusque communi, bene tamen à rebus creatis, quæ aliquod esse diminutum habuerunt, earum essentia non est alia ab existentia realiter.

THESES MARIANO- ATLANTICÆ.

I.

Mundi Atlas Maria, scientiarum fons & Universitatum Magnifica Rectorix, quod venire etiam Venetiæ jubent, & videre, cum eam Dominam de Schola vocant. An Logica Schola hæc sit? Si est, apud nos scientia speculativa est, una contenta tunica, habituque, non simpliciter necessaria, pro objecto habet modum sciendi.

II.

Mundi Atlas Maria, Virgo purissima, Cordubensibus de Villa vitiosa dicitur, cum tamen nihil vitii, nihil culpæ ei in fit, ni-

vitia dicere velis chymæras, quas intellectus, voluntas, phantasia ejus efformare potest, sed nihil faciunt, eum nec Deum inquinant.

III.

Mundi Atlas Maria Hispaniæ toti de monte Serratò, ob Scopulos præminentes Loci, quem miraculis & gratiis ornat, quos distinctos dicimus, non per hoc quod hic ille non sit, sed quod unus alterum in respectu habeat. Distinctio quæ versatur inter res & res, realis est stricta, quæ inter formalitates formalis, hæc in Deo etiam locum habet.

H h h h h 2

IV. Mun-

IV.

Mundi Atlas *Maria*, cui Romani à *Populo* titulum dedere & gloriam, ob frequentiam & multitudinem eorum, quorum natura verè communis fuit, & in singulis inexistit per indifferentiam, imò ab omnibus & individuis abstrahi potest conceptus communis.

V.

Mundi Atlas *Maria*, quam rectè Messanenſes de *Scala* dicunt, quæ *Scala Cœli* est. Si gradus quæras, infinitos dicam, quia gratiæ, rerum naturalium decem sunt, in quibus substantia in perfectitate consistit, accidens in inaleitate, quantitatis in impenetrabilitate naturali, relationis in ordine ad aliud, quod fundamentum superadditur, & ad multitudinem terminorum multiplicatur.

VI.

Mundi Atlas *Maria*, apud eosdem de *Littera*, quam iis scripsit, nomen accepit. Est enim *Advocata* & *Refugium* peccatorum, omne quod scripsit, ita verum est, ut falsum fieri non possit, *Scriptura* significat primariò voces, voces res, dein conceptus. Propositiones de futuro contingenti determinatè veræ vel falsæ sunt.

VII.

Mundi Atlas *Maria*, eam Italia Europæ *Paradisus* Dominam de *Laureto* compellat; est enim verus *Deitatis Paradisus* magis, quàm *Phyfica* possit dici tempe scientiarum, quæ speculativè corpus considerat, quod tria principia habet in fieri, in factò duo. *Materia* habet actum entitativum, potestque esse sub duabus formis, & sine omni divinitus.

VIII.

Mundi Atlas *Maria*, à tota Gallia de *Latitia* concelebratur *Lauduni*, verè felix, quam sepit corona filii, & lætificat *nostra lætitia causa*. Rerum omnium naturalium principalis causa est prima, quæ influit in omnes effectus, nullam tamen secundam prædeterminat; quæ & activè & passivè obediens est, non tamen in omnibus, substantia accidens producit, hoc non illum; nec aliquid se ipsum.

IX.

Mundi Atlas *Maria*, de *claro monte* *Polonia* *Odiguvia*, ne in via veritatis aberrant, quæ omnibus adest absque eo, quòd ubique sit, potest tamen sicut & quodlibet aliud corpus in pluribus esse locis divinitus, ubi deberet habere accidentia independentia à loco connaturaliter; imò in vacuo, si daretur, posset ducere alium & se ipsum, tale autem dari, quæto quid implicet Deo?

X.

Mundi Atlas *Maria*, *Austriacæ* pietati *Cœli* promittit in *Celensi* miraculorum *Cœlo*, su-

perunum *Cœlum* triplex est, nullum animal, incorruptibile, in hæc inferiora variis influxus præstat, directè nullum in animal, & effectus à voluntate dependentes.

XI.

Mundi Atlas *Maria*, *Almæ* benedicit *Bohemiam*, quam benedicant *Blasavianam* benedictam, in *Boleslavia*. Est enim non inter omnes mulieres, sed etiam inter omnes creaturas, de cujus *Virgineo* semine conceptus est *Jesus* filius, alia *Matres* concurrunt quoque activè, nulla animam rationalem attingit. Alteratio fit continue & successivè, intenditur per additionem gradus ad gradum, rarefactio fit per corporacula.

XII.

Mundi Atlas *Maria*, *Misericordiæ* Mater deprecans semper, ne filius sagittas emittat sanguine inebriandas, *Bojariis* & *Noricis*, *Zechis*, que de *Cruore* deprædicatur, eo quod fuderit eum in imagine sua copiosè, is certè animatus non fuit, sicut nec ipsius *Vorginis*, nec alius humor. Anima in quolibet vivente una est, rationalis, indivisibilis, immortalis, spiritalis, violenter separatur à corpore, ubi tamen species retinet.

XIII.

Mundi Atlas *Maria*, *Germaniam* totam ad se trahere cupit, odore *Nardi* suavissimo, quem post salutem *Bernardi* effundit, gratiarum & donorum copiosè in *Spira*, odores hostiola percipit anima, papillæ mamillares sæpe per species, oculus suum objectum, tactus (unus ad omnia tangibilia) nunquam intellectus voluntate imperfectior.

XIV.

Mundi Atlas *Maria*, *Nicopija*, *Adriatico* mari, olim orienti univerto, post victoriam in occidente expectandum esse triumphum clamat in *Warta*, *Bohemis* custodiam præstat, *Germanos* consolatur se, *Silesius* *Elythos* se facturam promittit, miraculis facta omnibus omnia, & *Meta* universorum; cui totam subijcimus etiam *Metaphysicam*, quæ ens commune reale pro objecto habet quod à substantia & accidente Deo & creatura abstrahi potest, in prima importatur vera realitas, non sic in secunda. Creaturarum esse ab existere non distinguunt realiter, habuerunt esse aliquid diminutum, magnum sperant per *Virginem Atlantem*, quod expectant supplices clienter, & supplicant demississimi in *Warta* gratiosum fiat & actionum beatorum.



F I N I S.

